H Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14.21.9.13

Digitized by Google

14.21.G.13

AVREAE
DECISIONES
REGIÆ CVRIÆ
REGNI SICILIAE

IN QVIBVS VARII CASVS DIVERSIS TEMPORIBVS
diſcuſſi, atque deciſi in dicto Regio Tribunali continentur.

DVABVS PARTIBVS DISTINCTAE.

AVTORE D. FRANCISCO MILANENSI REGIO
Conſiliario, & in Tribunali Regij Patrimonij eiuſdem
Regni Siciliæ Fiſci Patrono integerrimo.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE
locupletiſſimo, Serie Alphabetica Digeſto.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDXCVI

Apud Robertum Melettum.

ILLVSTRISSIMO
ET EXCELSO VIRO,
D. PETRO DE VERA, AB ARAGONIA.
SACRI REGII SVPREMI CONSILII NEAPOLITANI
DECANO, CLARISSIMO I. C.

Robertus Meiettus S. P. D.

QVONIAM omnibus hominibus(Illuſtriſs. vir) natura inſitũ eſt, ut ſemper aliquid boni appetant, quæra ntq; qua ratione alijs prodeſſe poſſint, reſq; nouas promere ſtudeant, in his pręſertim quæ ad bene, rectèque uiuendi rationem pertinent, & ad ea quæ moralem philoſophiam ſpectãt, idq; plurimum conſiſtere in his, quæ à prudentibus in legali ſcientia uerſantibus ſtatuta, & deciſa ſunt, comprobatum ſit, ob id, cum ad manus meas peruenerint lucubrationes Clariſs. Iur. D. Franciſci Milanenſis conſiliarij Regij, & ſiſci Patroni in tribunali regij Patrimonij Regni Siciliæ, quas Regiæ curiæ tribunalis eiuſdem Regni Deciſiones inſcripſit, in quibus, miro ordine, magna prudentia, ſingulari ſcientia, rerumq; experientia quam plures caſus proponit, qui in eodem Regio tribunali a prudentibus uiris iuris prudentiæ firmiſſimis fundamentis deciſi ſunt, Deciſiones ipſas in ſtudentium commodum, & munera iudicialia profitentium utilitatem edere decreui. Verum, cum omnium mos ſemper fuerit aliquem ſibi proponere, qui authoritatis ſuæ clypeo edenda protegat, & à maleuolorum morſibus tueatur, te unum, Clariſs. & Illuſtriſs. vir, Mœcenatem meum deligendum mihi propoſui, cui opus ipſum tuendum dicarem, ut pote ei cui merito omni ratione id deberi ſciam. Cuius laudes ſi, ut ferè omnes faciunt, qui uirum excelſum quempiam, cui edenda dicare deligunt, percurrere uelim, tempus potius, quam materia deficeret, tantus enim laudum tuarum cumulus eſt, ut nec dicendi initium, nec narrandi medium, nec curſum ſermonis claudendi formam inuenire ſciam. Natalium, maiorumq; tuorum monumenta, generiſq; claritatem, ſi recenſere uelim, perinde eſſet ac ſi cum nauicula ingens pelagus ingredi auderem præcipue dum admirabile exemplar uitæ, morumq; occurrit conſanguineus tuus non ſatis unquam laudatus Illuſtriſs. Don Franciſcus de Vera ab Aragonia, qui dum pro Catholico Rege ſuo apud venetã Rempub. oratoris munere per multos annos fungeretur, ita prudens, ſapiens, benignus, & affabilis tam in publicis negotijs, quam in priuatis pertractandis habitus eſt, ut omnium præceſſorum ſuo-

rum

rum memoriam ſuperarit, in ſuoq; diſceſſu omnibus ſui deſiderium reliquerit. Si corporis, fortunæq; bona percurram, cum omnibus ſplendidiſſime ſe ipſa exhibeant uereor ne me adulatoris potius officio fungi accuſes, cum ex ſe manifeſta aliena demonſtratione non indigeant. At ſi uirtutes, animiq; tui dotes & ornamenta, quæ uere & proprie bona tua ſunt, quæq; ſemper tecum, ut Magnus ille philoſophus Bias, portas, cætera namq; bona, ut externa, uiri prudentes ſemper exiſtimarunt, recenſere uelim, prouinciam humeris meis imparem me ſubiturum dubito, eſſet enim ſplendorem ipſimet ſplendori alio maiori non indigenti addere: ſciunt enim omnes te, in omnibus rebus gerendis circumſpectiſſimũ, in tribuendo cuiq; quod ſuum eſt rectiſſima uoluntate conſtantiſſimum, in aduerſis glorioſo animo clarum, res ar duas pulchre adminiſtrantem, nec aduerſis fractum, nec proſperis elatum ſemper immobiliſſimum, voluptatibus imperantem, & ad ſanum modum redigentem, talem ſemper te exhibuiſſe, ut Prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, temperantiæq; radianti bus fulgoribus ſplendeſcere dignoſcaris. Quo fit ut merito te Decanatus dignitate in ſacro Regio conſilio Neapolitano ſupremo inſignitum, omnes, qui te nouerint, apertiſſime fateantur, quo quidem munere tanta prudentia, integritate, conſtantia iuſtitia, conſilio, religione pietate, humanitate, rerumq; agendarum experientia fungeris, ut omnes una uoce conueniant tibi omnes maiores dignitates deberi, quæ probatiſſimis uiris iure merito tribui ſolent, quod & breui futurum ſperant. Tua igitur humanitate fretus, qua omnes notos & ignotos, domeſticos & alienos obnoxios tibi efficis, Deciſiones ipſas ea qua decet diligentia impreſſas tuo Illuſtriſs. nomini deſignatas, ad te tranſmitto, quas, ut animi obſeruantiæq; in te meæ certiſſimum teſtimonium tibi dicaui. Quod munus, licet exiguum, ea hilaritate, læto animo, & benignitate, qua cætera amplecti ſoles, in clientelam & fidem tuam ſuſcipias opto, meque ut unum ex intimis, & magis caris tuis tuo celeberrimo nomini dicatum, habeas obſecro atq; obteſtor. vale. Venetijs Kal. Iunij. M. D. XCVI.

DECISIONVM TRIBVNALIS MAGNÆ REGIÆ CVRIÆ REGNI SICILIAE.

Pars Prima.

D. FRANCISCO MILANENSI REGIO CONSILIARIO,
& Fiſci Patrono in Tribunali Regij Patrimonij eiuſdem
Siciliæ Regni AVTHORE.

LIBER PRIMVS.

In quo materia Feudalis, & Allodialis, ubi & aliquot de Cenſu continentur.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo teſtatore dominium ſtatim tranſit in hæredem rerum hæreditariarum.*
2 *Poſſeſſio rerum hæreditariarum tranſit in hæredem in regno.*
3 *Limita quando poſſeſſio eſt tranſlata in alium in uita per teſtatorem. 4. & 5.*
6 *Conſtitutum non operatur tranſlationem poſſeſſionis, quando actus eſt factus cum abſente non ſecuta ratificatione. 10. & 11.*
7 *Compromiſſum de feudo non poteſt fieri.*
8 *Poſſeſſio antequam apprehenſa ſit hæredi quæritur per tranſitum ex diſpoſitione capituli regni.*
9 *Etiam quando fuit apprehenſa ex poſt & deinde relaxata.*
12 *Conſtitutum in actu inter uiuos adiectum operatur effectum poſt mortem, & contra hæredem. 13.*
14 *Poſſeſſio ſolo animo perditur, etiam quòd alteri non quæratur. 95.*
15 *Annullata poſſeſſione per actum poſſeſſoris nolentis poſſidere alteri non quæritur, niſi per eum apprehendatur.*
16 *Ex actu nullo non quæritur poſſeſſio, ſecus quando ſequitur realis traditio, ſeu apprehenſio.*
17 *Poſſeſſio non perditur quæſita ex actu annullato, niſi ſubſequatur retrotraditio, uel quaſi.*
18 *Actus, quod factum habeatur pro infecto, a principe factus tollit omnem iuris effectum.*
19 *Hæres conditionalis non dicitur propriè hæres.*
20 *Statutum debet intelligi in caſu proprio, non in caſu improprio.*
21 *Hæredi ſub conditione non competit remedium diui Adriani.*
22 *Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem non habet locum in hærede conditionali etiam purificata conditione. 30. 31. & 94.*
23 *Inſtitutio hæredis conditionalis elicitur ex uerbis teſta.*
24 *Item propter illa uerba cum hoc.*
25 *Item per uerbum in caſu.*
26 *Caduca diſpoſitione in parte totum capit hæres in parte. 29.*
27 *Hæres inſtituta ſub conditione ſi non declarabitur rē eſſe fidei commiſſo ſubiectam infra tale tempus dicitur hæres conditionaliter inſtituta.*
28 *Hæres non poteſt inſtitui a tempore, & ad tempus.*
32 *Conditione purificata non retrotrahitur diſpoſitio in præiudicium tertii cui fuit ius quæſitum.*
33 *Inſtituta conditionaliter nullum ius acquiritur pendente conditione, niſi poſſeſſio remedio prætorio petente. 34.*
35 *Hæres conditionaliter inſtitutus, ſi non petit remedium prætorium datur curator hæreditati pendente conditione.*
36 *Fœmina extranea eſt inſucceſſibilis in feudo. Contrarium. 39.*
37 *Fœmina non eſt æquè digna, ideo in regno eſt incapax*

feudi.60.Contrarium.61. Concorda.62. & 63.

38 Fœmina inſtituta poteſt petere immitti in poſſeſſionem feudi.

40 Agnati dicuntur uocati quoad ius acquiſitionis, non autem quoad poſſeſſionem, & ideo poſſeſſio per eos capta dicitur uitioſa.

41 In fœminam prohibetur alienatio de feudo.

42 Etiam in regno, quando fœmina eſt extranea.

43 Etiam hæredis inſtitutio.

44 Etiam tacite per inſtitutionem uniuerſalem omnium bonorum.

46 Etiam in regno.48.& 49.

45 Quod prohibetur una uia, non debet alia uia concedi.

47 In ſpurium incapacem non tranſit feudum, & iam ſi fuerit inſtitutus hæres.

50 Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem intelligitur de hærede capaci, non incapaci,

51 Hæres ueniens uigore ſtatuti, ut in eum continuetur poſſeſſio, debet probare ſe eſſe talem, & non talē, qui inſtis ui non poteſt, & inſtitutio nulla.52.

53 Etiā in regno, ſtātibus uerbis in æque dignā perſonā.

53 Fœmina de iure communi feudorum, eſt incapax feudi, quia non poteſt ſeruare ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis.

54 Fœmina non eſt capax ſeudi propter quinque.

55 Fœmina in regno eſt capax ſucceſſionis feudi. 56.57. 58.& 59.

64 Fœmina admittitur deficientibus maſculis in feudis. 65.& 66.ſecus ſi admittitur cum maſculis.

68 Inſtrumenta, & acta probantia actus poſſeſſionis probant poſſeſſionem.69.

70 Clauſula nō animo ſpoliandi in actu poſſeſſionis quid operetur.

71 Verba continuantia poſſeſſionem operantur ut ubi nō eſt apprehenſa operetur nouam apprehenſionem.

72 Poſſeſſio probatur per creationem officialium, & alios actus. ſeu ſignum denotans poſſeſſionem.

73 Poſſeſſio, quæ reſidet ſuper corpore coloni iuuat hæredibus, quia coloni teſtatoris ſunt coloni hæredis, & non requiritur ratificatio hæredis.

75 Turbare potius dicitur, quam poſſeſſionem acquirere, quando coloni non ſunt deiecti, non acquiritur poſſeſſio ingredienti prædium.

80 Limita, quando non adſunt coloni, uel non eſt probatum, quod adſint.

81 Limita ſecundo, quando poſſeſſor non inuitus perdit poſſeſſionem. ſed dicit uoluntarie nolle poſſidere.

76 Poſſeſſio acquiritur hæredi ſtante ſtatuto, ſeu capitulo regni continuante poſſeſſionem in hæredem, etiā quod alter ingreſſus fuerit poſſeſſionem.

77 Teſtibus affirmantibus magis creditur, quàm negantibus.

78 Teſtibus maioribus numero magis creditur.

79 Poſſeſſione capta capitis, ſeu caſtri dicitur capta omnium feudorum coadiacentium.

81 Poſſeſſio cōtinuatur in hæredem corpore colonorum, quando animum continuandi pro hærede habent coloni, alias ſecus, maxime ſi hoc non probatur, ut quia non ſoluunt.

82 Detentio dicitur quæſita per ingreſſum ſimplicem, quando coloni non ſunt deiecti.

83 In poſſeſſorio ſummariſſimo pro uictoria ſufficit probari detentionem.

84 Coloni detinent, & ſuper eius corpore continuatur poſſeſſio conſtituarii.

85 Poſſeſſione contendentis annullata remanet libera ea, quæ eſt penes eum, cum quo contenditur.

86 In poſſeſſorio ſummariſſimo non debet obtinere qui ui, uel clam poſſidet ab eo, qui prætendit poſſidere, ſed contra ubi ille, qui contradicit non poſſidet, quia fur, & latro manutenendus eſt.100.& 101.

87 Poſſeſſione continuata in hæredem ex diſpoſitione capitali regni non acquirit poſſeſſionem ingrediens prædium, & dicitur turbator.

88 Ex fideicommiſſo ſuccedere prætendens non poteſt capere poſſeſſionem authoritate propria.

89 Statutum continuās poſſeſſionem in hæredem non tribuit ius fideicommiſſario, & poſſeſſio continuatur in hæredem.

90 Etiam quod bona adſint feudalia, in hæredem continuantur.

91 Fœmina poteſt mitti in poſſeſſionem feudalium ubi eſt hæres, etiam quod non ſit de comprehenſis.

93 Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem habet locum in feudalibus.

96 Duo inſolidum poſſidere non poſſunt.

97 Tempus ſequeſtri attenditur, quod fuerit in poſſeſſione eo tempore, ut poſſit obtinere in poſſeſſorio ſummariiſſimo.

98 Manuteneri in poſſeſſione detentor debet etiam fur & latro, quia non attenditur iuſtitia, uel iniuſtitia poſſeſſionis in poſſeſſorio ſummariiſſimo ſecus in ordinario.99.

103 Feudum informe in regno eſt ex pacto, & prouidentia.108.

104 Feudum perueniſſe præſumitur per ſucceſſionem, uel alienationem.

105 Forma alia non apparente intelligitur ſecundum primam.

106 Inueſtitura ultima per antiquam declaratur.

107 Niſi in ultima adeſſet adiecta noua qualitas.

109 Forma pro te, & hæredibus quibuſcunque, admittit hæredem ultimi morientis.

116 Alia forma non apparente ſtandum eſt forma conceſſionis.132.

111 Forma attenditur non obſtante contraria nominatione, & tractatu.

112 Reuerſa iterum re ad eccleſia, & deinde alienata, ſub alia forma hæc attēdit ultimo loco facta 115.

116 Limita.117.118.

113 Per felloniam fuit in reges translatum tantum ius, quod habebat rebellis.

114 Feudum conceſſum nulla facta mentione de filiis, neque de hæredibus dicitur hæreditarium.

119 Res emphiteotica eccleſiæ non poteſt confiſcari.Cōtrarium.125.126.127.128.129.& 130.

120 Res conceſſa ſub annuo cenſu dicitur cenſualis potiusquàm emphiteotica.121.122.

123 Emphiteoticus contractus de ſui ſubſtantia requirit ſcripturam.

124 Cenſualis ubi eſt contractus, omne dominium tranſit in eum, in quem alienatio fit.

131 Feudum præſumitur in forma ſtricta ex communi modo uiuendi per eos de familia, à quo proueniunt ſucceſſores.

132 Succeſſor non poteſt præiudicare aliis, deinde ſucceſſoribus, recipiendo ſub alia forma.133.134.

135 Feudum potuit per primum acquiſitorem uinculari.

Filii

135 *Filij poſiti in conditione dicuntur poſiti in diſpoſitio ne, quando uocantur filij, ſeu deſcendentes.*
136 *Item ſi fecit plures gradus ſubſtitutionum.*
137 *Item ſi ſequeretur, quod remotior excluderet per maiorem.*
137 *Item quando conſtat teſtatorem habuiſſe inuentionem conſeruandi agnationem.*
138 *Item quando conſtat teſtatorem habuiſſe intentionem conſeruandi agnationem.*
139 *Item ſi eſt facta expreſſa prohibitio alienandi.*
140 *Per fidei commiſſum ſucceditur primo grauanti.*
141 *Subſtitutio, ſi moreretur ſine filijs ceſſat moriente ſubſtituto cum filijs.*
142 *Fidei commiſſum inductum in caſu alienationis nõ uerificatur, ubi non interuenit alienatio.*
143 *Fidei commiſſum reſtringitur, quoad perſonas uocatas non extenditur ad alias perſonas.*
144 *Fideicommiſſum non poteſt imponi in rebus donatis per donantem.*
145 *Refutans poſt refutationem habetur pro mortuo, & ſuper feudo non poteſt innouare nec imponere onus.* 146.
147 *Donatio facta cum reſeruatione vſusfructus dicitur pura, & non conditionalis, licet poſt mortem conſolidetur proprietas.* 151.
148 *Conditio, & onus reijcitur a legitima.*
149 *Donatio non dicitur conditionalis, ſi donatur propter matrimonium.*
150 *Donatio conditionalis propter matrimonium nõ poteſt reuocari, niſi completa ætate, quo matrimoniũ compleri debet.*
152 *Donatio collata poſt mortem, quoad uſum fructum tantum, quia propter nuptias ſecuto matrimonio, quoad dominum dicitur perfecta.*
153 *Donatio facta abſenti ante ratificationem poteſt reuocari.* 167.
154 *Fideicommiſſum eſt nullum de re cuius non erat dominus inducens fideicommiſſum.*
155 *Per reſeruationem uſufructus in donatione dominium, & poſſeſſio ciuilis tranſit in donatarium.*
156 *Donatio cum reſeruatione uſus fructus de feudo eſt nulla.* 157. *contrarium.* 179.
158 *Limita, quando proximo & immediato ſucceſſuro & num.* 180.
159 *Refutatio in proximè ſucceſſurum abſque conſenſu regio in feudo hæreditario nõ dicitur uerè. & ideo non ualet.* 160. & 161.
160 *Filius in feudo pro ſe, & hæredibus non dicitur comprehenſus in inueſtitura.*
162 *Donatio conditionalis dicitur tranſactis ſponſalibus in matrimonium.*
162 *Verba ablatiua abſoluta important conditionem.*
162 *Verba non aliter, nec alio modo, important conditionem.*
163 *Conditio aliquando ſuſpenſiua, aliquando reſolutiua, prima, quando eſt ante perfectionem contractus. 2. quando poſt.*
164 *Donatio propter nuptias in matrimonio ſponſo facta, quod pro ſecuritate dotium facta dicatur, cauſa finalis.*
165 *Vel cauſa impulſiua.*
166 *Donata re conditionaliter, nedum ex poſt ſuper re donata imponi grauamen pendente conditione, ſed reuocari poteſt.*
168 *Hæres præſens in teſtamento, & permittens teſtatorem de re ſua diſponere ſibi præiudicat. limita* 181. 182. 183. 184. 185. & 186.
169 *Hæres ponens rem ſuam in inuentario ſibi præiudicat.*
170 *Proteſtatio quid operetur in inuentario.* 171. 172. & 187.
173 *Confeſſio præiudicat Confitenti etiam quod ſit inter alias perſonas.* 174. 175. 176.
177 *Confeſſio grauati multum operatur, ut dicatur inductum fideicommiſſum.*
178 *Tantundem habere dicitur etiam reſpectu bonorũ hæreditariorum.*
188 *Inuentarium factum per tutorem non præiudicat pupillo.* 189.
190 *Deciſio præſentis cauſa.*

QVAESTIO I.

In cauſa baroniæ terræ Priczi poſt mortem don Ioannis Villaraut ultimi poſſeſſoris orta fuit quæſtio inter donnam Ioannam de lo Boſco Comitiſſam Vicari ex una, & donnam Catharinam de Andrea & Villaraut uxorem dicti quondam Ioannis ultimi poſſeſſoris ex altera, quæ deberet ex eis in poſſeſſione conſeruari, & manuteneri dictæ baroniæ petente utraque, quod ad earum quamlibet ſpectat poſſeſſio.

IN quo Iudicio dicebatur primo ex parte iſtius
de Andrea, & Villaraut, quod fuit inſtituta hę
res vniuerſalis ab illo quondã don Ioanne vltimo
poſſeſſore, & moriente tam in bonis allodiali-
bus, & burgenſaticis, quàm etiam feudalibus, &
1 ſic ſtatim † mortuo teſtatore, & vltimo poſſeſ-
ſeſſore, & domino dictæ baroniæ, & terræ Priczi
dominium fuit deuolutum in eam, ex tex. in l. ſer-
uus, ſi hæredi. ff. de ſtatu liber. in l. ſiue poſſideris.
ubi Bal. C. de probat. n. 1. & in l. cum hęred. ff. de
acquir. poſſeſ. & in l. ſi ſorori. ubi Alexa. C. de iur.
deliber. & Bal. in l. in ſuis. ff. deliber. & poſthum.
quod etiam dicebatur procedere, ſi non fuerit ſe
cuta traditio, prout tradit Bart. in l. ſi ager. ff. de
rei uẽd. et omnes in l. ſi traditionibus. C. de pact.
allegari poteſt adhoc Ioannes vincentius Annius
in allegatione 65. n. 19. 20.
2 Et ex eodem † teſtamento dicebatur etiã con-
tinuari poſſeſſionem in ipſam hęredem ſtatim
mortuo teſtatore, ex capitulo huius regni ſub Fer
dinando rege in capitulo 43.
Reſpondetur pro parte comitiſſæ ꝙ capitulũ
3 regni prędictum Ferdinandi 43. non habet † lo-
cum, quando poſſeſſio per defunctum in uita eſt
in alium tranſlata, ita in ſimili ſtatuto determina
ri dicebatur per Ioannem Popponum ſuper con
ſuetudine borboniæ §. 299. & per Ioannem vin-
centium de Anna allegat. 65. in 1. ex quo ex An-
na non potui dictam propoſitionem colligere.
4 uide † in his terminis, quando per defunctum eſt
poſſeſſio in alium tranſlata in vita per conſtitutũ

non continuari in hęredem uigore ſtatuti continuantis poſſeſſioné firmantem & limitátem Sebaſtianus de Medicis in tractatu de acquit. conſer. amitt. rer. domin. poſſeſſ. & iure gloſ. 3. in uerſic. imminuendo. n. 245. & in eodem tract. in uerbo poſſeſſionem. gloſa. 1. parte 2. n. 58.

5 Et in facto demóſtratur † quod dictus quondã don Ioannes teſtator ante eius mortem per actum inter uiuos tranſtulit poſſeſſionem baroniæ prędictæ priczi in Illuſtr. dominum Proregem ad effectum, ut per eum detineatur, & tradatur, cui fuerit determinatum per duos theologos et duos iuriſconſultos eligendos per proregẽ, & in diſpoſitione adeſt clauſula conſtituti, & deinde in teſtamento confirmãdo actum diſpoſuit in perſonam Domini Cardinalis Alexandrini, uel in eum, qui ſuccedit ex uinculo, ſi uinculatum declarabitur & ſi non declarabitur uinculatum ſuccedat prædicta domina Catharina de Andrea eius uxor, & hęres vniuerſalis.

6 Sed huic limitationi, & reſtrictioni replicatur pro dicta Catharina, in terminis noſtris non procedere, nullam enim dicitur fuiſſe acquiſitam poſſeſſionem ex ipſe actu illi Illuſt. Proregi ſtante cõſtituto adiecto in dicto actu facto per dictum don Ioannem ante eius mortem, cum actus factus fuerit abſente Illuſtr. Prorege, & eo ignotante, & nõ ratum habente allegabatur tex. in l. 3. in principio, & in l. quemadmodum, & in l. quod meo. §. ſi furioſo, & in l. communis ſeruus §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. ſi ego. ff. de negot. geſt. latè Tiraq. de conſtituto limit. 30. quia poteſt non acceptare, & ratum non habere abſens, & poſſeſſio animo, & uoluntate acquiritur, maxime quia nullum commodũ reportatur ex eo actu illuſtr. proregi facto. Conſiderabantur etiam, quod Illuſtr. Prorex poterat refutare & non habere ratum actum prædictũ

7 nam actus importabat compromiſſum de cauſa feudali, quod ex conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ fieri non poteſt in dicta cõſtitutione ibi Arbitria. ubi late hanc materiam proſequitur Ioannes Vincentius de Anna à nu. 278. uſque in finem. Iulius Clarus §. feudum. quæſtione 59, & de contradictione apparet, dum Illuſtr. Prorex actum fecit in actis cauſarum delegatarum, die 12. Martii 1. Indict. 1588. cuius uigore mandauit Prorex, quod per poſſeſſionem captam per eum uirtute prædicti actus non intelligatur alicui partium fuiſſe nec eſſe generatum præiudicium, ſed quælibet pars remanſiſſe intelligatur in iure ſuo, pro ut erat, & poterat eſſe ſi prędicta poſſeſſio capta non fuiſſet.

Ex quibus infertur ex parte dõnæ Catharinæ quod per dictum actum apparet, quod proregi nulla fuit acquiſita poſſeſſio: et ſic remanſit penes don Ioannem baronem. & eo mortuo non

8 † potuit ſtare in ſuſpenſo, ſed fuit ex capitulo regni cõtinuata in hęredem, & quatenus illo medio tempore fuit per proregem appræhenſa dicitur cępiſſe à manu hæredis, dum fuit capta per dies tredecim poſt mortem, cum eadem poſſeſſio dicatur defuncti & hęredis ſecundum Tiraqu. le mort. ſaiſit. in 1. declaratione quintæ partis n. 7. & ſic annullando Prorex ſuam poſſeſſionem captam, & ordinãdo, quod tantùm remaneat loco ſequeſtri, poſſeſſio donnæ Catharinæ fuit eidem relaxata & pro ea tanquam hærede remanſit, & ſic quatenus Comitiſſa ſeu eius procuratores fecerũt eos actus poſſeſſionis dicitur magis turbaſſe quã acquiſijſſe poſſeſſionem.

10 Replicatur pro parte Comitiſſę †, quod poſſeſſio uere fuit translata per illũ quondã don Ioannẽ ultimum dominum, & poſſeſſorem baroniæ prædictæ ex illo actu inter uiuos facto cum conſtituto in actu adeſt ſtipulatio notarij in perſonam Proregis, ita ut dicatur in abſentem, & ignorantẽ trãslatum dominium & poſſeſſio. allegatur Tiraq. in tract. conſtituti ſecundum unam opinionem

11 limit. 30. uel ſaltem ſecuta † ratihabitione per proregem, dum poſt mortem actualem & ueram, poſſeſſionem cepit Illuſtr. Prorex. dum in literis deſtinatis gubernatori, dicit ibi transferio in noi. itẽ uolendo noi continuare. & ſic nõ habuit animum capiendi de nouo poſſeſſionem, ſed continuandi poſſeſſionem iam translatam per conſtitutum: & iſto caſu transferatur per conſtitutum poſſeſſio abſenti poſt ratificationem. tenent omnes allegati per Bottam in conſ. 58. n. 25. 26. late Antonius Theſaurus Pedamont. deciſi. 70. n. 7. ubi cõcordat utranque opinionem affirmatiuam, & negatiuã, quę erat per eum poſita. ſupra n. 5. uerſi. aut uero. Et ſic ex prædicta ratione uidetur dicẽdum quod non facta reuocatione per dictum don Ioannem ante acceptationem per Illuſtr. Proregem conſtitutum fuit operatum effectum ſuum translationis

12 poſſeſſionis ab illo initio actus geſti, † nam conſtitutum à defuncto adiectum in actu effectum ſuũ operatur poſt mortem: quia per hæredem non poteſt reuocari, & quod hæres ipſius conſtituentis nõ poſſit amplius inhęrere illi poſſeſſioni ſiue detentioni ſtãte conſtituto defuncti, niſi dominus ei permiſerit aut expreſsè, aut tacite illum etiam. ſ. relinquendo in illa poſſeſſione, uel retẽtione rei, firmat latè Tiraqu. de iur. conſt. 13. ampliat. præſertim

13 nu. 3. & per totum: ubi nu. 6. dicit † quod clauſula conſtituti, uel precarij paſſiuè tranſit ad hæredes conſtituentis.

Et per conſequens ſi conſtitutarij poſſeſſio nõ reſidebat in ipſo conſtituente corpore proprio, ſed corpore colonorum dicti conſtituentis, eodẽ modo remanſit poſt mortem conſtituentis. ut coloni dicantur nomine conſtitutarij poſſidere, etiã poſt mortem. ita firmat Antonius Theſaurus in deciſionibus Pedamont. deciſione 70. nu. 7.

Item nõ poteſt negari ſaltem, quãdo ex uoluntate, & animo ipſius don Ioãnis ultimi domini, & poſſeſſoris uoluerit nõ habere poſſeſſionẽ ab illo die actus dictæ baroniæ, ſed transferri in Illuſtr.

14 dominum proregem: quo † caſu licet non fuerit quæſita, pro ut prętenditur Illuſtr. domino proregi ante acceptationem: tamen per ipſum dominum Ioannem fuit perdita animo, quia poſſeſſio ſolo animo perditur, etiam quod alteri non acquiratur. allegatur tex. in leg. 1. §. ſi uir. in fine & in l. quemadmodũ. & melius in l. 3. §. in amittenda lege quod meo. §. ſi furioſo. vbi Bart. in uerbis finalibus. & in l. Si quis ui. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſio. & in l. abſenti in fin. reſponſi. ff. de donat.

conat.& ſic ut non dicatur in hęreditate poſſeſſio
nem dictæ baroniæ fuiſſe, ut arguatur tranſlatio.
& continuatio ex c. regni ſufficit quod don Ioan-
nes amiſerit poſſeſſionem, licet in Illuſtr.Prore-
gem non fuerit tranſlata.

Et etiam pro parte Comitiſſæ dicitur quod
15 actus factus per Illuſtr.Proregem per † quem an-
nullare intendit poſſeſſionem iam captam per eũ
ex cauſa actus facti per dictum quondam don Ioã
nem defunctum in uita ſua,& reſeruare iura vtri-
que parti,& uelle remanere penes Curiam ſub ſe
queſtro tantum ſaluo iure utrique parti fecit, ut
poſtquam poſſeſſio fuit capta, licet captura poſ-
ſeſſionis a principio per proregem fuit annullata:
attamen ut alteri acquiratur, opus eſſet noua tra-
ditione, uel nouo conſtituto.poſtquam fuit actua-
liter capta:quia facta pro infectis haberi non poſ-
ſunt allegant doctores in l. 3. §. ſi uir uxori. ff. de
16 acquir.poſſeſſione.ubi notatur† quod ex actu nul
lo licet non transferatur poſſeſſio, tamen ex actu
nullo,& inutili ſecuta reali traditione, ſeu ap præ
henſione acquiritur poſſeſſio Mattheus Weſenbec
conſ.73.n.&5.in 2.poſt Bart.& doct.in.d.§. Si uir
uxori.& ſic fecit,ut ipſa donna Catharina potuiſ-
ſet petere tanquam ad ſe pertinentem, uti hære-
dem, ſed non poſſet prætendere in eam continua
tam eſſe.

Sed magis coadiuuatur prędicta argumentatio
ex notatis per docto.in l.ab emptione.ff. de pact.
17 †ubi habetur,quod quęſita poſſeſſione ex aliquo
actu, ſeu contractu ex traditione uera uel ficta, li
cèt deinde actus ille,ſeu contractus annulletur ex
aliquo alio actu, ſeu contractu ſubſecuto, ſeu ali-
qua conditione purificata ēt ex pacto reſolutiuo
ādiecto in eodem met contractu.non retrotrans-
fertur dominiũ,neque poſſeſſio niſi ſequatur etiã
actus traditionis uerus, uel fictus poſt annullatio-
nẽ tex.& ibi doc. omnes in dicta lege ab emptio-
ne. Tiraqu. de iure conſtituti limitatione 29.n. 5.
Pedamont.deciſione 35.

Sed huic reſpondetur pro parte donnæ Catha
rinę quod in proregem nõ fuit tranſlata poſſeſſio
& regula §. elicitur ex l. non dubium.C.de legib.
18 † nõ poteſt procedere:quoniam princeps ſtatuit
quod actus habeatur pro infecto, licet non dene-
getur,quòd non ſit factum, tollit tamen omnes
eius effectus ex Iaſone in l. 1.§.ſi uir uxori.n.2. ff.
de acqui.poſſeſſione,qui ita firmat ex gl.panor.&
aliis per eum allegati. cum pro rex mãdauit quod
omnia ſecuta uirtute prædicti actus, & prædicti
conſtituti ſint ſublata.& hæc conſideratio corro-
boratur ex Tiraq.in dicta limitatione 29. & Peda
mont.in dicta deciſione 29.in principio & in fin.
& Natta in conſ.373. n. 41. & ſeq.in 2. & Decius
conſ.614.n.8. per pedamont. allegatis ex quibus
arguit dicta Catharina,quod inſtitutio fuit effecta
pura, & ſic continuata poſſeſſio in ipſam Catharĩ
nam,ac ſi prædictus actus factus non fuiſſet, ſed
hæc illatio an ſit uera in terminis continuationis
poſſeſſionis in præſenti cauſa infra dicam.

Secundo principaliter dicitur pro parte Comi-
tiſſæ iſtam donnam Catharinam non poſſe preten
dere continuationem ex teſtamento dicti quondã
don Ioannis. nam fuit in eo diſpoſitum inſtituẽdo
ipſam dominam Catharinã, licet uniuerſaliter in
omnibus bonis burgenſaticis, allodialibus.& feu
dalibus. tamen quoad baroniam,& terram Priczi
fuit diſpoſitum pro vt infra dicetur. ex quibus
uerbis diſpoſitionis colligitur.

19 Quòd quo ad iſtã baroniam† fuit inſtituta hæ-
res conditionaliter in caſu, quod fuerit declara-
tum non fore, nec eſſe uinculatam: quo caſu non
poteſt pretendere continuationem poſſeſſionis
ex cap. regni.quia hæres conditionalis nõ dicitur
propriè hæres.l.ſi quis. ff.ſi quis omiſſ. cauſ.teſta.
nec compræhenditur ſub eo cap. regni,nã ſtatutũ
20 non† debet intelligi,niſi in caſu proprio, nõ autẽ
improprio. & iſta ratione motus dixit Menoc.de
adipiſce.poſſeſ. remedio 4. nu.305. & ſeq. uſque
21 ad numerum 310.† hæredi ſub conditione non
competere remedium diui Adriani conceſſum hę
redi reſpectu poſſeſſioninis.ex tex. in l.edicta. C.
22 de edict.diui Adriani toll.& quod ſtatutũ † conti
nuans poſſeſſionem in hæredem nõ procedat,nec
habeat locum in hærede cõditionali. allegabatur
in terminis Popponus ſuper conſuetudine bor
boniæ dicto cap. 299.col.fin.uerſiculo ſunt quin-
to.idem firmat Marcabrunus conſi. 56. num.5.6.
7. & præſertim quando per tertiũ eſt capta poſſeſ
ſio poſt mortem defuncti.

Quod inſtitutio dictæ dõnæ Catharinæ ſit con
23 ditionalis † adducebatur ex parte Comitiſſæ.
ex uerbis teſtamenti dicti don Ioannis, dum di-
ſponit in inſtituendo hæredem Vniuerſalem ip-
ſam donnam Catharinam ſaluis legatis,& diſpo-
ſitionibus infraſcriptis; & deinde ſubſequitur
in eodem c. cum queſto che quanto ala poſſeſſio
ne della baronia di Priczi. ius quintę quintarñ,&
ius grani ſi ſerui la forma delo acto facto, & ĩ actu
inter viuos facto diſponit dictus quondã dõ Ioan.
baro defunctus inter uiuos, quod poſſeſſio ipſius
terræ, & prædictorum iurtũ perueniat penes do
minum Proregem: qui habeat cum uoto duorum
theologorum, & duorum iuris peritorum, ſi
baronia fuerit eccleſiæ, & ſi fuerit fidei commiſſo
ſubiecta, & non fuerit eccleſiæ, tradat ei, qui de
iure debet ſuccedere in ea, ex Vinculo:quam de
clarationem faciat infra ſemeſtre in tantum quod
donec non eſt declaratum non eſſe baroniam præ
dictam eccleſię nec eſſe uinculatam, nõ poteſt dici
ipſa donna Catharina inſtituta, ergo intelligitur
inſtituta licèt pure,quoad omnia alia bona, quo-
ad baroniam prædictam,& iura prędicta ſub con
traria conditione, ſi fuerit declaratum non eſſe
eccleſię nec uinculatam,poſtquam nulla expreſsè
apparet inſtituto in eius perſonam, & ex diſpo-
ſitione teſtatoris ſegregata eſt baronia in uita ã
bonis hæreditarijs, & etiam ab inſtitutione uni-
uerſali. argumento tex. in l.pater.§.filia de legat.
3.l. aliquando. ff. de conditionibus. & demon-
ſtrationibus. notat Ruyn. conſi. 150.nu. 7. in 3.
24 ponderabantur etiam uerba illa † in inſtitutione
adiecta, ſcilicet (cum hoc) quæ uerba impor-
tant conditionẽ,ut tradit Bar. in l. 1.col. 4.uerſic.
quarto quis,ff.de cõditionibus,& demonſtrationi
bus.conſuluit Pariſ.conſ.35.num.18. 19.20.in 2.
Tiberius Decianus conſ.21.nu.20.in 3.

Nec obſtat ſubſtitutio facta in alia parte di-

cti teſtamenti in iſta baronia poſt mortem dictæ
donnæ Catharinæ in perſonam don Ioannis: quia
25 ibi dicit †, Item in caſu che la baronia non foſſe
uinculata. & Sic uerba (in caſu) faciunt diſpoſitio
nem ſub conditione. allegatur Aretin. in l. ſi quis
ante. nu. 3. ff. de requir. poſſeſſione. Decian. conſi.
1. nu. 26. in 1.

Nec obſtat, quòd ex quo eſt lapſus terminus
ſex menſium, & non facta ſuit declaratio per pro
26 regem, † ceſſanit arbitrium collatum in eius per
ſonam de arbitrando, & determinando: & ſic ca-
duca dicta diſpoſitio l. 1. §. ſin autem. C. de ca-
ducis tollendis, ex uniuerſali inſtitutione capit
ipſa donna Catharina omnia per tex. in l. 1. §. ſi
ex fundo. ff. de hæredibus inſtituendis.

Quoniam reſpondetur nullo iure poſſe uenire
27 ipſam dōnam Catharinam in baroniam † iure ac
creſcendi. nam fuit facta expreſſa diſpoſitio in te-
ſtamento in perſonam declarandam, caſu quo de
clarabitur eccleſiæ, uel fidei commiſſo ſubiecta: ca
ſu quo non uinculata erit. inducitur etiam tacita
diſpoſitio per tex. in l. ab eo C. de fidei commiſ-
ſis, in perſonam ipſius donnæ Catharinæ di-
citur facta diſpoſitio ex tacita mente ipſius te-
ſtatoris. ſequitur ergo quod intelligitur inſtituta
hæres particularis in ea re conditionaliter, ſi de-
clarabitur nō uinculata. & hoc ne dicatur hæres
ad tempus ſcilicet poſt declarationem, non eſſe
uinculatā baroniam & non permittitur de iure, ꝙ
28 † quis ſit hæres à tēpore uel ad tēpus l. hæreditas
ex die. ff. de hæredibus inſtitu. ergo dicendū eſt.
ut dipoſitio ualeat, quod ſit cōditionális diſpo-
ſitio in eius perſonam, ſi declarabitur non eſſe
uinculatam baroniam: & eodem modo dicendum
eſt etiam elapſo tempore, quod declaratio fieri
debeat. quia pari paſſu ambulat utraque diſpoſi-
tio, nec poteſt iſto caſu caduca diſpoſitio dici
lapſo tempore declarationis. pro prædictis facit
doctrina Menoch. in conſimilibus terminis in
conſ. 105. in 1.

29 Non obſtat † quòd conditio defecerit, dum non
fuerit in termino iuxta formam illius factus decla
ratum: nec amplius declarari poteſt, quod ad
iſtam baroniam terræ Priczi ex lapſu temporis. &
ſic conditio uidetur defeciſſe: & ob id effecta ca
duca inſtitutio, adeò ut dicatur acquiſita hæredi
uniuerſali iure accreſcendi. & ſic ſub diſpoſitione
generali, & pura haberi debet, & non conditio-
nalis in fauorem ipſius donnæ Catharinæ.

Nam reſpondetur, ꝙ iſthæc facerent ut petere
poſſent poſſeſſionē de nouo, non autem continua
30 tionem. quia ſtatutum † in eam, uti hæredem
conditionalē non continuauit, etiam quòd puri-
ficata eſſet conditio: quia attendendū eſt tempus
mortis, ad continuandam poſſeſſionem uirtute
ſtatuti: nec inſpiciendum eſt quicquid inde eue-
nerit. allegatur in propoſito caſu facere dicta Ale-
xan. conſ. 37. in 2. col. nu. 3. 4. in 1. & quod docto.
31 ſuper hoc allegati loquuntur †, quod poſſeſſio nō
continuetur etiam in caſu, ubi conditio eſſet puri
ficata. & ita intelligendus eſt Proponus, & Marca
brunus ſupra allegati. quando purificata eſſet con
ditio. quia caſus pendentis conditionis non eſſet
diſputabilis, quod non poſſet prætendi continua
tio poſſeſſionis pendente conditione.

Et poſtquā fuit capta poſſeſſio per Comitiſſam
32 conditio † purificata non retrotrahitur in præiu-
dicium tertii. l. ſi mater. §. eadem. ff. de excep-
tione rei iudicat. l. 1. §. ſerui appellatione. ff. ad Sy
len. Fanus de pignor. in 5. parte primo membro.
num. 20. & in materia conditionis determinant
doctores in dubitanter, ubicunque extrema, uel
alterum eorum non ſunt habilia. Bart. in l. quo-
ties. in fin. ff. de nouat. & l. ſi quis arbitr. ff. de uer-
b. oblig. & l. poſtquam. in princ. ff. ut legat. nomi
caueatur.

Sed uidetur in præſenti dubio potius conſide
33 randum eſſe in fauorem iſtius comitiſſæ †. quod
ſi iſta dōna Catharina eſt hæres inſtituta ſub con
ditione cauſali, in caſu, quo fuerit declaratum per
dominum Proregem nō eſſe uinculatam baroniā
Priczi pendente conditione, ius nullum adeun-
di nec repudiandi fuit ei quæſitū cum pendente
conditione non ſit delata hæreditas: ſed tantùm
proditum erat remedium ei de iure prætorio pē
dente conditione, ſcilicet petere bonorum poſſeſ
ſionem, ſecundum tabulas. per quod nō conſequi
tur ius, uel dominum hæreditatis, ſed tantū nu
dam, & ſimplicem poſſeſſionem, & detentionem
bonorum ut ſi exiſtat cōditio pleno iure, habeat,
ſi uerò deficiat, tenetur reſtituere uenientibus ab
inteſtato, uel ſubſtituto vel aliis, qui de iure debe
rēt ſuccedere ex tex. in l. 2. §. ſi ſub conditione. ff.
de bonorum poſſeſſione ſecundum tabul. & ita di
cuntur cōmuniter tenere doct. Alex. & Iaſon. in l.
certum. C. unde legitimi Antonius gomes uariar.
34 reſolut. tomo 1. c. 2. n. 13. ubi † dicit quòd licet ille
tex. loquatur in filio. tamen uera & communis
opinio eſt, quòd procedat etiam in extraneo: quā
ſequitur Mich. uel graſſus in libro ſententiarum §.
bonorum poſſeſſio queſtione 5. nu. 7.

35 Sed hærede † inſtituto ſub cōditione nō petēte
bonorum poſſeſſionē, datur de iure curator bonis,
uel ad inſtantiam creditorum, uel etiam per iu-
dicem, nulla inſtantia creditorum interueniente,
nullis exiſtentibus creditoribus: ne res, & bona
hæreditaria pereant, ex tex. in l. 1. & ibi gloſ. in
uerbo conſtituendus erit. ff. de curat. bon. dand. &
in l. ſi quis inſtituatur hæres. maxime in §. item ſi
conditio. ff. de hæred. inſtitu. Bal. in conſ. 327. nu.
1. in 5. Angel. conſ. 193.

Itē pro parte Comitiſſæ dicitur, quòd cōtinua
tio prætendi non poterat in ipſam dominam Ca-
36 tharinam. quia eſt † fæmina, & extranea: & ſic
in feudo etiā hæreditario eſt inſucceſſibilis. quia
in ea concurrunt duæ improprietates: allegantur
doctores in ca. 1. §. hoc autem qui feud. dare poſſ.
doct. in c. 1. de ſucceſſione feud. Rolan. conſ. 79. in
fin. & conſ. 41. nume. 1. uolumine 2. Berott. conſ.
64. nu. 11. cū ſeq. uolum. 2. & hanc opinionem cla
37 riùs procedere dicebatur † in regno. nam & ſi per
capitulum uolentes, regis Fiderici, feuda ſunt affe
cta alienabilia: attamen, ut alienatio ualeat, debet
fieri in æque dignam perſonam, & fœmina non
dicitur æquè digna: prout firmant noſtrates in re
gno ſuper c. Volētes. Iacobus Chitcus, & Blaſcus
lancea: & ita fuiſſe iudicatum in cauſa partannæ:
& tenere hanc opinionem omnes ſiculos dicebantur

tur

tur referre cannet. ſuper ca. Volentes.c.160.inci-
pient.prædictis attexitur fol. 170. licet ipſe more
ſuo contrarium ſentire uideatur, quod fœmina nõ
ſit æquè digna, firmat Pernus in conſil. 9. Cornel.
conſi. 199.n.62.63. Petrus de Gregorio in tract.
de conceſſione feudi, parte 8. quæſtione 16.n. 43.
ex quibus infero.

Sed ex aduerſo pro parte dõnæ Catharinæ re
plicatur; q in poſſeſſorio ſummariſſimo, hoc nõ
38 obſtante, etiam quod fuiſſet † excluſa a ſucceſſio-
ne feudi ſemina, poſſeſſio tamen in eam continua
tur, quia poteſt mitti in poſſeſſionem feudalium,
inſtituta fœmina, ita tenere Curt. dicebatur in tra
ctatu de feudis. 1. parte, 3. partis, quæſtione 21.n.
23. Brun. conſi. 1. col. 1. 2. & 3. uſque ad nu. 16. Rip.
de leg. & conſuetu.n.82. in 1. lib. reſponſorum. &
bene. Curt. conſi. 41. & conſi. 10.n.10.

39 Secundò faciebat † pro parte dõnæ Catharinæ,
quod imo fœmina feudi eſt capax. Pariſius conſi.
18.n.21. uol. 1. Gozad. conſi. 20.n.10. & conſi. 81.
Deci. conſi. 39. conſ. 208. & conſi. 424. & conſ. 445.
& conſi. 488. & conſtitutiones regni in aliquibus
maximè in regno ſtãte c. ſi aliquem regis Iacobi.

Imò dicit, quod doctores omnes in l. gallus. §.
quidem rectè. ff. de liberis, & poſthumis. dicunt,
40 quod † agnati dicuntur uocati, quoad ius acqui-
ſitionis, non autem quoad poſſeſſionem; & ideo
poſſeſſio capta per agnatos authoritate propria,
dicitur uitioſa, & nullius momenti, ſecundum Ti-
raq. in trac. Lemort. Leuiſ. parte 2. declaratione 6.
n.4. & ſeq. & Pariſ. conſi. 54.n.6. libro 3. Iaſ. conſi.
146.n.2. uolumine 4. & cæteri complures.

Sed ex parte Comitiſſæ dicendum uidetur, nõ
41 obſtare allegata ex aduerſo, ſcilicet † quod fœmi
na ſit inſtituta hæres uniuerſalis, & tunc cũ uniuer
ſitate bonorũ trãſeat feudum, ẽt in incapacem ſe-
cundũ Cannet. in dicto c. uolentes in præallegato
loco in fine. quia Cannet. opinio eſt contra primũ
capitulũ in §. hoc aũt notandum, qui feudũ dare
poſsũt, & capitulũ primũ. in §. filia. de ſucceſſione
feudi, & capitulũ primũ, in fine, de his, quę ſibi, &
hæredibus ſuis maſculis, q̃ iura nõ ſolũ prohibẽt
alienationes in eas fieri poſſe, uerum eas totaliter
reddũt incapaces ad ſucceſſionem feudi, quinimo
expreſsè prohibent eas inſtitui poſſe in teſtamen
42 to. & † idem in regno debere procedere, in quo
fœminæ de agnatione tantùm ſunt habilitatæ,
non autem extraneæ. ergo in extraneis caſus eſt
omiſſus: & ſeruãda eſt diſpoſitio iuris communis
feudorum.

43 Si ergo eſt prohibita † alienatio, eſt etiam prohi-
bita hæredis inſtitutio. c. 1. in principio. ibi nul-
la ordinatione. Afflict. in 29. colum. uerſiculo &
ratio eſt nu. 106. 107. de ſucceſſ. feud.

44 Item, etiam ſi prohibetur † expreſsè in fœminam
diſpoſitionem de feudo fieri poſſe, fortiùs, & taci
tè per Vniuerſalem inſtitutionem: aliàs plus poſ-
ſet tacitum, quàm expreſſum contra legem, cùm
45 quid. ff. ſi cert. pet. † item indirectè & una uia per
mitteretur, quòd directè, & alia uia fieri prohibe
tur, contra regulam capituli cùm quid una uia. ff.
de reg. iu. in 6. & in propriis quaſi terminis argue
re dicebatur Soccin. Iun. conſ. 72. nu. 36. in 1.

46 Et capitulũ † uolentes. in regno, quatenus per-
mittit alienari inter uiuos & in ultima uolun. relin
qui, ſeu legari permittit tantũ in æquè dignã per-
ſonam. ergo in nõ ęquè dignã lex prohibet, & per
conſequens inſtitutionem uniuerſalem.

Prædicta Corroborantur etiã pro parte Comi
tiſſæ, ex conſilio Bald. in conſ. 207. quem refert
47 Tob. Non. in conſ. 1. n. 32. † qui vult, quod in ſpu-
riũ incapacem feudi non tranſeat feudum: quan
uis ſit inſtitutus hæres vniuerſalis. & licèt Cãnet.
impugnet Bald. Supponens motum eſſe ratione,
48 † quia feudũ non tranſit cum uniuerſitate bono-
rum. quod inquit Cãnet. falſum eſſe in feudo hæ-
reditario, quod uenit in petitione hæreditatis: &
in iudicio l. ſi. C. de edict. diui Adriani toll. allegã
do eundem Bal. eumque de inconſtantia redar-
guendo. quia cõcluſio ſuper qua inſiſtit Cannet.
& ponunt doctores in l. patron. ff. ad trebellian.
49 quod † feudum hæreditarium trãſit cum uniuer-
ſitate bonorũ nõ procedit in caſu, cũ eſt inſtituta
fęmina extranea: quæ de ſui natura eſt incapax.

Et alia etiam dicebantur ad cõfutandũ opinio
nem Cannet. quæ quia non multùm ſtringunt, in
præſenti cauſa, ideo omitto.

Et ob id concludebatur ex parte Comitiſſæ, q
ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem
intelligendũ eſt de hærede capaci, nõ autem inca
paci. Tiraq. poſt multos in tract. lemort. ſaiſit. le-
uiſ. parte 2. declarat. 1. Menoch. de adipiſcẽd. poſ
ſeſ. remed. 4. nu. 753. Gabriel. in titulo de acquir.
poſſeſ. concluſ. 6. nu. 8. libr. 5. concluſionum. late
Sebaſt. de Medicis tractat. de acqu. conſeru. &
amitt. rer. domin. poſſeſ. & iuribus gloſſ. 1. parte
2. nu. 34. gloſſ. 3. num. 227. Riminal. Iun. conſ. 91.
nu. 6. 7. 8. in 1. conſilio 545. n. 27. uſque 31. in 1.
multa fuerunt dicta in cauſa Marchionatus Giar-
ratanæ, ubi dixi.

Secundò ut poſſit tanquã hæres lætari de capi
51 tulo regni. 43. † continuante poſſeſſionẽ in hære
dem, neceſſe eſt, quod oſtendat ſe eſſe talem ut
dum uenit uigore teſtamenti: & ipſa eſt incapax
teſtamentum eſt nullũ, nam de iure alienatio feu
dorum non eſt permiſſa, ſine regio aſſenſu. c. im-
perialem in principio de prohibita feudi aliena-
tione per Fidericum capitulo primo, de alienatio
ne feudi: & ita pariter hæredis inſtitutio cap. 1. in
52 principio de ſucceſſione feudi †, & præſertim
in regno ſtante conſtitutione Conſtitutionem di-
uæ memoriæ, per quam ipſo iure annullantur alie
nationes, & hæredum inſtitutiones, & licèt per
capitulum uolentes, contrarium diſponere uidea
tur, tamen intelligitur ſecundũ diſpoſitionem e-
iuſdem capituli, dum in æquè dignam perſonam
fiat alienatio. ergo ultra caſum diſpoſitum à cap.
regni uolentes. remanet in diſpoſitione iuris cõ
munis, & conſtitutionũ regni, per quæ prohibe-
tur alienatio. argumento legis cõmodiſſimè, ff. de
liber. & poſthumis.

Quoad iſtum punctum pro eius reſolutione eſt
53 uidendum primò an † fœmina ſit capax habendi
feudum: & in hoc licèt fœmina de iure cõmuni
feudorum non uideatur capax, ex quo nõ poteſt
ſeruare ea, quæ continentur in cap. 1. de noua for
ma fidelitatis, in cap. 1. de forma ueteri fidelita-
tis, in quibus eſt promiſſum ſeruitium determi-

natum, & nõ poteſt præſtari per fęminam, pro ut
determinat Rolandus à Vall.in conſi. 23.n.35.in
1. poſt Alex. per eum allegatum conſ. 30. col. 5.
uolumine 1.& conſ.2.col.pen.verſic.ad 3.uol.2.
& conſ. 5. col. 3. eodem quem ſequitur Decius.
conſ.139.col.pen.in fin.& conſ.193.col.4.in prin
cipio,& idem tenere dicit Curt. Sen.conſ.50.col.
1.uerſi.& iſto caſu,& Gozad.conſ.8.col.ſexta cir
ca mediũ Pariſ.conſ.16.nu.10.vol.4.Afflict. deci
ſione 320.col.3.Decianus conſ.58.In 2.
54 Et fœminas† ideo non admittitur ad ſucceſſionẽ
feudi de iure cõmmi feudorum; quia quinque
cauſæ eam remouẽt. 1. quia fœminæ arma ferre nõ
poſſunt. 2. propter publicam honeſtatem, quæ nõ
patitur, ut cœtui uirorum ſe immiſceant, 3. pro
pter fragilitatem ſexus, ſeu conſilii. 4. propter
lubricitatẽ uoti. 5. quia uaria & mutabilis, pro ut
latè Rolan.a Vall.in cõſ.41.n.2.in 2.firmat.quoad
primũ allegans tex. & ibi Prępoſitũ & Afflictum
in c.1.§.hoc autem,qui feud.dar. poſſ. Alex.conſ.
98.nu.9.in 6. Soccin.cõnſ.9.col.2.in principio,uo
lumine 1.ſecũdum,& tertiũ firmat ex Curt.conſ.
1.nu.7.& omnes ait tenere Bal.in l.quoties.col.C.
de ſuis,& legitimis, quem ſequitur Curt. Iun. in
tract.de feud. 3.parte in uerſic. circa primã Pariſ.
in cõſ.4.col.2.in principio uolumine. 1. Decianus.
conſ.58.nu.6.& ſeq.in.2.
55 Attamẽ in regno† Siciliæ citra, & ultra Farũ fœ-
minę admittuntur ad feudũ: & sũt capaces ad feu
di ſucceſſionem deficientibus maſculis; & exclu-
dunt alios agnatos, & tranſuerſales. nõ obſtãte
iuramento fidelitatis.ita firmat Pariſ. conſ. 4.nu.
24.25.conſ.16.nu.7.& ſeq.in 1. dicens quòd cùm
diſpenſatũ ſit, quòd ipſa fœmina ſuccedat & ſit
capax feudi, etiam dicitur diſpenſatũ, ut poſſit
ſeruire p ſubſtitutũ:ut per Affl. in deciſione 320
nu.6. allegat etiam ſpeculatorem in titulo de feu
dis.§. quoniam uerſic. 21. & Alex.conſ. 10.uiſo in
ſtrumento.col.3.in quinto uolumine:& Bal. & ali
os.in c.1.§.quin etiam in titulo epiſcopus, uel Ab
bas.& tex.in c.ſi minoris. & in c.ſiquis deceſſerit
ſi de feudo fuerit controuerſia in c. 1. §. firmiter,
Vbi Andr.de Iſern.
56 Et etiã † monetur, quia fœmina poteſt reddi ca
pax ad tale iuramentum, & illud adimplere con
ſiderata perſonã ſui mariti, firmat hoc ex conſ.
Fulgoſ.conſ.4.qui aſſerit ita fuiſſe obſeruatum, &
in conſ. 86. col.2. & per iuniores, qui eſt Curt. in
tractat.de feud. in locis per eum allegatis. idem
Pariſ. hoc firmat in conſi. 22. nume. 32. eodem.
& in conſ. 23. nume. 36. eodem, & etiam ex alio.
57 monetur Pariſ.quòd in pluribus† caſibus fœmina
admittitur ad ſucceſſionem feudi, licèt iurame-
tũ fidelitatis requirat, & Soccin. cõſ.257. Viſis in
ueſtituris.col.2.3.6.& aliis ſeq.in 2.uolumine,ubi
concludit eo caſu quo fœmina ad ſucceſſionem
feudi recipitur.cũ eadem tunc cenſeri etiã, diſpẽ
ſatũ, quoad ſeruitiũ perſonale, ut per aliũ loco ſui
poſſit præſtari, & etiã quoad iuramentum fidelita
tis. quoniam contenta in illo præſtabuntur per
aliũ, & ſatis operabitur, quoad ſui perſonam, &
58 etiam coadiuuat ex† eo, quòd ſubſtantiale feudi
nõ eſt ſeruitiũ, ſed fidelitas: vt plenè proſequitur,
Andr.de Iſernia in cap. 1. ex quibus cauſis feud.
amittatur, & in præallegato cap. firmiter. & Af-
flict. in deciſione 320. col. 2. & Deci.in l.2.§.item
impuberes. nume. 5.ff.de regul.iur.& ita per prę-
dictas rationes, & doctrinas firmat in regno fœmi
nam admitti ad feudũ per conſtitutiones regni id
diſponẽtes. idem Pariſ.in conſ.21. à nu.21.uſque
ad.nu.25.in 1.idem firmat in conſ.12.n.32.33.eo
dẽ Affl.in conſtitutione in aliquibus. ubi tex.n.2.
& 3.& in conſtitutione, ut de ſucceſſionibus,n.2.
prædictas rationes ſequitur Natta in conſ.464.n.
13.in 2. & Soccin.Iun.conſ.26.nu.137.& ſeq.in 1.
Igneus in l.1.§.iuxta hoc tamen uidetur. nu.53.ff.
ad Syllenianũ.
Et † in hoc regno habemus c.regni ſub rege Ia
59 cobo c.ſi aliquẽ quod loquitur in ſucceſſione ab in
teſtato: ut deficientibus maſculis ſuccedant fœmi
næ, & c. ſub rege Carolo cap. 208. Et licèt † ſecun
60 dum diſpoſitionem capituli uolentes. uidetur
permiſſa alienatio feudi, & dubitetur, an ſit per-
miſſa in fœminã alienatio. quoniã eſt capax feudi
in regno, prout ſuprà firmaui, ſed obiicitur, φ nõ
ſit æquè digna, pro ut aliqui doctores in regno te-
nentes, φ fœmina nõ ſit æquè digna, ut in eam poſ
ſit fieri alienatio.ex diſpoſitione capituli uolentes
& preſertim id tenet Petrus de Gregorio in ſuo
tract. de cõceſſione feudi, parte 8. quæſtione 16.
num.mihi 43. uerſic. ex quibus infero 1. & Per-
nus conſ.9.Cornelius conſ. 199.nu.62. & 63.in 2.
Blaſcus lancea ſuper cap.uolentes ibidẽ chircus,
& alii, quos ſupra allegaui, & in cauſa ſpolii feudi
Billiſcaræ.
Tamen † uera, & indubitata eſt opinio Cannetij
61 in dicto c.uolẽtes fol.170.& 171.quòd fœmina in
regno dicitur æquè, quoad habilitatem ut poſſit
capere feudum, & ſit capax diſpoſitionis in eius
perſonam, ut poſſit habere feudum. quia in regno
ſtante diſpoſitione conſtitutionũ, & capitulorum
regni, per quæ fœmina eſt capax ſucceſſionis feu
di, ceſſant omnes rationes, per quas de iure com
muni fœudorum fœmina erat incapax feudi, ſtan-
tibus rationibus ſuprà deductis, ex Pariſio, &
aliis, & allegatis per Cannet.in ſupradicto ca. vo
lentes.fol.170. in §.incipiente prædictis attexitur,
& latè firmaui hanc opinionem in fauorẽ fœminæ
in allegationibus prædictæ cauſæ. Billiſcaræ in
cauſa ſpolij, in qua extiti aduocatus.
Imò in† terminis noſtris cõtraria opinio, quod
62 fęmina non ſit æque digna, excluderet etiam ip-
ſam Comitiſſam.
Et ideo in materia ſucceſſionis, dicendum eſt
pro cõcordia ſupra dictarũ ſecundum Petrum de
Gregorio in dicto tract.de conceſſione feudi par-
te ſexta, decima quæſtione.n.mihi 17.& 18.uerſi
culo unum tamen non omitto, quòd fœmina non
ſit ſimpliciter æquè digna, ſed ſecundum quid,
maſculo non exiſtente. dum dicit Petrus de Gre.
gorio ibi, quod licèt feudatarius poſſit poſtergare
filium primo genitum, & eligere ſecundo genitũ,
non tamen poteſt poſtergare filium maſculum &
eligere fœminam: quia ubi fœmina ex pacto, uel
de cõſuetudine admittitur ad ſucceſſionem feudi
ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo, admiſſa tã
men natura feudi, ſcilicet non Subſiſtente maſcu
lo. ita Bal. in cap. 1. §.filia uero. in principio, de
ſucceſſione

ſucceſſione feudi. Andre. de Iſern. in c. 1. §. & quæ
uidimus, qui feudũ dare poſsũe. quem ſequitur
Franciſcus Curtius Iun. tract. de feudis in 3. parte
uerſicu. 8. fallit, & hoc procedit ſubquacunque
forma dicatur feudũ fuiſſe cõceſſum, ut declarat,
& noluit Gulielmus de Perno conſ. 14. incipient.
colligamus in 11. cap. & ſeq. uerſicu. item talis
conceſſio. Seu uerius in primis notabilibus. nu. 95.
de quo per Iacobũ de ſancto Gregorio in trac. de
feud. in uerbo, & fœminis in 2. colu. uerſicu. Sed
quid ſi quis Curt. Iun. in tractatu de feudis in 3.
63 parte, uerſicu. 16. & ſeq. ergo † non dicitur fœmi-
na ſimpliciter habilis, & æquè digna, ſicut ma
ſculus ſecundo genitus ſed ſecundum quid, ſci-
licet deficiente maſculo, hæc ſunt uerba Petri de
Gregorio in dicta parte 6. quęſtione 10. & deinde
ait expreſsè tenere Decium in conſ. 194. incipien
te Viſo tenore pen. col. in fine. & allegat Matthæũ
de Afflictis in conſtitutione in aliquibus in 5. col.
62 Item etiam †ſucceſſor in magiſtratu poteſt uotum & decretum prędeceſſoris reuocare, & retractare, quãdo eſt iniuſtum uel nullum gloſ. fin. in l. quamuis ff. de reb. eorum, qui ſub tutel. ubi Bal. in fin. & not. in tex. ubi Bal. Fulgoſ. & Angel. in l. iure noſtro. ff. de teſtam. tutel.

63 Et Iudex† in ſententia ferenda debet ſeruare ordinem datum per l. 2. C. de ſentẽtiis ex breuicul. recitand. ubi diſponitur quod iudex poteſt ſentẽtiã, ſi ei uidebitur corrigere, dũ ſcribit: ſed poſtquam partibus eſt lecta, & publicata, non eſt amplius licitum.

64 Nec† obſtat pragmatica, quę ordinat, quòd ſententia ſcripta per magiſtrum notarium, non poteſt iudex impedire lecturam, tamen ſi uidebitur omnibus iudicibus uelle mutare uotum, quod poſſit, & ſic pragmatica facit potius pro parte donnæ Catharinæ, quam contra eam.

65 Coadiuuantur† prædicta etiam ex doctrina Petri de Gregorio in dicto tractatu de Iud. cauſarũ feudaliũ quæſt. 40. ubi quærit, quãdo uota magnę regiæ curiæ quæ ierunt uia recognoſcendi, ſunt correpta, & mutata per ſacrum regium cõſilium, ſecundum quæ uota debeat pronunciari, an magnæ regiæ curiæ, uel ſacri conſilij ea corrigentis.

Sed tribunal magnæ regiæ Curiæ propter rationes, nec non & authoritates prædictas, & ſtantibus uerbis literarum regiæ maieſtatis; prædicto modo dictãtibus, ex quo cauſa nõ fuerat tranſmiſſa ad Regem, eiuſque ſacrum conſilium uia recognoſcendi, ut potuiſſet eſſe locus doct. Petri de Gregorio, in quo caſu alio modo ſolet reſcribere, & mandare, quia in hoc noſtro caſu catholica maieſtas, & eius ſacrum conſilium decreuit magnæ regiæ curiæ cauſam ipſam eſſe decidendam, & terminandam, & ſic per Iudices ſedis præſentis, ideo ſtantibus literis prædictis Catholicæ Maieſtatis, ita decreuit magna regia Curia.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium merum, an mixtum dicatur, quando continuationem prętendens tanquam hęredem ex capitulo regni prætendit manuteneri.*

2 *Poſſeſſorium dicitur mixtũ, dũ prętendit quis conuerſari in poſſeſſione tanquam hæres, dum eſt probanda qualitas ſe eſſe hæredem. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & de ea qualitate cognoſci, & terminari. 44.*

5 *Diſputari quis ſit hæres, an contingit incidenter, & non dicitur mixtum, aut principaliter, & ſic. 7. 8.*

6 *Contra qualitatem, ſuper qua ſe fundat ſtatutum dum obijcitur, ſemper ea exceptio admittitur diſcutiẽda.*

9 *Mixta poſſeſſoria illa dicuntur, quæ habent annexam proprietatem de eorum natura.*

10 *In cauſa mixti poſſeſſorij debet procedi recipiendo teſtes, parte citata, & plenariè.*

11 *In*

11 *In poſſeſſorio ob ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem, in Hiſpania admittitur exceptio ſuperi etatis illegitimitatis, & incapacitatis ſucceſſionis. 10. 13. 161. 162.*

12 *In iudicio ſummario regulantur, repelluntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

14 *Poſſeſſorium ſummariſſimum differt à poſſeſſorio retinendę. 15.*

16 *Per poſſeſſorium ſummariſſimum prouidetur, ne partes deueniant ad arma, ideo non eſt mixtum. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Limita, ſtante conſenſu partium. 86. 87.*

17 *Diſcutiuntur doctrina doctorum dicentium poſſeſſorium mixtum. 18. 19. 20. 21.*

33 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, non comprehendit bona feudalia de iure communi, niſi ſtatutum exprimat de feudalibus, prout in regno in cap. regni exprimitur. 34.*

35 *Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem intelligitur de uero, & iuſto, & hærede ſucceſſibili in feudo. 36. 38.*

39 *In proprio, & uero hærede.*

40 *Inhabili, & capaci hærede. 42.*

37 *Statutum, quod contra inſtrumentum publicum nulla admittatur exceptio, ſi obiicitur, quod non eſt inſtrumentum, admittitur.*

41 *Fidei commiſſarius, an ſit uerus hæres, uel fictus.*

43 *Statutum continuãs poſſeſſionem in hæredem intelligitur de illis, qui habent tacitam defuncti uoluntatem ab inteſtato. 52.*

45 *Secus ſi appareret de contraria expreſſa uoluntate.*

46 *Quod ſucceſſio ab inteſtato defertur, non procedit, ubi adeſt expreſſa.*

47 *Qualitas à ſtatuto requiſita ubi requiritur de ea liquido conſtare debet.*

48 *Præſumitur uocaſſe aſtrictiores, dum noluit decedere inteſtatus, & ſic ſororem. 49. 50. 51. 52. non admittitur probatio in contrarium. 53. 54. 55. 56. 58.*

57 *Præſumptiones iuris magis prauалent, quam præſumptiones hominum.*

59 *Teſtator non poteſt diſponere, quod poſſeſſio non continuetur in hæredem, ſtante ſtatuto continuãte. 60.*

61 *Poſſeſſio continuatur in hæredem etiam quod diſponat teſtator, quod marchionatus iret in eum, qui deberet ſuccedere, iſto medio tempore continuatur in hæredem ſtante ſtatuto.*

62 *Stante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem, poteſt per hæredem tentari omne remedium poſſeſſorium. nu. 63.*

64 *Ex diſpoſitione imperfecta declaratur uoluntas teſtatoris.*

65 *Vbi conſtat de uera uoluntate diſponentis, ceſſat iuris præſumptio.*

Aduerſus præſumptiones Iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium.

66 *Limita, ubi probatio fuit admiſſa. 67.*

68 *Limita 2. ubi conſtat de contrario, quia efficitur notorium.*

69 *Limita, quando alia adeſt præſumptio fortior, quia una præſumptio tollit aliam.*

70 *Præſumptio eſt, quod non uoluerit moriens, quod ſuccedat alter, quam uocatus, & ſubſtitutus, ergo ceſſat præſumptio legis conficientur. 71.*

72 *Probare, quod mortuus fuit ſine filiis non releuat ſorori uolenti ſuccedere, niſi probet non feciſſe ultimam uoluntatem. 73. 74. 75.*

76 *Diſpoſitio teſtatoris non ſolennis debet ſequi. 77. 78.*

79 *In poſſeſſorio ſummariſſimo, licet non admittatur cognitio meritorum, & dominii fallit, ubi pars contraria paſſa eſt de eis cognoſci. 81. 82. 83. 84. 85. 107. 157. 158. & 159.*

80 *Pro Coadiuuando poſſeſſorio admitti poteſt cognitio meritorum, & dominij. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 117.*

96 *Interlocutoria, quod recipiantur teſtes, & in fine cauſæ de omnibus habebit ratio nõ decidit pũctũ, & reſeruat omne in fine cauſæ, nec eſt opus appellatione.*

97 *Per dotationẽ marchionatus uiro tranſit omne dominium in uirum.*

98 *Dotis deteriorem conditionem uir facere non poteſt.*

98 *Damnum non fit in dote, ſi uir promittit de meritis, & dominio cognoſci in Iudicio ſummariſſimo.*

100 *Damnum, quod recipit in dotem culpa uiri, uxor repetit à uiro diſſoluto matrimonio.*

101 *Limita duobus modis. 102.*

103 *Donatio de uſufructu feudi eſt nulla, quia de parte abſque conſenſu domini. 104.*

104 *Ergo idem alienans poteſt reuocare, nec competit ſoli fiſco. 105.*

108 *Vxoris eſt cauſa ſuper fundo dotali, & non uiri, & non nocet vxori ſententia cum viro lata. 109. niſi ſciuerit, & tacuerit. 110. 111.*

112 *Vxori competit actio ad exactionem dotis, & ea exacta dari uiro.*

114 *Ius competens uxori pro poſſeſſionis conſeruatione uigore ſtatuti continuantis poſſeſſionem, non poteſt per conſtitutum transferri. 116.*

115 *Nec per ceſſionem in alium transferri.*

119 *Hæredi ab inteſtato pro nanciſcenda poſſeſſione bonorum hæreditariorum competit interdictum poſſeſſorium, quorum bonorum.*

120 *Directum ad totam hæreditatem, utile ad unam rem particularem.*

121 *Aduerſus remediũ, quorum bonorũ, an admittatur, exceptio dominii, de quo conſtat incõtinenti. 122.*

123 *Contrarium in fideicommiſſario cõtradicente. 124.*

125 *Fideicommiſſarius in remedio ſummario l. fin. C. de edicto diui Adriani toll. non admittitur etiam, quod doceat incontinenti. 126.*

126 *Hæredi competit remedium. l. fin. C. de edict. diui Adriani toll. etiam quod detur continuatio per capitulum regni. 127. 128.*

129 *Fideicommiſſarius docens in continenti de iure ſuo admittitur aduerſus hæredẽ tentantem remedium l. fin. C. de edict. diui Adriani toll. maxime in feudalibus. 131. 131. 145. 146.*

128 *Limita, primo, quando poſſeſſio eſt adepta cum uitio. ubi diſtinguit. 129. 131.*

163 *Limita. 171. 172.*

131 *Limita, in feudalibus, in regno. 132.*

133 *Limita, ſtante ſtatuto poſſeſſionem continuante in hæredem; quia habet uim poſſeſſionis recuperandæ, & ſpolii. 134. 135.*

149 *Limita, quando conſtat euidenter de Iuribus agnati. 151. 151. 153. 155. 161. 162. 245.*

136 *Probari in continenti tunc dicitur fideicommiſſarius, quando eſt nominatus in inueſtitura: ſecus ſi per teſtes intẽdit probare genealogiã. 137. 177.*

In poſ-

198 *In poſſeſſorio ſummariſſimo non admittitur probatio dominij incontinenti, contrarium in feudalibus. 185.146.147.*

139 *Limita, ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem.*

140 *Limita, ſtante conſenſu partium. 148.*

141 *Limita, vbi hæres petit in poſſeſſionem confirmari.*

142 *Contra hæredem nõ poteſt obijci, quod non ſit hæres.*

143 *Intellige de hærede ſcripto in teſtamento.*

144 *Secus, ſi ſe eſſe hæredem uult probare per teſtes.*

150 *Si agitur de tollendo ſequeſtro debet obtinere qui fouet ius in meritis. 154.*

156 *Partes, vbi ſunt concordes, circa factum eſt merus iuris articulus.*

160 *Si ex probatis conſtat de non iure actoris, non poteſt rem retinere, ſine peccato actor.*

157 *Merita proprietatis, & dominij poſſunt cognoſci ſi ſuper eis ſunt facta probationes, etiam ſi reclamauit, & deciſum recipi debere, ſi non eſt reuocata deciſio. 158, 159.*

163 *Propria authoritate ingredi poteſt poſſeſſio fideicommiſſarius data uoluntate defuncti, quia poteſt dari. 165.*

171 *Item ſecundus fideicommiſſarius.*

166 *Poſſeſſor, qui eſt tempore ſequeſtri, debet manuteneri, licèt iniuſtus. 167 241.*

168 *Limita, & declara. 169. 170.*

173 *Feudatarius habet naturalem poſſeſſionem, & ciuilem.*

174 *Manuteneri debet ille, qui habet maius ius in proprietate, quia notorium petitorium abſorbet cauſam poſſeſſorii. 175. 176.*

178 *Manuteneri debet ille in poſſeſſorio ſummariiſſimo, qui detinet non aduertendo ad iuſtitiam poſſeſſionis. 179. 180. 181. quomodo. 196.*

182 *Hæres ſecuta aditione ueram, & propriam poſſeſſionem acquirit, vigore capituli regni continuantis poſſeſſionem in hæredem. 194.*

183 *Hæres ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem poteſt cumulare remedium retinendæ, adipiſcendæ, & recuperandæ in regno ex uerbis capituli regni. 190. 191. 193.*

184 *Retinendæ ordinarium, & ſummariiſſimum. 185.*

185 *Poſſeſſio per alium apprehenſa non impedit poſſeſſionem continuari in hæredem ex diſpoſitione capituli regni, & ille alius dicetur turbator, & iniuſtus. 186. 192. 194. 195.*

187 *Remedium nouitatis à remedio ſaiſinis eſt diuerſum, & vide differentias. 188. 189.*

197 *In poſſeſſorio ſummariiſſimo non obtinet, qui ui, uel clàm ab alio poſſidet. 198. 199.*

200 *Probare quis debet, qui vi, uel clàm ab alio poſſidet, & quomodo probetur. 201. 202.*

203 *Poſſeſſionem animo continuandi ingrediens, ſi non poſſidet, dicitur de nouo capere.*

204 *Hæres deiectus à ſucceſſore in feudo poteſt ſtatim recuperare deijciendo incontinenti. 205. 206.*

207 *Verba in literis, per dare la poſſeſſione, a chi deue ſuccedere, quid importent. 208. 209.*

211 *Fœmina in feudis ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, maximè quando maſculi ſunt admiſſi excluſis fœminis. 212. 213. 214.*

215 *Si poſſeſſio capta eſt, per aliquem, tanquam hæredem patris, non poteſt alio iure poſſidere. 216. 217. 218.*

219 *In hæredem ſecundum non continuatur poſſeſſio ſed in primum.*

220 *Continuatio poſſeſſionis ſtante ſtatuto non fit contra uoluntatem teſtatoris, ſeu defuncti. 244.*

221 *Statutum continuans in hæredem ab inteſtato poſſeſſionem debet probari ſe hæredem ab inteſtato. 222. 223.*

224 *Inſtrumenta, ſeu actus poſſeſſionum non probant ſolis poſſeſſionem.*

225 *Limita ſuper re facta alio tradente.*

226 *Poſſeſſio, quomodo probetur. 227. 228. 229. 231. 237. 239. 240.*

230 *Errans nullam acquirit poſſeſſionem.*

232 *Poſſeſſionem non dicitur cepiſſe, qui ita cepit, ut eam retinere non potuiſſet. 233. 234.*

235 *Ex poſſeſſione caſtri dicitur capta poſſeſſio totius marchionatus. 236.*

237 *Teſtis partis aduerſæ probat contra eum etiam quod ſit vnus.*

246 *Statutum, vbi continuat poſſeſſionem in hæredem non continuat in hæredem vſufructuarii.*

243 *Deciſio magnæ regiæ Curiæ, & ratio eius deciſionis. 247.*

DECISIO III.

In cauſa poſſeſſorij ſummarijſſimi marchionatus Iarratanæ uertente inter don Michaelem de Septimo filium quondam don Blaſci cum quo don Blaſco de ſeptimo, & Caluello erat contentio poſſeſſionis prædicti marchionatus ex vna, & donnam Bellam dammam de Septimo, & Caluello, & modò Duciſſam Bisbonæ ex altera, quis eorum deberet manuteneri in poſſeſſione dicti Marchionatus. quod iudicium fuit transfuſum per mortem dicti don Blaſci in perſonam iſtius don Michaelis eius filij hæredis vniuerſalis, & primogeniti.

PRimò ex allegationibus factis ex parte iſtius dõ Michaelis de Septimo, & Caluello fuit deuentum ad diſcuſſionem illius difficultatis, & quæ
1 ſtionis, quòd dicatur hoc iudicium † poſſeſſorium merum, & ſimplex, an uerò mixtum: poſt quàm donna Bella damma duciſſa Bisbonæ manutentionem poſſeſſionis prætendit ex continuatione poſſeſſionis ex c. regni regis Ferdinandi 43. quod continuat poſſeſſionem in hæredem, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, tã in bonis allodialibus, quàm feudalibus, & ipſa duciſſa dicit ſe tanquam ſororem, & aſtrictiorem in gradu mortuo don Garſia, ultimo marchione eius fratre ab inteſtato eſſe hæredem.

2 Et † in hoc puncto dicebatur: primo quòd illud iudicium poſſeſſorium in rei ueritate dicitur eſſe poſſeſſorium mixtum, non merum, nam non aliter iſta donna Bella dãma prætendere poteſt conſeruari in eius prætenſa, & aſſerta poſſeſſione niſi doceat, & oſtendat ſe eſſe hæredem, ex quo capitulũ regis Ferdinandi 43. continuat poſſeſſionem in hæredem,

redem, ſiuè ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. cùm igitur ad fundandam, & ſubſtantiandam hanc poſſeſſionem requiratur probatio, quod ſit hæres: ſequitur. quod iſtud poſſeſſorium dicitur etiam mixtum, non merum: ex quo habet annexam probationem proprietatis, an ille ſit heres, uel non.

3 Hoc probatur primò ex ſolenni † conſilio Baldi 141. col. 3. uerſic. 3. eſt præmittendum uolumine 1. ubi punctualiter loquendo in ſtatuto cõtinuante poſſeſſionem in heredem dixit, quod ſi hæres uult pretendere poſſeſſionẽ ad ſe quòd uerè ſit hæres, & ſobdit hæc elegantia uerba, quòd omnis exceptio, quę perimeret petitionem hęreditatis hẽt perimere fictionem, & beneficium Statuti: unde de omni iure hæreditario uero, & etiam apicibus Iuris debet diſputari, ſi quis lætatur dicto ſtatuto.

4 Hanc † eandem concluſionem firmat idem Baldus in conſ. 330. eodem uolumine 1. ubi loquitur ſimiliter in hoc ſtatuto continuante poſſeſſionem in hęredem: & dixit habere mixtam cognitionem proprietatis, unde cauſa dominij admiſcetur, cũ in eo habet probare ſe eſſe uerum hęredem.

Hanc etiam Bal. ſententiam ſecutus eſt Alexander conſ. 7. col. pen. uerſic. in 2. quęſtione lib. 6. ubi ſcribendo in quodam ſpolio, quod ſucceſſit in his partibus noſtris in hoc ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem, allegat Bal. in dicto conſilio 141. ſuperiùs citato. & eum clariſſimè ſequitur.

Et ex Iunioribus prædicti Baldi ſententiam ſecutus eſt Menoch. clariſſimè de adipiſ. poſſeſſione remedio quarto. nu. 85. cum pluribus ſeq. qui clariſſimè loquitur, ſi diligenter conſideretur, Fabius Torretus conſ. 38. nu. 22. conſ. 26. nu. 4.

Item Berous conſ. 111. uol. 3. per totum idem ſequitur. arguit enim primo loco pro illa parte, quòd ex illa probatione, qoòd aliquis ſit hæres, non inducitur poſſeſſorium mixtum, & adduxit multa, ut in fine ipſe Berous dum reſpondet ad Baldum in prędictis conſilijs in uerſic. nec obſtat. nu. 15. dicit, & ingenue fatetur, quod in terminis ſtatuti continuantis poſſeſſionẽ in hęredem ſuper ipſa hæreditate eſt quæſtio principaliter, & ſubſtãtiatiue, & ſtatutum uult ſolum hæredem habere hoc beneficium: nec ſuper alio eſt facienda probatio, niſi ſuper hoc, an ſit hęres, ſuper poſſeſſione uerò nihil eſt probandum, quoniam ſi conſtabit actorem eſſe hæredem, ex hoc dicitur ipſo iure poſſeſſor, ex diſpoſitione ſtatuti.

5 Et ſic in effectu † facit differentiam incidenter, an principaliter tractatur quis ſit hæres. quia 1. caſu poſſeſſorium non ex hoc dicitur mixtum.

In 2. uero caſu, ſi ex quo principaliter tractatur de probanda eà qualitate, ſuper qua ſe fundat ſtatutum, quod ipſe Berous explicat latioribus, & pulchrioribus uerbis.

Prętereà; & ultra eandem Bal. ſententiam ſecutus eſt inſignis quidam doctor hiſpanus Franciſcus Farmentus in ſuo tract. de redd. eccleſ. cart. 135. in parua impreſſione, uerſic. & ita intelligi debet. ubi allegat illa duo, quæ à Bal. & eum ſequitur reprehendens Beroonem in conſ. 91. & ſobdit, & ita intelligit, quando dicatur mixta cauſa petitorij, & poſſeſſorij, quod doctores non ita declarant.

Et nouiſſimè hanc Bal. ſententiam ſecutus eſt Contardus in repet. l. unica. C. ſi de moment. poſſ. cart. 93. in par. impreſſ. in 6. ſecundo ſed ut ueritas ubi quaſi per totum confirmat eandem concluſionem, & allegat pro hac parte præallegatum Beroi conſiliũ. Vltra omnia prædicta facit etiam allegatus tex. in l. 1. circa fin. ff. famil. herciſ. ubi dicit primo loco eſſe tractandum illam exceptionem, an ille ſit hæres, nam hoc prius non diſcuſſo, de diuidenda hæreditate tractare non poteſt ſubdens hæc uerba.

Quo ſit, ut in eo caſu ipſe Iudex, apud quem Iudicium agitur, cognoſcat, an cohæres ſit, nec adiudicari ei quicquam oportet, nec aduerſarius ei cõdemnandus eſt.

Vlterius etiã eſt conſiderãdum, quod id quod prætendit iſte don Blaſcus, uadit de directo ad elidendam qualitatem illam, ſuper qua ſe fundat ſtatutũ uidelicet quis ſit hæres. quotieſcũque
6 aũt exceptio † eſt contra qualitatem ſuper qua ſtatutum ſe fundat, nunquam intelligitur reiecta etiam, quod reijceret omnes & quaſcunque exceptiones. Bar. in l. diuus. ff. de teſtam. milit. Abbas magiſtraliter in cap. item cùm quis de reſtit. ſpoliat. Felyn. in cap. ex parte. nu. 6. uerſic. 2. fallit de officio delegat. ubi quoque Decius in ſecunda fallentia, & in ſuo conſ. 119.

Et in effectu in prędicta cõcluſione uidelicet: in ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem, ꝙ dicatur poſſeſſorium mixtum nemine ſcribentium diſcrepante, dicebatur, & deciſiones ex aduerſo allegatæ Ripæ, & aliorum, uel loquuntur in probatione, quæ uenit incidenter, ad fundandam, quod ſit hæres, uel loquuntur in terminis l. ſi. Codice de edict, diui Adriani toll. quæ in remedio de adipiſcenda, loquitur, non conſeruanda, pro ut eſt caſus noſter.

Et in effectu iſta diſtinctione omnia contraria tolluntur.

7 Quòd † autem probatio, quòd ille ſit hæres, conſideratur incidentur, aut principaliter: incidenter, dicitur, ſi titius fuit ſpoliatus, tentauit ſpolium, & eo pendente, & indeciſo mortuus eſt hæres eius, nõ aliter proſequitur dictum poſſeſſoriũ cęptum, niſi doceat ſe eſſe hæredem: iſtud autem dictum incidenter probare ex eo q.a non fundatur ſpoliũ ex heredis aditione, ſed ex poſſeſſione, quã defunctus habebat: & ex eius ſpoliatione. uenit autẽ incidenter, ex quo ſucceſſor tanquam hæres proſequitur ipſam cauſam poſſeſſorij, unde debet oſtendere ſe eſſe hæredem: quia ſpolium ex ſua perſona immediate non fundatur, & propterea non deſinit eſſe merum poſſeſſorium.

8 Principaliter † autem probatio prædicta conſideratur, quando poſſeſſio fundatur principaliter immediate ex perſona ipſius hęredis: quia ſtatutum in eo continuat poſſeſſionem, & niſi eſſet ſtatutum prædictum, hæres non haberet poſſeſſionem, nec ex perſona defuncti, nec ex perſona propria niſi illã appræhenderit actualiter, onde ad probandum extremum poſſeſſionis, eſt uere, & plenè probandum, de illa qualitate, an ſit hæres, & ſic de illo principaliter tractari dicitur, & ſic ſubſtantiatiue, & non incidenter, & iſto caſu dicitur

ſitr poſſeſſorium mixtum, & iſta diſtinctio eſt de mente,& uerbis doctorum omnium præallegat rum ita, ut omnia contraria ex aduerſo deducta loquantur in prima facti ſpecie, quando dicitur in eidenter, non in 2. quando principaliter.

9 Ex parte † autem Daeiſſæ replicatum fuit, nos non eſſe in poſſeſſorio mixto, ſed in mero, & nudo poſſeſſorio, aut ſummariſſimo, aut alio comprehenſo in ei regis Ferdinandi arguendo mixta poſſeſſoria illa eſſe, quæ ex eorum natura habent annexam cauſam proprietaris, qualia ſunt ea, quæ connumerantur in l. ſiquædam ff. de interdictis, ſeu ex tract. actio.& in l. 3. §. hoc autem, ff. de itine. actuque priu. & ibi docto.& omnes in l. naturaliter. §. nihil commune, ubi in ſpecie Ale. n. 76. & Iaſ. n. 34. ff. de acquir. poſſ. & propterea Bal. dicit ibi procedere hoc interdicto recuperandę poſſeſſionis, ut admittat exceptio proprietatis, quando excludit poſſeſſionem agentis, & comprobat Alex. & Ripa n. 81. quia in his interdictis poſſeſſorijs ex eorum natura mixtis, quicquid detrahitur proprietati, detrahitur poſſeſſioni allegabatur pro dicto aſſumpto eius rationis Afflict. deciſione 324. in primo dubio.

10 Et † in cauſa mixti poſſeſſorij diuerſimode procedi deberet: quia debent teſtes recipi parte citata, & plenariè dicta cauſa debet examinari: ſecundum Alex. in §. nihil commune. n. 76. 78. Iaſ. conſ. 54. & Bart. n. 4. Guid. Papa deciſione 336.

11 Hinc † oriri dicebatur, quòd in huiuſmodi poſſeſſorio ob ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem, apud ſuprema hiſpaniarum tribunalia admittuntur contra intentantes poſſeſſoria ex l. 45. taurina exceptionis ſpurietatis illegitimitatis, incapacitatis, & omnia alia, quæ ſucceſſoris perſonam inhabilem reddunt, ut teſtatur Molin. de primogen. hiſpan. lib. 3. c. 13. n. 24. dummodo altiorem indaginem non requirat, ut ipſe melius declarat. n. 14. uerſic. hoc autem.

12 Debet † enim ſtatim probari, cùm de eis ſummariè cognoſcendum ſit; & in quocunque iudicio ſummario regulare eſt, quod quæ requirunt altiorem indaginem repellantur. per tex. in l. ille, à quo §. ſi de teſtamento. ff. ad trebell. l. ſi is. à quo in principio. ff. ut in poſſeſ. legat. gloſ. ordinaria in l. 2. in uerbo quamnis. C. de edict. diui Adriani toll. & per alia iura, ut ibi per Molin. poſt Gregorium lopes in dicta l. 45. tauri.

13 Et hoc † ea quidem ratione quia tale ſtatutum, & lex tauri prædict. 45. non continuat poſſeſſionem in hæredem, ſed in ſucceſſorem in maioratu & propterea in illo poſſeſſorio admittuntur oēs exceptiones excludentes qualitatem, ab illa lege requiſitam, ſi in continēti probari poſſint in ſummario illo iudicio per doctrinam Bar. in l. 1. §. & parui ff. quod ui, aut clàm: eumus dicta ſequitur Abbas in c. item ſi quis. n. 9. de reſtit. ſpoliat. Gregor. lopes in dicta l. 45. & ipſe Molines, qui tranſcripſit uerba lib. 3. primogen. Hiſpan. capit. 10. in principio.

Hoc noſtrum nanque poſſeſſorium, de quo agitur ſummariſſimum reſultans ex c. Ferdinandi 14 45 † diſtat à poſſeſſorijs mixtis illa ratione: quia in hoc poſſeſſorio ſententia eſt merè interlocutoria ideo non appellatur, ſed ſuper poſſeſſorio retinendæ eſt diffinitiua, & appellatur, ut not. doct. in l. unica C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appella. iſta ſententia non affert præiudicium, neque in poſſeſſorio pleuario nec in petitorio: in iſto ſufficit

15 ſummaria cognitio; † in alio requiritur plenaria in iſta ſententia non affert perpetuum præiudicium, ſed quouſque durat lis, ſuper poſſeſſorio, uel petitorio plenario, in illo affert perpetuum præiudicium, donec ſuper proprietate eſt pronunciatum: ita apud omnes iuris prudentiæ profeſſores, & latiſſimè haberi per Paul. de Caſtr. con ſil. 3. uolum. 2. Nattā conſi. 121. nu. 2. in 1. Beroū quæſtione 71. Anguſciolam conſil. 187. Deciū conſi. 21. n. 10. Cagnolū in l. pari. ff. de regul. iur. Neuiza. conſi. 80. 81. Couarr. practicarum quæſtionum c. 17. & alij, quam plures, quos congerit

16 Menoch. tract. recuper. poſſ. remedio 1. n. 24. † ratio enim eſt quia ordinatum eſt ad finem, ne partes diſceptantes ſuper proprietate, aut poſſeſſione ueniant ad arma. & rixas ſe in uicem turbādo aſſerentes ſe poſſidere, ut iudex ſummarie cognito, quis partiū in poſſeſſione ſit, in hibeat alteri, ne turbet, nec pro libello offerat enſem, ita Paulus Natta, Didacus, Berous, Decius, Menoch. & alii in precitatis locis.

Si ergo huiuſmodi eſt naturæ ſummariſſimum hoc, quo nam pacto dici poteſt, quòd ſit mixtum cùm in mixtis poſſeſſorijs omnia ex diametro obſiſtant?

17 Nec obſtare † dicebatur authoritatem Bal. in rubrica de poſſeſ. & propriet. n. 13. ibi, quia conditio ex l. fine cauſa proprietatis non eſt, cùm debeat diſceptari de proprietate iuris hæreditarij, & admittitur quæſtio contrarij dominij, dico ſaltem ſemiplena, & dicimus idem, quod in interdicto quorum bonorum l. fin.

18 Et † dictum ſtatutum intelligitur de iuſto, & uero hærede, quia iſtud eſt proprium ſignificatum uerbi hæreditas: nam hæres dicitur, qui in uniuerſum ius ſuccedit tale, quale erat apud defunctum & loquitur in hærede ab inteſtato, & idem dicebat authoritatem eiuſdem Bal. in conſil. 241. nu. 3. uolum. primo, non obſtare, dum diſceptatur, an fuiſſet appellabilis ſententia lata pro hærede ut immitteretur authoritate ſtatuti mediolanēſis hæres ſcriptus, qui arguendo in contrarium ſcripſit, quod contra hæredem prætendentem poſſeſſionem continuatam obijci poteſt omnis exceptio, quæ perimeret petitionem hæreditatis, & ipſe hæres docere debet, ſe uerum hæredem, non abuſiuè, & in conſ. 330. eod. de hoc eodem agens ſcripſit ſuper eodem articulo appellationis & arguendo primo pro hærede e xinde in contrarium dixit, dum dicit in contrarium, quippe uidetur, quia hæc cauſa non eſt merè poſſeſſoria, cùm non competat, niſi uero heredi, quia cùm hoc ſtatutū ſit contra ius commune l. 1. §. Sceuola ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. fuer. debet intelligi propriè. & ſtrictè de eo, qui probat ſe hæredem, & ſic mixtum poſſeſſorium cum iure dominij, quia hæres, & dominus idem ſunt leg. his uerbis. ff. de hæred. inſtitutione: tamen Bald. ſecundum eum ibi in deciſione caſus. numer. 9. dicit fuiſſe merum poſſeſſorium.

poſſeſſorium. quia ex coniunctione iuris commu
nis, & ſtatuti reſultat merum poſſeſſiorium facti,
& quia ſtatutum uenit cauſa fortificandæ poſſeſ
ſionis, & quod eſt in fauorem poſſeſſionis non
debet in odium retorqueri in læſionem, & dilatio
nem litis, ideo determinat non eſſe locum appel-
lationi uti de mero poſſeſſorio. de Bal. meminne-
runt, & probarunt Alciat conſ. 10. lib. 6. & memi
nit non improbare apertè uidetur Contard. in re
pet. l. 1. Limitatione 2. ratione mixtionis. §. 2. n. 7.
8. 9. 10. 11. & Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. re
medio 4. n. 859. cum ſeq. licet optime declaret,
& non uidentur improbare Beorum conſ. 111. n.
15. in 3. dum Bal. reſponſa declarauit quanuis cõ
trarium conſulnerit ultra iſtos doctores Molin. li.
1. de primogen. hiſpanorum. c. 13. n. 10. Bar. pro-
bauit in prædicta lectura, & conſilijs pro ſtatu
hiſpaniarum.

19 Quibus ſubſequenter aduocatus Duciſſæ re-
ſpondendo dicebat, primò cum Contardo loco
præallegato n. 13. uerſic. uera igitur Bal. conſilia
in caſu ſuo procedere, ſcilicet conſilium 141. quia
ſtatutum loquitur imperſonaliter de hærede, &
ipſe Bald. ibi & in conſil. 330. fatetur eſſe merum
poſſeſsoriũ in hęredem ex teſtamẽto. & Menoch.
dicit in præallegato num. 861. ideo in caſu conſi.
Bald. 141. fuiſſe admiſſam appellationem: quia
fuit propter dubium, quis eſſet hæres ob duo te-
ſtamenta. vnde ingreſſi fuerunt petitorium ſed
ubi probabiliter non dubitatur de hærede uero,
non eſt difficultas, & idem uult Contardus in di-
cta limitatione 2. §. 2. n. 21. & ſic in præſenti cau-
ſa merum poſſeſſorium dici quia concurrit id,
quod dicit Menoch. quod non dubitatur, nec in
dubium refragari poteſt Duciſſam eſſe ueram, &
legitimam hæredem don Garſiæ eius fratris: con-
currit, & aliud ſecundum Contard. & ſi Bal. conſi.
330. lib. 1. conſuluerit eſſe merum poſſeſsorium
in hærede ex teſtamento propter apparentis te-
ſtamenti fidem apertam, id tamen ab inteſtato
admittit lex noſtra regni in c. Ferdinãdi 43. quod
20 † capitulum æquiparauit hæredem ex teſtamen-
to, & ab inteſtato. ergo non debent iure diuerſo
cenſeri. l. eũ, qui ædes. ff. de uſucapio. ergo æquali
ter debẽe determinare. l. Iam hoc Iure ff. de uulg.
& pupill. æquiparatorum ergo idem ius eſse de
21 bet. l. 1. ff. de leg. 1. & ibi doct. quod nõ erat in ſta
tuto mediolani. & † in terminis indiuidualibus
in ſtatuto loquente de hærede ex teſtamento, &
ab inteſtato ut immittatur iuxta terminos l. fi. C.
de edict. diui Adriani toll. quod in hærede ab in
teſtato ad probandum ſe hæredẽ, ut immitatur
non requiri plenariam cognitionẽ in titulo hære
ditario ſed ſummariam decidere Signo. de Amo
deis conſ. 250. per tex. in l. 3. §. duæ ff. de carbõ.
edict. & l. 1. C. quorum bonorum & l. 15. à quo §.
fi. ut in poſseſs. legat. reſeruata plenaria cognitio
ne in petitorio ubi duo cognoſcenda ſunt ſumma
rie ſe eſse hæredem, & poſsediſse.

Si ergo ſtante iſto ſtatuto de iſta qualitate hæ
reditaria pro actuali poſseſsione nanciſcenda re
quiritur ſummaria cognitio, ſecundum Signoro.
iuxta terminos dictæ leg. Si is. à quo ſequitur
quod iſta cognitio ſũmaria ſit Iudicis officio. ita
gloſ. ibi in uerbo hodie. ibi & ſic totum ſit iudi-
cis officio ſummariè iuxta tex. & in l. ille, à quo §.
ſi de teſtamento. ff. ad trebell. ut in gloſ. in uerbo
non erit, ſequitur quod non poteſt tractari, quod
22 adſit poſſeſſorium mixtum. † quia mixta ex ſui
natura poſſeſſoria plenariam cognitionem requi
runt, ut ſupra dictum eſt, & quando lex dicit,
quod iudex ſummatim procedat, intelligitur ab
ſente parte, & non fit litis conteſtatio ita Bar. in
l. ſulcinius. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat. & Iaſ.
poſt Bal. in l. naturaliter in §. nihil commune. nu.
168. ff. de acquir. poſſ.

23 Subdebat † etiã ex con. Beroi. 111. uolumine. 3.
quod ipſe firmat non eſſe poſſeſſorium mixtum
& non eſſe appellabilem ſententiam in caſu ſuo,
ubi probatum fuit actorem in remedio recupe-
randæ eſſe hæredem. itẽ etiam, & in remedio quo
rum bonorum quod datur hæredi abinteſtato ad
nanciſcendam poſſeſſionem bonorum per defun
ctum poſſeſſorum tempore mortis docto quod ſit
hæres, & quod defunctus poſſedit illa delatæ hæ-
reditatis probatio non faciat poſſeſſorium mixtũ
& propterea non appellatur. eſt opinio Bart. in l.
1. C. quorum bonorum. n. 13. & Salicet. 161. in ul
timis uerbis. Rolan. conſ. 77. n. 10. Achill. qui di-
cit communem in l. fin. aliàs de adipiſc. nu. 479.
& dicit ita omnes tenere Cõtard. in dicta lege. 1.
limitatione. 2. §. 8. n. 28.

24 Ideo dicebatur † ex Contardo in dicta. L.
1. limitatione. 2. ratione mixturæ. §. 7. per totum,
& maxime n. 17. 18. 19. 20. uſque ad finem quod
mixta ſunt illa poſſeſſoria à natura, quæ ſic à iure
introducta ſunt, ut poſſit agens poſſeſſorio obti-
nere in poſſeſſione, niſi principaliter, uel inciden
ter de proprietate tractẽt: ut declarat Socc. Iun.
conſ. 182. n. 5. lib. 2. & poſt Roma. Alex. in dicto
§. nihil commune. nu. 76. & per eudem Bal. in l. in
certi. n. 12. C. de interdict. in quibus diffinitur, &
petitorium, & poſſeſſorium, & appellatio admit-
titur, & plenarie cognoſcitur, & ultra Contardũ
& ea, quæ ponũtur in l. 2. §. quædam et l. 2. ff. de
interdict. exemplificari poſſe ea quæ dicuntur in
c. 1. quæ ſint regalia.

25 Alia † dicebantur eſſe poſſeſſoria, quæ nõ ſunt
ſui natura mixta, quanuis illa poſſeſſoria debeant
iuſtificari ex titulo, ut in cauſa beneficiali, nam ti
tulus requiritur, non ut faciat mixtũ, ſed ut iuſti-
ficet, & coloret: quia iſto caſu non agimus de pe
titorio, ſed de mero poſſeſſorio allegando Imol.
Couarr. & Ant. Gabriel. allegatos per Contar. in
dicta limit. prima. §. 8. n. 14. 15.

26 Et finaliter quotieſcunque principaliter † cau-
ſa incæpta, & intentata poſseſsoria contin-
git de titu. tractari, non habet hæc cauſam pro
prietatis annexã, nec mixtã continet. ut Cõtard.
firmat in dicto 8. §. n. 18. 19. 20. idem poſt Ripam
in dicto §. nihil commune. n. 156. & Caſsiodorus
deciſione. 4. ut lite pendent. & ſicut in beneficio
ita exemplificatur in poſseſsorio iuriſdictionis, &
decimarum poſseſsarum ab Epiſcopo in aliena
diœceſi, & ita ſuiſse deciſũ per plures ſentẽtias
teſtatur, quantumuis tituli iuſtificatio requiratur
idem etiam ex eodem Contardo ibidem non fa-
cere poſseſsorium mixtum aliqua cauſa ob id,

quod

quod requirat titulum ad colorandam uel iuſtificandam poſſeſſionem ſubdens, alias ſequeretur, quod in remedio quorum bonorum, & in remedio l.fin.C.de edict.diui Adriani toll.daretur appellatio, cum in prædictis judicijs ad obtinẽdum oporteret probare, quod agens ſit hæres: & ſic quòd ſit dominus, quod falſum eſt, rationem aſſignant.quia incidenter diſcutitur: quod ſit hæres, uel de dominio, & hanc reſponſionem dedit Berous in dicto conſi.3.n.15.ad conſilium Bal.141. licèt corruptè allegatum, quod ibi principaliter fuit actum, quis eſſet hæres propter duo teſtamenta, & exinde quis immittendus fuiſſet: ſecus ubi petitur poſſeſſio, & incidenter probatur qualitas à lege, ut interdicto quorum bonorum, in quo neceſſe eſt probare hæredem, & tamen non præiudicat in petitorio, quia ex ſui natura hoc mixtum non facit.

27 Et pro maiori confirmatione† prædictorum allegabatur Decius in l.2.C.de bonorum poſſeſſione ſecundum tab.col.2.3.not. n.6.in uerſic. retenta, ubi teſtatur de communi opinione: & licet limitet eam, ut in poſſeſſorijs mixtis deferatur appellatio, ſublimitat in his uerbis. & hoc uerum intellectu, aliter nisi limitate agatur, duntaxat reſpectu poſſeſſionis, ut notabiliter tradit Speculator in titulo de appell.§. in quib.uerſic.6.caſu.& uerſic. ſed nunquid Angel.in dicta lege, & idem not.Salycet.in l.momentaneæ.col.3.uerſic.ſed tunc quæro.C.vnde vi: per quam, & alias doctrinas ita fuit deciſum per rotam teſte Contardo, quæſtione 6, in dicta lege 1.fol. mihi 521. in fauorem agentis ad reſtitutionem Caſtri, cui fuit obiecta exceptio ſpurietatis, unde etiam nõ competebat actio, qui ſe probauit legitimum eſſe in proceſſu.

28 Et moralite † ſuper appellatione quia dicebatur poſſeſſorium mixtum propter neceſſariam diſcuſſionem ſuper illegitimitate, fuit cõcluſum per Rotam, quod ex quo in omni poſſeſſorio quãtumcunque ſummario, legitimanda eſt perſona, non per hoc cauſa ſit appellabilis, nec poſſeſſoriũ mixtum: quia principaliter agitur de mero poſſeſſorio, licet incidẽter deducatur cauſa legitimitatis.

Sed nec Bal.tenuiſſe contrarium, ſi bene inſpiciatur in ſuo loco principali, loquutum eum fuiſſe quoad titulum hæreditarium, & legatur, nõ autem quod hæres agens deberet probare defunctũ fuiſſe dominum bonorum hereditariorum, uel alicuius rei hæreditariæ à tertio occupatæ: uel quod aliquis tertius poſſit dicere dominiũ talis rei ſpectat ad me fideicommiſſo reuocatoria, uel reuendicatoria.

Ideo ipſe dixit, cum debeat diſputari de proprietate iuris hæreditarij, ſaltem ſemiplene.i.an ſit hæres, & uerus, & capax hæres ad tollendum omne dubium, dixit, & dicimus idem, quod in interdicto quorum bonorum.

29 Vnde† ſicut monachus ordinis mendicantium non poteſt eſſe hæres, nec eius monaſterium, quia incapax, nec inceſtuoſus, nec deportatus inhabilis ad ſuccedendum in hæreditate obtineret, in quorum bonorum interdicto, ita nec in iſto, nam iſtam incapacitatem etiam requirit ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem, ſcilicet ut ſit capax hæreditatis: ut ponit Boer.in conſuet. Bituricenſi de teſtam.c.6.col.fin. & ideo in hoc poteſt tertius conuentus opponere: quod tu nõ es uerus hæres, etiam ſi eſſet ex teſtamento, ſi ex teſtamento de incapacitate conſtaret ad totam hæreditatem, non autem unius rei exiſtentis in hæreditate quia tranſit cum uniuerſitate, ut notatur in 1.c.de capit.qui cur.vend.

30 Nec† conſiderationem aliquorum doctorum, dum ponderãt capitulum regni, quod tranſit poſſeſſio in hæredem, in quem tranſit dominium aliquid facere, quia cum Bal. in dicto conſ.330.dicebatur, quòd uerba ipſa ſunt probata in locum fortificant in poſſeſſorium, quorum bonorum & a l. fin. introducta uerba enim ſimilitudinarie ſunt prolata, ut eodem modo, quo dominium uerum defuncti ſine apprehenſione rei tranſit in hæredem, ideſt illud dominium, quod habuit defunctus, ita tranſeat illa poſſeſſio, quam defunctus habuit: & in hoc ponderabatur tex.& gloſſ.in l. cum miles in principio ff.quib.cauſ. maior.in quo tex. licet vſucapio ſine poſſeſſione non perficitur., tamen quoad effectum vſucapiendi poſſeſſio defuncti, quaſi coniunctim deſcendit ad hæredem, & plerunque nondum adita hæreditate completur. dicit ibi gloſ. quaſi coniunctim dominium continuatur à teſtatore in hæredem inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.defer.§.ſui autẽ.& l.1. ff. de bonor. poſſ.ſ.poſseſſio ut hic, ſed cõtrarium, in poſseſſione niſi fuerit appræhenſa l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſ. ita in caſu noſtro ſicut lex ipſo iure ſtatuit dominium defuncti ad hæredem tranſire, poſſeſtionem uero non, niſi appræhenderit, fecit, ut tranſiret, ſicut dominium, quaſi coniunctim à teſtatore in hæredem poſſeſſio, quoad effectum uſucapiendi, & tamen non erat dominus defunctus rei, non completa uſu capione, ſimilitudinarie eſt dictum gloſ. de dominio cum tex. locutus fuit de poſseſſione.

31 Statutum† noſtrum aliud addere dicebatur dictæ legi, ſi cùm miles, ut tranſiret poſſeſſio, quaſi coniunctim abſque interruptione à teſtatore in hæredem, ſicut coniunctim tranſit dominium, ideſt ſine interruptione, ſine appræhenſione ad omnem effectum omnis remedij poſſeſſorij, & recuperandi.

32 In hoc puncto † tum ex doctrinis allegatis ex vtraq; parte, & dictis aduocatorum in hac cauſa, & maximè in articulo ante deciſionem huius cauſæ, magnæ regiæ curiæ fuit uiſum non potuiſse inclinare in eam opinionem, quòd poſseſsorium ſit mixtum, prout mixtum firmant doctores, ſed uiſum eſt poſſeſsorium merum eſse, & tanquam in mero poſſeſsorio procedendum: ſed difficultas fuit orta, quomodo pronunciare deberet, & ad quæ officium iudicis deberet eſse in deciſione ipſius cauſæ.

Nec eſse faciendam aliquam difficultatem circa intelligentiam † capituli regni Ferdinandi, quod 33 in 43. de continuanda poſseſſione in hæredem cum diſponat clarè etiam in rebus feudalibus, licet iure communi fiat difficultas, an procedat in rebus feudalibus, & doctores de iure communi determinent, quod non procedat, prout latè Sebaſtianus de

nus de Medicis in tract. de acqu. conſeruando, &
amitt. reru dominio, poſſeſſione, & iuribus, gl. 1.
parte 2. n. 37. & gl. 3. in uerbo imminuendo. n. 230
late Macabrunus conſ. 62. per totum conſilium Ti
raquel. in tract. le mort. ſaiſit leuiſ, parte 4 declara
tione 5. ubi refert duas opiniones, affirmatiuam
& negatiuam, & dicit procedere opin. affir. quòd
comprahendantur ſub diſpoſitione prædicti ſta-
tuti bona feudalia in regno Franciæ: ubi feuda sũt
patrimonialia, & hæreditaria, & poſſunt libere uẽ
di, & obligari ibi n. 17. & maxime n. 21. & ſeq. quæ
opinio poſſit adaptari in regno, ſtante c. uolentes,
ſub rege Friderico, & etiam ſimpliciter, quòd com
prahendatur, firmat hanc opinionem Achill. Per
ſonal. in tract. de adipiſc. poſſe. in interdict. quorũ
bonorum n. 543.
34 Attamen † quia negatiua opin. quòd non cõpræ
hẽdatur ſub prædicto ſtatuto ſecundum doctr. Ia
ſo. in conſ. 152. lib. 4. quam ſequitur Tiraq. in præ-
dicta declar. 4. n. 3. & n. 7. poteſt limitari, non pro
cedere, quando ſtatutum de continu. poſſeſ. de fe
udis loqueretur expreſſe, prout etiã colligitur ex
Tiraq. in dicta declaratione 5. ideo quoniam præ-
dictum c. 43. regni capitulum regis Ferdinãdi de
feudalibus loquitur, prædicta difficultas ceſſat in
terminis capituli regni noſtri, idem firmat Rimi-
naldus Iunior conſ. 9. in 1. n. qui loquitur in ſimi
li ſtatuto, quo diſponit etiam de feudalibus.
35 Sed difficultas † quæ aliquando fuit facta in re-
gno circa intelligentiã prædicti capituli fuit, an
cõtinuetur poſſeſſio in hæredẽ ſcriptũ: qui tamẽ
nõ eſt ſucceſſibilis in feudo, uel quis ſit hæres ſcri
ptus ex teſtamento, uel hæres ab inteſtato uniuer
ſalis, qui forte, uel ex natura feudi, vel ex diſpoſiti
one ſuorũ prædeceſſorũ non eſt ſucceſſibilis in fe
udo; & aliqui ex noſtratibus, prout Petrus de Gre
gorio in ſuo tractatu de iudicijs cauſarũ feudaliũ
quæſtione 18. fuit in opinione, quòd poſſeſſio cõti
nuetur in eum, in quem continuatur dominium, &
quia non habemus impreſſum transcribã poſt hãc
deciſ. ea, quæ ponit in prædicto tractatu, quæſt. 18.
Redeundo igitur ad ea, quæ etiã aduerſus præ
dicta dicebãtur per aduocatos ex parte dñ Micha
elis replicabatur, in quam, ꝙ licet ex c. regni con-
tinuetur poſſeſſio in hæredẽ ab inteſtato ſucceden
tem: tamen Bal. in rub. de cauſ. poſſ. & propri. in
36 fi. dicit † quod intelligitur de uero, & iuſto hęrede
quia hoc eſt propriũ ſignificatũ illius uerbi hære-
dis, de quo iure hæreditario diſcutiendũ eſt, & ꝙ
quęſtio cõtrarij dominij ſaltẽ ſemiplenè debet ad
mitti ſecundũ Bal. ſupra allegatũ licet in c. regni
43. extet illud verbũ ſuccedenti, debet cõſtare de
iſta qualitate ſucceſſionis, ex doctr. Bar. in l. diuus
37 ff. de milit. teſt. vbi dicit † ꝙ ſtante ſtatuto, quòd
cõtra inſtrumentum publicum, & contra ſenten-
tiã, nulla poſſit opponi exceptio: tamen ſi oppona
tur, quòd inſtrumentum non eſt inſtrumentũ, &
quòd ſententia non eſt ſententia, exceptio admit
titur ſecundũ Decian. conſ. 111. n. 1. in 3. quælibet
diſpoſitio, ut locum habeat, oportet ut prius oẽs
qualitates appoſitę requiſitę in diſpoſitione uerifi
38 centur, & probentur, † ideo in hoc caſu oportet,
ut ſucceſſio iuris hæreditarij per Duciſſam probe
tur, ut gaudeat priuilegio ſtatuti continuantis poſ
ſeſſionem ut dixit Bal. in d. rub. de cauſ. poſ. & pro
priet. & in præallegatis conſilijs 141. & 330. in pri
mo Alciat conſ. 256. in 3. dubio nu. 15. uerſ. in 2. q.
Bal. ſequitur Bero. conſ. 111. in 2. quæſtione in 3.
ſequitur cauſa Menoch. in 3. remedio adipiſc. poſ
n. 859. ſecuti ſunt Corſetus in tractatu de poteſta
te regia, Catelianus Cotta in uerbo decreto me-
diolanenſi col. 2. uerſ. nunquid appellare Tiraq. in
tract. le mort. ſaiſit leuiſ. in 6. declaratione n. 1. Frã
ciſcus ſarmentus in tract. de reddit eccleſ. parte
3. c. 2. n. 27. Sebaſtianus à Medicis in tract. de ac-
quir. conſer. & amitt. rer. dom. poſſeſſ. & iur. gluſ.
39 3. uerſic. in minuendo nu. 227. limitat † ſtatutum
prædictum non procedere, niſi in proprio, & ue-
ro hærede, non autem ficto, allegat Bal. conſilio
181. in 1. Alex. conſ. 82. in 2. Ruynus conſilio 27.
40 in 5. & dicit † tertio non habet locum niſi in hæ-
rede habili, & capaci: ſecus autem in inhabili alle
gat Alex. conſil. 40. lib. 3. Barbã. conſilio 85. in 2. &
idem de Medicis in uerbo poſſeſſionem gluſ. 1.
parte 2. numero 32. 33. Riminaldus Iuni. conſilio
545. a num. 27. uſque 32. in 5. poſt Paſſer. conſilio
140. & alios per eum Riminaldum allegatos Mo-
lin. de primogen. hiſpanorum lib. 3. ca. 13. nu. 24.
poſt doctores per eum allegatos, & Gabriel. in li.
5. ſuarum concluſionum tit. de acquir. poſſeſſione
concluſione 9. n. & Achill. Perſonal. de adipiſcen.
poſſeſſ. inter. quorum bonorum n. 540. 545. 546.
Plotus in l. frequando n. 849.
41 Sed an fideicommiſſarius † ſit uerus, uel fictus
hęres uide. Achil. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. tit.
de interd. quorum bonorum n. 541. qui firmat, ꝙ
eſt hæres fictus, & oportet ut hæres tempore mor
tis efficax ſit, & non ex interuallo temporis, ut ſta
tutum locum habeat.
42 Et Menoch. † ubi ſupra dico, quòd cũ eſt proba
bilis dubitatio, quis ſit hæres, eſt neceſſe ingre
di iudicium petitorium. atque ita probare ſe hære
dẽ quia ut dicebat Bal. ſtatutũ Mediolani nõ ad
mittit niſi uerũ hæredẽ, & nõ abuſiue igitur in ca
ſu noſtro, cũ appareat de expreſſa volũtate præde
ceſſoris marchionis fratris nolle duciſſam in feu-
dis eſſe hæredem, pro ut infra, ac ex iuris diſpoſi-
tione, ſtante uinculo ad maſculos, excluſis fæmi-
nis, omnino Duciſſam excluſſam eſſe, & capitulũ
regni continuat poſſeſſionem: ne quis extraneus
qui non ſuccedit contra uoluntatem defuncti nã
ciſcatur poſſeſſionem, non ita dicere aiunt Petrũ
de Gregorio de conceſs. feud. in undecima quæ-
ſtione 4. partis in fine.
Iterum dicebatur ex Menochio interpretando
ſtatutũ patauinũ de continuãda poſſeſſione in hæ
43 redẽ ab inteſtato ſuccedentẽ † ut intelligatur de il
lis, qui habent tacitã defuncti uoluntatem ex tex.
in l. conficiuntur in 4. remedio adipiſcen. poſſeſs.
quęſt. 9. & 10. & tacitam uoluntatem habet tantũ
ille, qui erat proximior ad ſucceſſionem talem,
qualis erat apud defunctũ, ut requirit Bal. in d. ru
brica de cauſ. poſs. & propriet. ex gl. in l. non iuſtã.
C. ad trebell, & ſequitur Saluſtius in 1. ſubſcriptio
ne ad conſ. Socc. Sen. conſ. 252. li. 1. & ſequitur Me
noch. in 4. remedio adipiſc. poſs. n. 74. & ſeq.
44 Arguebatur † etiã ex Deciã. in conſ. 41. n. 35. 49
50. in 3. quòd vbi datur paritas ꝓbationis eſſe in

poſſeſſione,& eſt contentio inter eos,quis debeat
manuteneri,debet iſta qualitas hæreditaria deter
minari,quia de ea diſcuti,& cognoſci oportet.

45 Et ſic concedebatur† quod don Garſias defun
ctus interrogatus in vltimo uitæ ſpiritu declara-
uit: nolle dictam Belladammã ducissam hæredẽ in
ſtituere,q̃a nolebat ad inferos detrudi & animã ſu
am deterimentũ pati,ſed volebat,quòd bona trã
ſirent ,.& peruenirent aduocatos ex diſpoſitione
ſuorum prædeceſſorum , & ſic. Cum conſtet de
expreſſa uoluntate defuncti eam Duciſſam noluiſ
ſe hæredem facere in marchionatu Iarratanæ uin
culato,in quo ex diſpoſitione ſuorum prædoceſſo
rum ſunt uocati maſculi, & penitus excluſæ fœmi
næ,ſequitur ergo,quod nõ eſt hęres uera,& legiti
ma in marchionatu Iarratanæ ſcripta:quia non fe
cit teſtamentũ dictus,quondam don Garſias, nec
ab inteſtato. nã repugnat uoluntas defuncti,quia
ab inteſtato ſucceſſio datur,& ex tacita uoluntate
defertur.l.ſi quis cũ teſtamẽtum in principio: ubi
etiã Bar.ff.de iure codicill.eſt tex.in l. conficiunt.
ff.eodem,ubi ſunt formalia uerba. & ideo fideicõ
miſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedẽtibus quã
credit pater familias ſua ſpõte iis relinquere legi
timã hæreditatẽ dixit gl. & ibi.Alb.in l.ſed cũ pa
trono.§.bonorũ ſup uerbo habentib. ff.de bo.poſ.

46 Item†ut ſucceſſio ab inteſtato ex tacita uolũta
te procedat,nõ eſt,ubi adeſt expreſſa declarat Ca
gnol.in l.hæredem.n.12.ff.de reg.iur.Bal.Nouell.
quem refert,& ſequitur Curt.Iun. conſ.4.n.4.late
Crauett.conſ.7.n.8.Marcus Antonius Natt.conſ.
423.n.10.lib.1.ubi dicunt quod ſi quis fuerit inte
ſtatus hæres,& grauatus de reſtituenda hæredita
te data ſibi licentia diſponendi de mille ſcutis:li
cet de illis expreſſe nõ diſpoſuerit, quia mortuus
fuerit ab inteſtato. poterit eius hæres illa mille de
trahere,quia ſatis dicitur diſpoſuiſſe relinquẽdo
rem uenientibus ab inteſtato. Deciã. conſ.6.in 3.

47 Dicebatur etiã†,quòd qualitas a ſtatuto,ubi re
quiritur liquida conſtare de ea debet,ut ſtatutũ lo
cũ habeat:ubi autẽ ceſſat,aut de ea nõ liquido cõ
ſtat,ceſſat diſpoſitio ſtatuti.Bal.in l.naturaliter.§.
nihil cõe de acqui.poſſeſ.ubi Ale.n.24.Rip.n.81.
Bal.in l.1.§.& parui.n.3.ff.quod ui,aut clam Abb.
in c.item cum quiſ.n.9.de reſt.ſpoliat.

48 Replicabatur † ex parte Duciſſæ,quod tanto
magis ponderata cauſa periculi animæ inteſtatũ
uelle mori elegit tanquam anceps ſi in ſpecie de
marchionatu teſtaturus fuiſſet quid facere debe-
bat ſi ergo mortuus fuit inteſtatus ex iuris præſũ
ptione,intelligitur inſtituiſſe ipsã donnam Bella
dammã ſororem aſtrictiorẽ ſuccedentẽ ab inteſta
to,vulgaris eſt tex.in l.conficiuntur. ff. de iure co
dicillorum:ut dicit ibi gloſ.in uerbo quoniam cre
ditur.ita ut nõ poſſit probari cõtrarium, quia ma
gis eſt fictio,ut hic,& ſupra ea l.ſi quis .ubi idem
aperte dicit tex.& alia iura allegat:& ſic pręſum-
ptio eſt iuris,& de iure contra quam non admitta
tur probatio in contrarium,& cum gloſ.tranſeunt
omnes ibi,& eſſe fictionem dicit.

49 Secundo†ex eo,quòd inteſtatus deceſſit,& de
cedere uoluit,præſumitur id feciſſe gratia,& fauo
re ueniẽtiũ ab inteſtato, ita Bar.in l.peto.in prin
cipio.ff.de leg.2.& habetur in l. is cui ſub condi-
tione.ff.de condit.& demoſtr.

50 Et non ſolum†uidetur habere animũ fauor ue-
nientis ab inteſtato in hæred itate,ſed etiã in bo-
norũ poſſeſſ.ita eſt tex. ad literam in l.cum patro
no.§.nã quædã bonorũ.ff.de bonorũ poſſeſſione:
ubi Albericus,& latius Bal.in rub.C.qui admitti.
n.24.in fi.illius rubr.poſt gloſ.ibi niſi in contrariũ
adeſſet aliqua ordinatio teſtatoris, aut non ſucce
deret iure ciuili,ſed prætorio,& idẽ tenuiſſe gloſ.
in l.1.§.uel maxime ff. de collat. bono. & pariter

51 ibi Alber.†ſed nos ſumus in ſorore ſuccedẽte fra
tri ab inteſtato,quæ ſuccedit tam de iure ciuili, q̃
prætorio etiam ex vno latere, ut eſt tex.ad literã
in l.conſanguinitas.C.de legitim.hęred.& ita,ibi
ſumit Bald.& dicit gloſ.ibi in uerb.ad inteſtatorũ
ſucceſſionẽ admitti poſſe explorati iuris eſſe ſub
dit gloſ.de iure ciuili,quamuis Bart.in d.§.uel ma-
xime,teneat contrariũ,quòd etiam ſi ſuccedat iu
re prætorio adſit tacita uoluntas defuncti pro bo
norum poſſeſſione ſucceſſoris: & ſequũtur multi.

52 Et†in ſtatuto continuante poſſeſſionem in hęre
dẽ ab inteſtato,reſpectu poſſeſ.continuãdę cõcur
rit præſumptio.l. conficiuntur, cum ſimil.ff.de iu
re codicill. ita ad literã Ioannes Beſcianus in con
ſuet.aluern.c.12.articulo 1.uerſic. primus caſus.

53 Præſumptiones†allegatæ ex uerbis, de quibus
ſingulariter deponunt aliqui teſtes,ex quibus uer
bis prætenditur ex aduerſo inferri contra iſtã præ
ſumptã uoluntatem ab inteſtato decedentis,ſ. in
ſtituendi uenientes ab inteſtato remaneat pro il-
luſionibus,præceſſerunt enim imaginem quandã
unde in imagine pertranſibunt cum ſubſiſtentiam
non habeant, tenente lege hanc præſumptionem
de inteſtato decidentis: quod uoluerit inſtituere
ab inteſtato,adeo indubitatam , ut poſuerit inter
illas,quæ ſunt iuris , & de iure , vt in contrarium
probatio non admittatur iuxta gloſ.in dicta l.con
ficiuntur.

54 Imo ad corroborandum†non ſolum hoc lex ſta
tuit per uiã præſumptionis, ſed etiã per uiã fictio
nis iuxta cõſimilẽ legẽ in l. ſiquis in principio.ff.
eodẽ de iur.codicill.& alia iura,quæ allegat gloſ.
& ipſa aduerſa pars intelligat ex verbis prolatis
per teſtatorem ; de quibus hodie non poteſt dici
plene probatũ, cum in iſto Indicio non detur ter
minus ad repulſam. ex doctri. Bar. ad reprim. &
ſequac. tollere legis præſumptionẽ non admitten
tẽ in cõtrariũ,quãcunque pleniſſimã probationẽ.

55 Et quod fortius†q̃ non ſolum intendat deſtrue
re illã iuris,& de iure præſumptionẽ, quæ eſt Du
ciſſa ſorore,& hærede,& ab inteſtato,ſeu(ut meli
us dicã)fictionẽ legis,tã in hæreditate, q̃ in bono
rũ poſſeſſione uerũ etiam trahere præſumptã de
tione legis. ita etiã & eius poſſeſſio quęritur conſe-
cutiuè ad dominium utile prædictum, & eodem
10 † modo ſiquis habet feudũ pro ſe, & eius hærede
cum eo caſu poſſit etiam extraneum hæredem in
ſtituere iuxta formam capituli uolentes. unã cum
dominio tranſlato in eius hęredẽ, transfertur etiã
11 poſſeſſio iuxta formã capituli regni & † hic caſus
non habet dubium. limito hoc niſi hæres ſcriptus
in teſtamento ſit proximior defuncto in bonis al-
lodialibus, licèt ſit incapax, quoad ſucceſſionẽ feu
di, ut quia forte conceſſum pro maſculis tantum,
& alius, in quem fuiſſet translatum utile dominiũ
feudi, eſſet remotior in gradu, ut quia ſit agnatus,
& filia petat reſtitui in poſſeſſionem omnium bo-
norum patris defuncti, tunc ueniet & etiã reſtitu-
tio feudi ſimul cum reſtitutione bonorum allodia
lium, non obſtante, quòd dominium feudi non trã
ſiret in filiam fœminam, ſed in agnatos remotio-
res. quia tunc unà cum uniuerſitate bonorum po-
terit petere reſtitui etiam in poſſeſſionem feudi.
ita dixit ad literam Andreas in add. ad ſpecu. in
titu. de teſtamen. §. penult. in fin. in ult. Add. ſi
rectè conſideretur, quem refert & ſequitur Ale-
xan. in l. fin. in ult. colu. in uerſic. aliud, & dum lo-
quitur ibi de interdicto adipiſcendę, quem refert
12 ibi dominus Iaſ. in. 3. col. nu. 26. c. de edict. diui
Adrian. toll. † quod etiam inſerri poteſt ad inter-
dictum recuperandę ſtante capitulo regni de con
tinuanda poſſeſſione à defuncto in hæredem: quia
iſta duo Iudicia à pari procedũt, & cõcurrere poſ
ſunt. ita dixit Iaſon. in dicta lege fin. in tertia col.
nu. 12. in iſto caſu limit. non loquitur capitulum
13 regni, † ergo ſecus eſt, quando uterque eſſet in eo
dem gradu: ſed hæres ſcriptus, & ueniens ab inte
ſtato, uel hæres ſcriptus remotior in gradu, uel ſe
cundo genitus uel fæmina, & hæres ab inteſtato
eſſet ꝓximior uel primogenitus, uel maior natu,
& agat particulariter ad reſtitutionẽ feudi tantũ.
quia militat regula capituli regni, ut poſſeſſio cõ
ſecutiuè tranſmittatur in eum, in quẽ tranſit utile
dominiũ feudi. dominus Fran. Cur. Iun. meus præ
ceptor in apoſtillis ad Alex. ff. de acq. poſſ. in l. cũ
hęredes. in 1. colu. in princ. in uer. unũ dubiũ ponit
14 † aliã rationẽ, quia cõtinuatio poſſeſſionis fuit in
ducta à c. regni in fauorẽ hæredis, nimirum ſi con
tinuatur in hæredem, et quoad illa bona, in q̃bus
hæres ſuccedere non poſſet; ut in feudis. tñ hæc ra
tio fuit reprobata per ca. regni, quatenus poſſeſſio
eſt conſecutiua dominii tñ. & ſic nõ debet exten
di ultra intentionem cõditoris. arg. l. tale pactum.
§. fi. ff. de pact. præter in caſu pręd icto tñ propter
authoritatem doctorum ita expreſsè tenentium.
15 Tertio uerò caſu † ſi feudum eſt ex pacto, & pro
uidentia conceſſum maxime cum clauſula Iuris
francorum. & tunc eſt maius dubium, & ponderã
da ſunt uerba capituli regni dictantis, ꝙ ſicut do-
minium tranſmittitur in hæredẽ ſcriptum, ſic etiã
continuatur poſſeſſio defuncti in perſonã hęredis:
& ſic capitulum regni fundat ſe principaliter ſu-
per translationẽ dominii, & ꝙ poſſeſſio defuncti
conſecutiua & acceſſoria ſequatur dominium &
continuetur in hæredẽ ſcriptũ, ſicut ipſum domi-
nium principaliter tranſmittitur, & continuatur
in hæredem, ſed quando feudũ eſt ex pacto & pro
uidentia, dominium utile feudi non tranſmittitur
niſi in filium maſculum, & primogenitum uoca-
16 tum ab initio conceſſionis. quia † tunc nõ intelligi
tur datum feudum Titio, & deſcendentibus ſuis,
ſed Titio, & primogenitis ſuis & alii, quàm pri-
mogeniti propter formã conceſſionis ſunt excluſi
nec continentur inter ſucceſſores, quando lex illis
ſolùm prouidet, quos nominatim enumerat ut di
xit Andr. de Iſer. in cap. 1. §. hoc quoque in 2. col.
uerſic. Item de ſucc. feud. quem refert, & ſequi-
tur Gulielmus de Perno in conſ. 12. incipien. In
quæſtione terræ Heradiæ in 11. cart. uerſic. quini-
mo, & conſ. 18. incip. circa feudum in ult. col. uer.
quinimo cum concordantiis, quas poſui in tracta
tu meo de conceſſione feudorum in 6. quæſtione,
17 & parte 2. eo caſu † filij primogeniti magis di-
cuntur habere feudum à concedente ex pacto, &
prouidentia quàm ab ultimo moriente, ut dixit ex
preſsè gloſ. in capitulo 1. §. cũ uero Conradus in
uerbo frater qui feud. dare poſſ. & in glo. in cap. in
uerbo retinere in principio, an agnatus, ſequitur
ergo, quòd non poteſt conſecutiuè tranſmitti poſ
ſeſſio in hæredem uniuerſalem ex teſtamento uir
tute vniuerſalis Inſtitutionis, cùm ad eum non
tranſmittatur utile dominium feudi, tanquam
non uocatum, nec habeat ſuccedere, ſed in filium
maſculum, ſeu primogenitum tantùm ex forma
conceſſionis, & uirtute clauſulæ Iuris francorum
18 & ideo infero † ex his, quòd ſi pater habens feudũ
ex pacto, & prouidentia cum clauſula iuris fran-
corum inſtituit filium ſecundo genitum hæredem
uniuerſalem, uel particularem in feudo, quod eo
caſu ſicut in filium ſecundo genitum non tranſ-
fertur dominiũ utile feudi, ex forma cõceſſionis,
Ita nec etiã transfertur, nec continuatur poſſeſſio
feudi ex tali inſtitutione hæredis: & per cõſequẽs
nõ poterit talis ſecũdogenitus fundare extremũ
poſſeſſionis ex tali hæredis inſtitutione in ſua per
ſona ad recuperandum poſſeſſionẽ feudi in Iudi-
cio ſpoliatorio de recenti ex forma ritus regni,
19 nec † obſtat in hoc dictũ capitulũ regni quia illud
uoluit tantum ſupplendo prouidere circa conti-
nuationem poſſeſſionis, uirtute uniuerſalis, uel
particularis inſtitutionis in illis caſibus, tantùm

in quibus dominium bonorum ex diſpoſitione le
gis & uoluntate teſtatoris ſic diſponentis tranſ-
mitti & continuari potuit, ut in bonis allodiali-
bus,& etiã feudalibus hæreditariis, de quibus po
tuit reſtator diſponere , quoad dominii transla
tionem.& ideo dictum capitulum regni fuit eli-
citum ex his,quæ deducuntur per Alexandrum,
& alios in l.cũ hæredes.§.in princ. ff.de acq.poſſ.
non autem fuit mens ca.regni uelle diſponere,ꝙ
uirtute uniuerſalis inſtitutionis hæredis cõtinue
tur poſſeſ.defuncti in his caſibus,in quibus domi
nium nõ trãſmittebaẽ,nec cõtinuabaẽ in hæredẽ
uel ex dipoſitione legis,uel ex forma cõceſſionis
quia ſic poſſeſſio continuabaẽ principaliter,& nõ
acceſſoriẽ ad dominium quod eſſet contra men-
tem capituli volentis ꝙ poſſeſ. continuetur ſicut
dominum.regulatur ergo continuatio poſſeſſio-
nis ſecundum dominii translationem.ergo ſequi
tur ,ꝙ ubi non eſt dare translationem dominii in
hæredem in futurum,ibi non erit dare continua-
tionẽ poſſeſſionis,uirtute talis inſtitutionis,quia
ſic deficeret extremum ad quem ſcilicet ipſa con
20 tinuatio poſſeſſionis quia dominiũ & poſſeſ.ſe ha
bent in†caſu c.regni tanquam excedentia,& ex-
ceſſa,uel tanquam correlatiua , Ita quod in uno
deficiẽte,deficit & reliquũ,ut in rib . uul.alias ſe
queretur quod dominium feudi tranſmitteretur
ex forma conceſſionis,in unum ,ſcilicet primoge
genitum uocatum,& poſſ.in alium non uocatum
ex forma conceſſionis:ꝙ eſſet abſurdum,& con-
tra mentem c.regni.ꝙ autẽ nõ tranſmittatur do
minium feudi,in quo clauſula Iuris francorum in
filium ſecundogenitum hæredem inſtitutum uir
21 tute dicti cap.regni probatur†quia diſpoſitio te
ſtatoris ſuper feudo quatenus non concurrit cum
diſpoſitione legis uel forma conceſſionis eſt ipſo
iure nulla.c.1.in pri.& ibi per do. de ſuc. feu.cum
his,quæ ſuperius dixi.ſed ex actu nullo non tranſ
fertur dñium,nec poſſeſſio: ut declarat Bar.Ale.&
22 alii in l.2.§.ſi uir uxori.ff.de acq.poſ.†ideo princi
palis cõtractus eſt nullus,poſſeſſio data uirtute p̃-
carii & cõſtituti appoſiti in contractu eſt nulla:ut
dicit Ale.ibi eſt gl.ſingularis in l. ſed cũ p̃rono ff.
23 ſi qd infrapatro.niſi†quatenus de facto procedaẽ
ad actũ facti & tũc per illũ actũ extrinſecũ acqui
riẽ poſſeſſio. qa tunc uirtute illius actus extrinſeci
poſſeſſionis apprehenſæ trãsfertur dñium & poſ-
ſeſſi.iuxta l.traditionib C.de pactis,& nõ uirtute
ſolius actus transfertur. & ſic non uirtute ſolius
teſtamenti,& hæredis inſtitutionis nullæ,niſi per
actũ extrinſecum,poſtea apprehendatur poſſeſ.
24 feudi†ſed talis diſpoſitio teſtatoris de feudo ex
pacto,& prouidentia cum clauſula Iuris Francorũ
in perſonam filij ſecundogeniti hæredis inſtituti
eſt nulla.quia tale feudum mortuo feudatario nõ
deuoluitur iure ſucceſſionis,ſed potius ex ui con-
tractus,& formæ conceſſionis feudi , pro ut dixit
Gulielmus de Perno in conſ.13.hic adductũ in 2.
carta in uerſi.nam ubi uiuitur iure francorum &c.
25 ubi ponit cõcor.†ergo pater feudatarius de eo in
perſonam ſecundogeniti diſponere non poterit.
item pater diſponendo de feudo ex pacto,& pro
uidẽtia in teſtamento contra formã conceſſionis
in perſonã ſecundogeniti dicitur alienare l.peto.
26 §.ſi & ibi Bar.ff.de leg.2.ſtante etiam diſpoſitio-
ne,cap. uolentes,quę non habet locum in diſpoſi
tione.quæ fieret forma repugnante,ut uoluit Per
nus in conſilio 4.incipiẽte quondã Sereniſſimus,
quaſi per totum.ergo alienatio nulla per tex.di.c.
1.ibi nulla diſpoſitione teſtatoris ualente,uel ma
nen re de ſucc.feud.& per conſequens ex tali actu
nullo alienationis in ultima uoluntate non tranſ-
fertur poſſeſſio abſque facto hæredis intrinſeco.
& ex ſola diſpoſitione dicti c.regni:ut dictum eſt
27 item†ſi pater uoluiſſet tale feudum filio ſecundo
genito prælegare,non potuiſſet.quia tale feudum
dicitur ſubiectum reſtitutioni primogenito , uel
alteri , quàm primogenito,uel maſculo relinqui
non poteſt.& eo caſu tale feudum dicitur cõceſ
ſum patri , & filijs primogenitis tantum tanquã
ex preſsè uocatis,quibus eſt ius quæſitum ab ini-
tio conceſſionis,& ideo ei per præſentem præiu-
dicari non poteſt, idem expreſsè dixit Alexand.
conſ.28.incipiente In eam In ultima col.uer.con
firmari poſſunt in 5. uol.ergo eius diſpoſitio nul
la.quia uenit contra legem expreſſam,de qua in
dicto.c.1.in princ.de ſucceſ.feud.per textum in
l. non dubium cum ſua materia C. de le.per ea
quę poſuit Bartol.in l.ſi quis pro eo , & in l. cum
lex.ff.de fideiuſs.pręſertim,quia tale feudum†ex
28 pacto,& prouidentia eſt feudatarij dum uiuit tã
tum:ſicut uſufructuarius ut dixit Andr.de Iſern.
in c.1.§.donare.in 3.colu.qualiter olim feu. alie.
pot.& eo mortuo extinguitur,& efficiẽ caducum
& ius eius in feudo reſoluitur quia tale ius eſt per
29 ſonale in perſona ſua† & tot ſunt conceſſiones ,
quot ſunt perſonæ,prout latè ſcripſi in tract.meo
de conceſſ.feud.in 10 quęſtione 2.partis.uerſi.6.
30 effectus†ſequitur ergo,quia cùm tale dominium
feudi ex pacto, & prouidentia non tranſmittatur
in hæredem ſcriptum ex teſtamento virtute talis
inſtitutionis ſolius:quia ſicut uſusfructus expirat
morte vſufructuarii , vt in § .finitur.Iuſt.de vſufr.
& in l.corruptionẽ.C .eodem ita etiam dominiũ
utile ipſius feudi ex pacto, & p̃uidẽtia,& per cõ
ſequens nec eius poſſeſſio uirtute talis inſtitutio-
nis in hæredem continuari poterit , confirmatur
31 hoc etiam ratione alia † quia ſi pater ſit uſufru-
ctuarius feudi , inſtituat ſibi hæredem filium
non continuabitur poſſeſſio naturalis quam ha-
bet in feudo ratione vſufructus in filium hære-
dem ratione uniuerſalis Inſtitutionis uirtute di-
cti capituli regni,certe non,quia non habet domi
nium feudi quod traſmittat,quia eſt penes pro-
prietarium:ergo nec continuabit poſſeſſionẽ,ſine
dominio , ſed ratione conſolidationis perueniet
ad proprietarium & in dicto §. finitur.& in dicta
lege corruptionem,ut expreſse in indiuiduo fir-
mat Ioannes de Imola in ſimili ſtatuto in conſ.
ſuo 16.& Barb.conſilio.58. incipiente ſapienter
pſalmiſta in penultima cart.ubi latem 2.uolumi-
32 ne ad quod†addo,ſi pater dicitur uſufructuarius
in feudo,ergo poſſidet tantum naturaliter maxi-
mè,qa poſſeſ. ciuilis eſt penes regem , & directũ
dominium,ut declarat Do.de Afli . in priuilegio
Lndouici conſt.regni q.11.24.co.25.& illa natura
lis poſſeſſio non eſt tranſibilis ad hæredem ; ergo
non continuatur ratione ſtatuti , ſeu capituli
regni,

regni,ut uoluit Raph. Cuma. conſ.173.in ultima
colu.& Innocen.Barbat. in d.conſ. ſupra allegato
33 uel breuiter dici poteſt,quod antē diſpoſitio † eſt
conformis conceſſioni feudi,uel diſpoſitioni Iuris
feudoru.& tunc cōtinuatur poſſeſſio in hęredē ſcri
ptū in teſtamēto iuxta diſpoſitionē c.regni:aut nō
eſt & tūc ſecus per rationes eſt deciſ.pręallegatas.
34 Et ſi fortè † dicatur dato,ꝙ poſſeſſio feudi ex pa
cto,& prouidentia non continuatur in filium ſecū
do genitum uirtute hæredis inſtitutionis,in perſo
na ſua,ex quo in eum trāſit dominium talis feudi
contra diſpoſitionem legis, & formā conceſſionis
feudi, nunquid talis poſſeſſio, ut puta cōſecutiua
dominii tranſibit in filiū primo genitū,ad quē trā
ſiuit utile dñium feudi, & cōtinuabit in eū poſſeſ-
ſio defuncti uirtute dicti c.regni: reſpōdeo nō,qa
c.regni ad hoc,ut poſſeſſio defuncti cōtinuetur in
hæredem , requirit duo copulatiuè,primò,ſ. quia
talis poſſeſſio ſit cōſecutiua iuris dñii. ideo nō trā
ſibit ad eū ad quē non trāſit dñium ut ſuperius di
35 xi † ſecūdo requiritur, ꝙ ille, in quē tranſmittitur
poſſeſſio ſit hęres ſcriptus in teſtamēto,uel ueniēs
ab inteſtato:ſed filius primogenitus nō reperitur
hæres ſcriptus in teſtamēto patris &c. ſi ergo poſ
ſesſio talis feudi ex pacto , & prouidētia non cōti
nuatur in filium ſecundo genitum , uti hæredem
uniuerſalem : quia in eum non tranſit dominium
feudi,nec in filium primogenitum, in quem tran
ſiuit dominium feudi : quia non reperitur , in
quē. ergo continuabitur iſta poſſeſſio feudi . dico
quòd nec in filium ſecundo genitum , nec in fi-
lium primogenitum cōtinuabitur rationibus præ
36 dictis † ſed erit caſus cōmiſſus à cap.regni,qui re
manſit in diſpoſitione iuris cōmunis l. commodiſ
ſimè.ff.de liber.& poſthu.& l.ſi cum dote.in prin
cipio.ff.ſolut . matrim. & mortuo feudatario talis
poſſeſſio uacabit,& erit illius, qui primo loco ap-
præhendit, iuxta diſpoſitionem iuris communis.
dicta l.cùm hæredes in princ. ff.de acquir.poſſeſ.
37 † & ideo ſi filius primogenitus primò eam capiat,
non competat filio ſecundo genito hæredi inſtitu
to in teſtamento patris , ut ſupradictum recupe-
randæ poſſeſſionis iuxta formā capituli regni per
ea:quæ ſuperius dixi,& ſi filius primogenitus,uel
alius extraneus capiat ſibi dictam poſſeſſionem
feudi prædicti,non competet filio interdictum re
cuperandæ poſſeſſionis uirtute dicti capituli , ſed
potior erit cōnditio prius occupantis & capientis
38 poſſeſſionem feudi prædicti,pro quo adduco † bo
num ſimile.quia ſi pater eſt uſufructuarius omniū
bonorum : maternorum filii primi matrimonii ,
& inſtituat ſibi hæredem uniuerſalem filium ſecū
di matrimonii,certe naturalis poſſeſſ.bonorū ma
ternorum , ſuper quibus pater habet uſumfructū
non tranſibit in filium ſecundi matrimonii , uti
hæredem uniuerſalem, uirtute hæredis inſtitutio
nis, in teſtamento. quia in eum non tranſit domi-
nium , ſeu proprietas dictorum bonorum , quod
erat penes filium primi matrimonii uidelicet pro
prietarium uirtute dicti capit. regni,quia non re-
peritur hæres ſcriptus in teſtamento patris , ſed
finito uſufructu per mortem patris uſufructuarij
conſolidatur ius utendi fruendi cū ipſa proprieta
te p ea,quæ habent in §. finitur. inſt.de uſu fruct.

& in dicta l. corruptionem , & quoad acquiren-
dā poſſeſſionem eſt , quòd illā uti à lege uocatus
ſibi capiat,uel ꝙ agat actione negatoria contra hę
redem patris uſufructuarii per ea,quæ ponit gl.in
c.licèt Epiſcopus.de præbend.li.6.& doct.in §.æ-
que ſi agat inſtit.de actio. & ideo quoad iſtos tres
caſus non prouidet in aliquo d.c. regni, & propte
rea opus eſſet noua regia prouiſione,& declaratio
ne,de quo uide in terminis id,quod decidit Imol.
in d.conſi.16.ibi & Barb.in d.cōſ.58.in pen. cart.
39 ubi proprie ſtante † prædicto ſtatuto, ꝙ poſſeſſio
continuetur in hęredē habet locū in dñio ſeu iure
trāſmiſſibili,& non in iure intrāſmiſſibili,ſicut eſt
uſusfructus,& poſſeſſio naturalis cōpetēs patri nō
tranſmittitur finito uſufructu,& proprietarius fi-
lius primi matrimonii poſſidet ciuiliter,& per gl.
in lege poſſeſſio,quam §. 1.ff.de acquir.poſſ.ut ibi
40 per eos † poſſet etiam tentari,quòd talis poſſeſſio
feudi ex pacto, & prouidentia continuetur in filiū
primogenitū ratione trāſmiſſionis dominii in per
ſonam ſuam,tam ex diſpoſitione legis, quàm etiā
ex forma cōceſſionis per ea, q̄ ſuperius dicta ſunt
nec obſtat ſi dicatur ꝙ non reperitur hęres uniuer
ſalis , uel particularis in ſeudo ſcriptus in teſta-
mento patris.quia dico.quod ſatis dici poteſt hæ-
res ſanguinis,ſeu hæres iuris uocatus ad initio cō
ceſſionis dictantis pro ſe , & hæredibus ut uoluit
ſignanter Andre.de Iſern.in cap.1.§.quid ergo in
ultima colu. in fin. de inueſtit. de re alie.facta , &
declarat Gulielmus de Perno ſecundo not.inci-
piēte Redeamus in carta ultima de quo ſcripſi la-
tius in meo tract.de cōceſſ.feu.in 14.q.quartę par
tis principalis uerſ.aliqñ,& tertio caſu &c.niſi di-
cat hic hæres iuris dicitur hæres ad inteſtato , nō
ex teſtamento: quo caſu ſi hic filius primogenitus
nō eſt hæres ſcriptus in teſtamēto, prout requirit
c. regni non ſufficit,ꝙ ſit hæres iuris ab inteſtato
qa non pōt quis decedere pro parte inteſtatus,&
41 pro parte teſtatus iuribus.uulg. † reſpōdeo,ꝙ nō
incōuenit, quominus poſſit quis bonis feudalibus
decedere inteſtatus,& in bonis allodialibus dece
dere teſtatus ut uoluit Bal. in aut.ceſſāte in 2.col.
uerſ.& not.C.de legiti.hęredibus: & Bal.cōſ.143.
incipiente quid pro regula 1. colu. in primo uolu.
& Bal.in l.1.in octaua col.uer.quæro nū quid C.de
42 ſumm.din.& fide cath.quia feuda † æquiparantur
Caſtrenſibus, ut uoluit Bal.in pręlud.feud. in 10.
colu.uerſi.an autē feudū,& Bal.& docto. in l.cùm
multa.C. de bonis quæ libe. & Bal. in dict. auth.
43 ceſſante in 11.col.uer. & nota † & ęquiparatur mi
liti,ut uoluit Andr. de Iſer. in c.1.§. 1. denat. ſuc.
feud. per legē omnimodo.§. finali C.de in officio
teſtamēto,quē ſequitur Pernus in primis.notabili
44 bus.& ultima carta.ſed † miles pōt decedere pro
parte teſtatus, pro parte inteſt.l.1.C.de teſta.mil.
unū tamen eſt,quod uerba capituli regni nō ueri-
ficantur in iſto hærede de iure uocato ab initio cō
ceſſionis: ſed de hærede ſuccedēte abinteſtato ul-
tim. morient. ex diſpoſitione legis , & uoluntate
defuncti. ideo ſuper hoc relinquo melius cogitan
dū.hæc ſūt uerba Petri de Gregorio in dict. quęſt.
18. & qa non ſunt impreſſa hic tranſcribere uolui.
45 Prędicta antē doctrina † Petri de Gregorio licèt
poſſit ſine difficultate procedere ad intelligentiā

aliorum capitulorũ regni,quæ in de poſtea emanata fuerunt, tamen quoad intelligentiam prædicti capituli regni Ferdinandi.43. eius opinio nõ procedit.& ideo reliquit cogitandum . & alij doctores regni tenuerunt contrariũ intelligẽdo ca. regni prædicti procedere etiam in hæredi uniuerſali,ut poſſeſſio continuetur etiam,quoad feudũ, etiam ꝙ non ſit legitimus ſucceſſor feudi ex natura conceſſionis feudi ,prout aſſerunt noſtrates in addit. prædicti ca. regni . & ita fuiſſe deciſum aſſerit Boniornus in cauſa Fringentini.& ponit dictus Boniornus in allegat . feudi de Ialia ponunt doctores noſtri in cauſa Sancti Marci : Mont'altus ſuper dicto ca. & Pernus conſ.4.

Et quia prædictus Petrus de Gregorio non ſe firmauit in ſupradicta opinione rationibus , quæ allegabantur in contrarium,ob id in tracta. de cõceſſione feudi, ponit aliam doctrinam , licèt etiã
46 relinquat cogitandum,dum dicit† in tractatu de conceſione feudi.4.1.q.11.in ultima columna ſub ſequentibus uerbis uidelicet : quinimo non ſiſto ſuper his:quia ſuper intellectu dicti capituli regni melius ſcripſi in alio tractatu meo de iudicijs cauſarum feudalium in 17.quæſtione diſtinguendo inter feudum hæreditarium , & ex pacto , & prouidentia , quinimo hodie ex forma Capituli nouiſſimi huic regno conceſſi per catholicum Regem Ferdinandum in anno Domini . 1508 . 11. Indi.poſſeſſio defuncti feudatarij cõtinuatur ipſo iure abſq; facto hominis ex ſola regni regis diſpoſitione in hæredẽ ſcriptum in teſtamento , quod ſequitur ſi feudatarius inſtituat hæredem filium ſecundogenitum,uel alium agnatum non proximè ſucceſſurum hæredẽ ſuum uniuerſalem trãſibit huiuſcemodi poſſeſſio feudi in ipſum hęredẽ ſcriptum,& non in filium primogenitũ,uel agnatum proximè ſucceſſurum hæredem ſuum uniuerſalem , licet huius remedii diſpoſitio ſit contra formã cõceſſionis feudi,quo ad merita,nõ tamẽ eſt cõtra formã cõceſſionis,quoad poſſeſſionẽ feudi q̃a forma cõceſſionis traſfert dominiũ tãtũ in filiũ primo genitũ,uel alium proximè ſucceſſurũ, non tamẽ transfert poſſeſ.in eũ.quia poſſeſſio de ſui natura non eſt tranſmiſſibilis in hæredem ex teſtamento,uel ab inteſtato , niſi priùs appræhendatur l.cum hæredes . & ibi per Alex. poſt alios.ff. de acquiren. poſſeſſione , ſed ipſam poſſeſſionem feudi transfert dictum capitulum regni contra diſpoſitionẽ iuris communis . & ideo hoc plus operabitur talis inſtitutio hæredis in teſtamento, quaſi per illud ſi inſtituitur filius primogenitus,tranſibit in eum dominium & poſſeſſio feudi,iuxta formam conceſſionis,& ca .regni.
4 ſi uero†inſtituatur filius ſecũdogenitus, tũc licet in eum non tranſmittatur dominum ipſius feudi repugnante forma conceſſionis uel iuris Francorum tranſmittetur,tamen in eum poſſeſſio feudi ex diſpoſitione c.per quam ſi reperitur poſſidere efficitur conuentus.& ſi ſpoliaretur, poteſt intentari interdictũ recuperãdæ poſſeſſionis iuxta formam capituli regni , quòd prius uoluit prouidere,quoad traſmiſſionem hæredibus ſcriptis, in teſtamẽto,quã ꝓximioribus uenientibus ab inteſtato & uoluit obuiare poſſeſſioni,quæ fortè caperetur per extraneum contra uolũtatẽ defuncti, nõ autẽ uoluit obſtare poſſeſ.quæ uel trãslata fuiſſet ꝑ teſtatorẽ in eius uita per actũ poſſeſ . uerum uel fictũ,uel ꝑ eius inſtitutionẽ poſt mortẽ ſuã trãſmitteret in eius hæredẽ prout ex d.c.regni perpẽdi põt . ſup hoc tamẽ relinquo melius cogitandũ.

Et ſecundũ hanc ultimã opinionẽ fuit deciſum in tribunali Magnæ Regiæ Curiæ in cauſa Baroniæ Biſcaris ſtante inſtitutione uniuerſali facta de dicta terra,& Baronia per dictũ don Ferdinandũ de Caſtellis in perſonã don Horatii de Paternione eius Conſobrini, in qua ego fui aduocatus pro iſto de Paternione.

SVMMARIVM.

1 *Stantibus literis ſua Maieſtatis , quod votare debeant cauſam,& unà cum iuſtificationibus in iure tranſmitterentur non poteſt procedi ad lecturam & omnia contra formam earum facta erunt nulla .*
2 *Decretum irritans operatur effectum annullatiuum proceſſus etiam ante præſentatas literas.*
3 *Etiam operatur,quod omnia ſint nulla,ut ligent ignorantes nu.9.fortius ſi Iudici ſint intimata.nu.7.*
4 *Nec etiã põt Iudex de cõſenſu partiũ ꝓcedere.n.5.*
6 *Decretum irritans habet annexam inhibitionem.*
8 *Tranſmiſſio proceſſus uia recognoſcendi habet vim auocationis cauſæ .*
9 *Et impedit iudices poſſe procedere ad prolationem ſententiæ.& omnia ſunt nulla.*
10 *Etiam ſi motu proprio auocata.*
11 *Auocatio fit,ſi pars uti uult, eis literis præſentando ſecus ſi nec præſentat,neque uti uult.nu.12.16.17*
13 *Pronunciare non poteſt in regno Iudex in cauſis feudalibus , niſi facta relatione prius Domino proregi nu.14.15.*
18 *Clauſula irritans in decreto non facit quin ei poſſit renunciari,ſi non utitur,ſed poſtquam capit ligare non.nu.19.*
20 *Diſtingue hoc in decreto ꝓcedit,ſecus in cõſtitutione*
21 *Determinatio magnę Regiæ Curiæ.*

DECISIO IIII.

1 Fuit orta alia difficultas ĩ cauſa Marchionatus Iarratanę in tribunali Magnæ Regiæ Curiæ ,quia poſtquã cauſa fuit collata ꝑ iudices,& omnes in uoto fuiſſent concordes ita ut fuiſſet opus referre Cauſam dño pro regi, fuit ortũ dubiũ à partibus deductũ an deberet pronunciari in Iudicio uel uotari tantum,& tranſmitti ad ſacrũ conſiliũ Catholicæ Maieſtatis uia recognoſcẽdi ꝓceſſus unà cũ iuſtificationibus iuxta formã c. regni ſtantibus literis Catholicæ Maieſtatis emanatis ad inſtantiã dõ Blaſci obtinẽtis ꝑ quas ordinabatur,ꝙ cauſa ipſa tranſmitteretur ad ſe & ad ſuũ ſacrũ cõſ.uotata cauſa una cũ ꝓceſſu & iuſtificationib. quæ literę licet fuerint executoriatę in regno,tñ eis uſus nõ fuit di.quõdam dõ Michael, eius filius in quẽ fuit trãsfusũ iudiciũ poſt eius dõ

Blaſci

Blaſci mortē ſupplicauit expreſsè nolle eis
uti,& quatenus opus eſtis renunciauit aſſe
rendo nolle, quòd dicta cauſa tranſmitte-
reť ad Catholicā maieſtatē ſed pronuncia
reť in regno ordine ſuo abſq; trāſmiſſione.

Ex parte autē duciſſæ inſtabať, ꝙ dicta cauſa
1 uotareť tantū† & iuxta ordinē datū ꝑ literas
catholicæ maieſtatis proceſſus unà cū uotis & iu
ſtificationibus iudicū ad Maieſtatem,eiuſq; ſacrū
conſiliū tranſmittereť dicebat illa ratione,qa pri
mum fuerint obtentæ litteræ a Catholica Maieſta
te,ꝙ cauſa uia recognoſcēdi ad eam Catholicam
Maieſtatē eiuſq; ſacrū conſiliū tranſmittereť,uo
tata cū iuſtificationib.inhibēdo iudicibus,ꝙ nō
deberent aliqd attentare, nec procedere ad ulte
riora cū clauſula decreti irritantis.quo caſu dici-
tur auocata,ita ut Iudex nō poſſit ad ulteriora ꝓ
cedere alias dicuntur attentata et ſunt nulla om-
nia actitata late Lācilotus de attenta. 2.par.c.10.
tit. de attenta.poſt auocat.cauſ.

2 Imò hoc† decretum irritans operať effectum,
ut annulletur iudicis proceſſus,etiā ante præſen
tatas literas reuocatorias.Gabriel in libro.6. cō-
cluſionum tit.de clauſulis.concluſione.3.n.53.ub.
infinitos allegat. & in n.56.dicit,ꝙ quid eſt actū
pro infecto habetur,allegat Oldra.conſ.319.col.
fio.uerſic.Imo ſi prælatus.& alios.& in n.57. ait,
quod etiam dicitur nullum ipſo Iure.

3 Et procedit †,ut etiam ſior nulla,& quod ligē-
tur ignorantes per dictam clauſulam decreti,irri
tantis ꝓut late ponit Gabriel in ſuis concluſioni
bus li.6.tit.de clauſulis,concluſ.6.Couarru.practi
carum quæſtionum.c.7.nu.6.uerſi. hinc denique
& num.7.Rebuff.ſuper conſtit.regni Franciæ tit.
de auocatio.in præfationibus.n.22.primo tomo.

4 Et prædicta procedunt, ut ſtāte † huiuſmodi
auocatione non poſſit iudex etiam de conſenſu
partiū ꝓcedere.Lancilotus in prædicto loco.nu.
3.&Rebuff.ſuper conſtit.regni Franciæ.tracta.de
5 auocatio.articulo primo.n.111.1.tomo†ubi dicit,
quod poſt auocationē emiſſam iudex .a quo etiā
de conſenſu partium non poteſt ſine expreſſa re-
miſſione de cau.ſe intromittere.allegat Rotā de
ciſi.76.poſtquam litera & præpoſitum in c.ut no
ſtrū . de appellat. & hoc fit. ne ſuperiori illudať.

6 Item quia† habet decretū irritans annexā in hi
bitione. Caſſiod. deciſione. 2.nu 6.& ſeq.de re
ſtit.ſpoliat.Gabr.dicta concluſione tertia.nu.75.
& Lancilot.dicto.c.10.nu.28.

7 Tantò fortius† dicit ꝓcedere,quando erat in
timata auocatio iudici, uel erat appoſita clauſu-
la irritans.notatis per Iaſ.& Deci.in l pacta con
tra & l.2.C.de pactis.Rebuff.in conſtit.regni Frā
ciæ in tract.de auocatione artic.1. nu.82.83. alle
gat cap. eccleſia il 2.ut lite pend. c. ut noſtrū &
c.ſi duobus appellat.& c.licet de officio delegat.

Et Petrus de Gregorio in propriis terminis in
fraſcripta ex ſubſequētibus uerbis firmat in trac.
de Iudiciis.cauſa feu.q.39.ibi quia prima trāſmiſ
8 ſio ꝓceſſus† cauſa recognoſcēdi habet uim auoca
tionis cauſæ ad ſacrū regium cōſiliū.ſed nunquā
princeps dicitur ad ſe auocare cauſam pendentē
corā ſuo inferiori,niſi hoc expreſſe dicať,ut dixit
dictus Philippus Franc.in c.ut noſtrum.in prima
9 colum. de app. ergo † ſi cauſa concluſa diſputata
& uotata fuerit ad ſe,& ſacrum conſilium una cu
uotis,& iuſtificationibus iudicū euocauerit, eo
ipſo ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicum Magnæ Re
giæ Curiæ ne ulterius in cauſa procedendū ſit ad
prolationem Sententiæ,ne alias ſententia reddať
ipſo iure nulla maximè ſi tales literæ regiæ conti-
nerēt in ſe clauſulā decreti, quæ ligat etiā ignorā
tes diſtinguendo pro ut latius diſtinguit Philip-
10 pus Francus in dicto c.ut noſtrum.in 2.col.& ſeq.
quando † eſt auocata cauſa motu proprio princi-
cipis uel ad Inſtātiā partis,ut ibi per eum.& hæc
ſunt uerba formalia Petri de Gregorio, ibi.

11 Pro parte† autem don Michaelis dicas,ꝙ ex le
ctura capituli regni ſatis colligitur intelligētia,&
determinatio præſentis dubii,ꝙ cauſa ipſa nō de
beat trāſmitti ad Catholicam maieſtatē uia reco
gnoſcendi,ſtātibus ꝑdictis literis impetrātis per
d. don Blaſcum eius patrem poſtquam nō fue-
runt ꝑſentatæ,nec eis uti vult ipſe dō Michael.nā
in c.regni. 140. ubi de hoc diſponiť ſub rege Al-
phōſo eſt ꝓuiſum per regiam maieſtatē: ꝙ, ſi &
qū contingerit de mandato eiuſdem maieſtatis
uota ipſarum cauſarum ſibi à dicto regno deſtina
ri motu proprio,uel ex officio regia Maieſtas mā
dabit uota ꝑdicta ſibi deſtinari,eo caſu facta inti-
matione partib. ſi infra quatuor menſes cōputan
dos a die quo dict. vota tradenť viceregi,& a die
d.intimationis partibus faciendæ nō fuerit per di
ctam maieſtatem reſponſum. & reſponſio pre-
ſentata Iudicibus,eo caſu iudices impune ulterio
ri reſpōſione nō expectata procedere poſſint ad
deciſ.dictarū cauſarū. ſi uero regia maieſtas man
dabit ſibi deſtinari d.uota ad petitionē partis, eo
in caſu currat præfatum tēpus ad reſpondēdum,
ut ſupra à die quo præfata uota clauſula & ſigilla-
ta ipſi parti fuerint tradita,infra ꝙ tempus ſi non
fuerit reſpōſum per dictam maieſtatē, & reſpon
ſio præſentata iudicibus.poſſint dicti iudices ꝓce
dere,prædictū aūt tēpus.4.mēſium locum habeat
regia maieſtate exiſtēte in regno Neapolis,exiſtē
te uerò in aliis regnis ſuis,aut aliquo eorū , ſit ſta
tutum tempus ſex menſium,quo ad præmiſſa.

Ex ſupradictis uerbis,quæ ſūt indecretata ca-
12 pituli regi colligiť clara† determinatio,quod cau
ſæ feudales ab ipſo regno licet auocari poſſint in
caſibus prædictis non obſtante , quòd aliter re-
gnum ſuplicauerit in prædicto cap.tamen auoca
tio fuit ordinata,ꝙ fieret per certum tēpus deter
minatū,de quo in prædicto ca.regni,& quia in 2.
caſu apparet, quod quando fit ad inſtantiam par
tis inſtantis, & petentis debeat conſignari par-
ti proceſſus cum uotis & iuſtificationibus,ad in
ſtantiam cuius fit auocatio & hodie etiam in iſto
2.caſu præſentatur proregi & non partibus ex ob
ſeruantia,& etiam iſto caſu modo prædicto etiā
ei a die conſignationis,& intimationis currit ter
minus infra quem debeat habere reſponſum à
Catholica maieſtate,& præſentare iudicibus iu-
riſdictio redit ad primum Iudicem,& poteſt pro
cedere.ergo colligitur ex diſpoſitione dicti capi
tuli regni,ꝙ eſt in facultate partis petentis & ob
tinētis auocationem cauſæ uelle uti dicto benefi

cio auocationis,poſtq̃ ei currit terminus habẽdi
reſponſum,& pſentandi iudicibus infra terminũ
q pôt tacitè renunciare,uel non habere reſpõſũ,
uel habito deſiſtere à pñtatione, ergo multò ma-
gis pôt ẽt ab initio ei beneficio renũciare expſſè.

Et licèt ſimus in terminis auocationis cauſę,ꝑ
13 ut ita† ſentit in terminis Petrus de Greg.in trac.
de Iudicijs cauſa.feuda.q.39.cuius dicta poſui ſu
pra,& etiam in d.tract.idem firmat in q. 7.in ulti
ma colu.uer.3.reſtringitur hæc Iuriſdictio. dum
ibi dicit tertiò reſtringitur hæc Iuriſdictio,ut nõ
poſſit magna regia curiam in hoc regno poſt uo
tatam cauſam procedere ad prolationem ſenten
tiæ diffinitiuę,uel interlocutoriæ habẽtis uim dif
finitiuæ,niſi priùs faciat relationem domino Pro
regi loco regiæ maieſtatis in regno de eorum uo
to,& deliberatione in proferenda ſententia præ-
dicta: aliàs talis ſententia uel interlocutoria eſt
nulla. quia† quoad relationem faciendã dicitur
14 auocata,& ſuſpẽſa Iuriſdictio Magnæ Regiæ Cu
riæ ut ante relationẽ ad prolationem ſententiæ
procedere non poſſit.iuxta ea,quæ habenť in c.ut
noſtrum. de appell.& in § .Iudicium ſoluitur, de
iudiciis ex tex.in d.conſtit.incipiente.Magna Re
gia Curia in principio,ex quodam c.Regis Mar
tini in ſuis ordinationibus Reginę Blãcę eius uxo
ris.in c.ultimo. Carta 65. uide quæ notat Iaſ.in l.
Ius autem ciuile.in. 2.colu.ff.de Iuſtit.& iure .ui-
de allegata Ioannis de Anania conſ.59 .incipiẽte
Iſti inqſitores aliàs Angeli.conſ.217. incipiente.
in cauſa accuſationis.dum loquiť de eo ſindicato
re,cui eſt conceſſa cauſa ſindicatus,ut ante prola
tionem ſententiæ referat.ut ibi per eũ,& vide Fe
lyn.in c.cum ex offi.in 4.colu.de præſcript.dum
allegat Salycet.in auth.quod ſemel. C.quomodo
& quando Iudex.ſi bene memini propterea coti
die in hoc regno fiunt relationes in cauſis fiſcali
bus domino Proregi ante prolationem ſentẽtiæ
15 & ideo in ſententiis† ſemp dicit,prouiſum eſt pri
us facta relatione domino proregi, hæc ſunt uer-
ba Petri de Greg.in pdic.q.7.circa finem. idem
dicit idem de Greg.in dicto tractatu de Iudiciis
cauſarum feudalium q.39.in uerſi.& eãdem cau
ſam.ubi dicit per Francum in c.ut noſtrum.de ap.
pell.cauſam per dictas literas uia recognoſcendi
ad ſe auocare,& clarius ibidem uer. quia prima
tranſmiſſio, cuius dicta ſſic poſui ſupra.

Attamen licèt ſimus in terminis auocationis.
16 tamen in eiſdem terminis† ſi is, cuius cauſa, & in
cuius fauorem cauſę auocatio fit, ea nolit uti, &
eiſdẽ renũciauerit,ualet q à Iudice ĩde factũ fue
rit. non obſtante decreto,q irrita decernit in cõ
trariũ facta, ſecundũ Dominicũ in c.1.§. ex par-
te.de conceſſione præb.li.6.col.pen.quem ſeq ui
detur Fely.& Deci.in c.ceterum de reſcriptis.al-
legando pdicta firmat Couarruuias pra.q.c.9.n.
7.uer.qđ ſi is,cuius cauſa.Lãcilotus in d.trac. de
attenta.2.par.c.10.tit.de attent. poſt auocation.
cauſ.n.33.ubi dicit 3.limit.qđ auocatio cauſæ fuiſ
17 ſet facta† ad inſtantiam partis.nã tunc parte non
utente reſcripto,per q fuit facta auocatio, ẽt ſi
iudex habeat auocationis notitiam,poteſt tamẽ
ualidè procedere,quouſque pars non utitur dicta
auocatione,parte enim utente,nõ poſſet amplius

procedere alleg.nota.per doct.in di. ca. cæterum
de reſcript. & Archidiaco.& domin.in c.1.ut lite
pend.Bal.in l.1.C.ut lite pend.& in l.falſus.C.de
fur.Siculus in c.audit de reſt.ſpolia.col.pe.& fi.&
in c.cum inde conſt.Aufrer.add cappell.tholoſ.de
ciſione.480.quos citat idem Lancilott.ubi ſuprà.
18 Et quicquid† ſit in decreto,& ſtatuto,ſeu lege
an clauſula irritans faciat ut illi renunciari nõ poſ
ſit,latè materiam ponit Gabri.in prædicta cõclu.
3.ubi licet ponat latè unam,& negatiuam opinio
nem,q non poſſit renunciari.n. 18. cõprobando
ex pluribus in n.19.20.21.23.24.allegans infini-
tos doctores id tenentes,& aliquos qui dicunt cõ
munem:tamen in n.25.& ſequen.dicit diſpoſitio
ni habenti clauſulam decreti irritantis in fauorẽ
partiũ,poſſint partes renunciare.ex gl.in c. ſtatu
tum in uerbo committat in fi.de reſcript.in.6.

Et alios infinitos doctores hanc ſecundam opi
nionem & affirmatiuam tenere allegat,& etiam
Caſſio.in dec.12.de reg.Cancell.n.7.dicens eum
dicere ita communiter teneri,comprobat etiã eã
19 in n.27.28.29.30.& in n.31.diſtinguit† q aut quę
rimus,an decreto poſſit pars renunciare,antequã
eo utatur,& dicendum quòd ſic. quia decretum
habet tacitam cõditionem,ſi eo pars uti uoluerit
& ita pcedit ſecũda opinio affirmatiua,& docto
res per eum allegati in dicto c.ceterum.& in di-
cto.c.ſtatutum de præben.in 6.& Philippus Frã-
cus in c.ut noſtrum.de appell.aut quærimus poſt
quam ſtatutum,ſeu decretum cæpit ligare. quia
pars uoluit eo uti,poſſit illi renunciare,& dicen-
dum eſt q non ita procedit 1.opinio negatiua.

Et deinde in n.33.dat aliam diſtinctionem, in
20 qua nos uerſamur† q in conſtitutione decretum
appoſitũ faciat,ut illi nõ poſſit renũciari.ſecus in
decreto appoſito ĩ reſcripto.ita tenere ait.Anch.
in c.ſtatutum.de præbend.in 6.Ioan.de Sylua. 9.
quæ.in tertia parte principali.& in 48.quæſt.ter-
tiæ partis.Aretin.in l.nemo poteſt.col.3.in fine &
ſeq.& ibi col.4.uerſ.& dicit hoc eſſe uerum.ff.de
leg.1.Burſat.conſ.73.n.56.57.in t.

Quia per prædicta, & diſtinctiones prædicti
Gabrielis uidentur omnia reſoluta ex aduerſo al
21 legata ꝓ parte Duciſſę† Magnæ Regiæ Curię con
ſiderando uerba & diſpoſitiones capituli regni,
per quem uideť q regia maieſtas reſtringit auo
cationem maxime ad inſtantiã partis non conce-
dendo abſolutè,ſed ea parte petente,& uolente,
dum dat curã impetrãti literas, ut reſponſum ha
beant infra tempus ſtatutum a di.c.regni, & Iudi
ci infra illud preſentet,& pars permittendo labi
tempus poteſt ab eis deſiſtere,& ſic renunciare
tacitè ergo fortius expreſſè,nec obſtant ea, quæ
in iſtis terminis firmat Gomeſius. in c. 1 .n. 59.
de reſcript.in 6. quem ſequitur Gabriel. in dicta
concluſione 3.numero.37.dum dicit,quòd poſſit
renunciare expreſſe,& non tacitè,quia taciti, &
expreſſi par eſt uirtus.l.cum quid.ff.ſi certum pe
tat.& ſic argumentũ optime procedit arguẽdo a
maioritate rationis auth.multo magis C. de epi.
& cle. & ĩ terminis nr̃is adeſt expſſa renũtiatio.

Et ſtãtib. pdictis oĩbus ſupra deductis allegatis
Magnę Regię Curiæ.cenſuit ꝓuidẽdum,ꝓut fuit
interlocutum ꝑ interlocutoriã in iſto artic. quod
pro-

procederetur ad prolationem, & lecturam ſenten tiæ, & ita fuit facta prius relatione domino prore gi pronunciandum in hoc articulo, & fuit facta etiam relatio de cauſa principali, & ita executũ: quia ſentẽtia fuit lecta in iudicio abſque eo, quòd proceſſus & uota cum iuſtificationibus tranſmitterentur ad regiã catholicam maieſtatem, & eius ſacrum conſilium.

SVMMARIVM.

1 *Super mobilibus primo, ſuper ſtabilibus, & allodialibus, in ſubſidium ſuper feudalibus.*
2 *Deductum per uiã exceptionis, & deciſum, an poſſit per uiam principalis petitionis iterum deduci in Iudicium, quòd non.*
3 *Idem ſi ad eundem finem deducitur.*
5 *Limita ſi ad diuerſum finem.*
3 *Exceptionem diſcuſſionis ſi Iudex reijcit deductam per uiam exceptionis non poteſt per uiam actionis iterum deducere.*
4 *Appellatio ſuſpendit Iudicatum, & prouocationis remedio extinguitur pronunciatum.*
6 *Appellatio ab interlocutoria nõ datur in regno quando interloquitur, quòd oppoſitiones reijciantur.*
7 *Idem incidentibus, & emergentibus, quòd in cauſa principali diſponitur, quo ad appellationem.*
8 *Cauſa deuoluta uia appellationis ad ſuperiorẽ aperit uiã, ut poſſet audiri, etiã quòd tẽtetur principaliter.*
9 *Nullitatis cauſa ubi agitur, quomodo ſit procedendũ.*
10 *Pro dote feudum de iure communi regulariter alienari non poteſt.*
12 *Amplia etiam, ſi pater non habeat alia bona. n. 19.*
11 *Limita, in muliere dante feudum pro ſe. n. 15. 19.*
13 *Limita, concurrentibus tribus, quòd feudum ſit perpetuum, quod nõ habeat aliunde ubi dotẽ det, & quòd interueniat conſenſus domini.*
15 *Limita in fructibus feudi, in feudo hæreditario.*
16 *Limita de iure conſtitutionum regni. n. 17. 46.*
18 *Sublimita aliis bonis habentibus. n. 46.*
14 *Authentica, res quæ, non habet locum in bonis feudalibus.*
20 *Pro conſequenda dote de paragio, quomodo agendum ſit n. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28.*
23 *Proceditur in Iudicio pro taxanda dote de paragio parte incitata, uerificatis extremis.*
24 *Exceptio fit ſtatim facta taxatione per magnam regiam curiam, pro dote de paragio.*
26 *Salarium petitur in magna regia curia officio Iudicis, & taxatur parte incitata aduocati, & procuratoris ſalarium.*
27 *Eodem modo expenſa, quæ fiunt in Iudicio.*
28 *Dotis cauſa ſemper, & ubique eſt præcipua.*
29 *In cauſa uita militia proceditur, prout ſupra, quia in cauſa alimentorum ſecundo modo proceditur.*
30 *In cauſa alimentorum, quæ exigit celeritatem, abreuiantur dilationes. Proceditur diebus feriatis. n. 31.*
32 *Executio non ſuſpenditur per appellationes.*
33 *Ita proceditur in alimentis futuris, non in præteritis.*
34 *Fauorabilior dos futura, quam præterita.*
35 *Idem in dote de paragio futura.*
36 *In regno eodem modo proceditur in dote de paragio futura quam præterita.*
37 *Idem in uita militia quod in dote de paragio diſponitur, quo ad alineationem feudi. Contrarium. 38.*
39 *Feuda in regno non dicuntur obligata, tam pro dote conſtituenda, quam reſtituenda, niſi in ſubſidium.*
40 *Executio pro cauſa debiti nõ poteſt fieri ſuper feudo.*
41 *Stipendia publica non ueniunt in executione, niſi aliis bonis deficientibus.*
42 *Factum contra conſtitutiones eſt nullum. n. 43.*
44 *Quando executio non poteſt fieri ſuper aliqua re, niſi in defectum aliarum, debet prius conſtare de defectu.*
45 *In executione debet ſeruari ordo datus a lege a diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iud.*
50 *Alias eſt nulla, cõtra quod inducitur grauamen. n. 51*
52 *Limita in executione interlocutoriæ.*
53 *Limita, quando non eſt expreſſe deciſum contra ordinem.*
54 *Limita, in iudice exequente ſecus in executore.*
47 *Sententia eſt nulla lata contra caſum legis.*
48 *Amplia, ſi eſt lata contra communem opinionem.*
48 *Limita, ſi eſt contra rationem legis.*
49 *Limita, ubi intellectualiter eſt contra legem, ſecus ſi eſſet expreſſe.*
55 *Probatio requiritur, quòd alia bona extabant, & incumbit probare alleganti nullitatem. n. 56.*
57 *In rebus permutatis trãſit idem uinculum, quod erat in re permutata.*
58 *Bona uinculata, & reſtitutioni ſubiecta poſſunt alienari pro cauſa dotis conſtituendæ.*
59 *Excuſſionis exceptio debet opponi ante litem conteſtatam.*
62 *Secus, ſi reddit Iudicium retro nullum.*
60 *Item quia debitum negatur.*
61 *Renunciare ſolennitatibus iudiciorum non poſſunt partes.*
63 *Capitulum regis Caroli, quòd pro dote conſtituenda feudum obligari non poſſit, fuit reuocatum per Capitulum ſereniſſimi regis Philippi per aliud capitulum non impreſſum. n. 64. 65.*
66 *Iudicium ordinis non redditur retro nullum, ubi non opponitur.*
67 *Ritus non dat ordinem circa executionem, ergo corrigit legem a diuo pio.*
68 *Bona extare non dicuntur, quando non extant libera.*
70 *Bona uinculata non dicuntur bona propria, ſed aut uinculantis.*
71 *Dos de paragio eſt portio bonorum in hæreditate exiſtentium.*
72 *Bona, quæ ſunt penes tertium, & nõ penes hæredem non ſunt bona hæreditaria.*
73 *Concurrente legatario ſuper bonis allodialibus, & ſorore pro dote de paragio debita ſuper feudo præfertur legatarius. n. 74.*
75 *Bona non extare, non requiritur declararatio Iudicis.*
76 *De bonis patris debet dotari, ſi excludatur a dote de paragio ſuper feudis.*
77 *Frater non conficiens inuentarium cogi poteſt pro dote de paragio, & ſuper bonis propriis fratris fieri executio.*

DECISIO V.

Fuerunt taxatæ dotes de paragio donnę Marię de Corbino, & Caualarijs uxoris Andreæ de Caualariis per regiam curiam præ turæ

turę huius urbis Panormi,ac etiam uita mi
litia pro don Mariano Corbino fratre ſecū
do genito ſuper feudis.& baronia Baidę poſ
ſeſſis per don Blaſcum Corbino eorum fra-
trem, & cauſata executione ad inſtantiam
iſtorum Andreæ & Marię de Cauallarijs,&
Corbino,& don Mariani de Corbino con-
tra don Blaſcum Corbino,& fuit facta miſ
ſio pro adimplemēto executionis ſuper feu
dis,& baronia prædicta:deinde per don Bla
ſcum Corbino fuerunt præſentatæ oppoſi-
tiones,& proſecuta cauſa oppoſitoria,& in
terlocutum quòd executio procedat,& ſuū
debitum ſortiatur effectum, oppoſitioni-
bus ex aduerſo in aliquo non obſtantibus.
ab hac ſententia fuit appellatum ad tribu-
nal magnę regię curiæ per don Blaſcum, &
introducta hac cauſa appellationis fuit in
tribunali magnę regiæ curiæ per eundem
don Blaſcum petitum declarari nullam prę
dictam ſententiam principalirer,& ex parte
iſtorum de Cauallarijs ſupplicatum, quòd
non audiretur in nullitate, & quatenus de
beret audiri procedetetur ordinarie iuris
& ritus ordine ſeruato.

QVoad caput audientiæ denegandæ adduce
batur ex parte iſtorum de Cauallarijs, &
1 corbino†,quòd obſtabat res deciſa: quia poſtquā
fuit pronunciatū,quòd executio procederet,dein
de facta fuit iniunctio iſti don Blaſco ad eligen-
dum expertum,& aduerſus iniunctionem fuerunt
præſentata tria capitula exceptionum dicēdo de
nullitate ſententię, & adimplementi executionis
facti ſuper feudo,& cōtra iuris diſpoſitionē,quia
primo ſuper mobilibus,ſecundo ſuper ſtabilibus
allodialibus, & vltimo loco in ſubſidiū ſuper feu
dalibus debeat fieri adimplementum executionis
& tandem ſeruatis ſeruandis fuit interlocutum,
quòd oppoſitiones reiicerentur, & quòd ob id
obſtabat res deciſa,quia ſententia, uel interlocu-
2 toria lata ſuper exceptione†impedit,quòd poſſit
iterum proponi principaliter per tex. in l. ſi autē
§.ſi quocunque modo.ff.de nego.geſt. illa ratio-
ne,quia ſuper exceptione fuit plene cognitum,&
tractatū,& expreſſe deciſum Bart.in l. uendican-
tem.§.fin.ff.de euict.gloſ.Bart.Paul.& omnes cō
muniter doctores in l. qui Romæ.§. duo fratres,
ubi Ripa.n.Mandellus n.140.cum ſeq.ff.de uerb.
oblig. & in l. peremptorius. C.ſent. reſcind. non
poſſ.Bart.in l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſe
Soccin.conſ.264. in 2.Gabriel. lib. concluſionum
titulo de excep.concluſione 2.ubi ponit regulam
cum ampliationibus,& limitationibus late Boer.
deciſione 43.n.8.& ſequen. Paul. Caſtrenſ. conſ.
308.in 2.Deci.conſ.96. in 1. Crauett. conſ.202.n.
39.40.41.42.43.in 3.
3 Item dicebatur†, quòd quando pronunciatum
eſt ſuper exceptione ex cauſa, quæ etiam tangit
actionem, & actio,& exceptio tendunt ad eun-
dem finem,eo in caſu excipiens non poteſt ueni-
re per uiam actionis Barth.ubi docto.in l.duobus
de except.rei iudicat.Bart.in l.ſi autem.§.fin. de
negot.geſt.& in l.quod in diem.§.fi.n.3.ubi etiam
Paul.de Caſtro Abbas.in c.aduerſario tuo de ex-
cept.ubi Felyn.concluſione 2.n.12.15.in terminis
exceptionis diſcuſſionis, ſi iudex expreſſe reiicit
eam quòd non poteſt uenire per uiam actionis,
ſed tantum appellare,& ſe grauare ab illa interlo
cutoria,conſuluit Corneus conſ.85.2 n. 10.& plu
ribus ſequen.in 4.Felyn.in ca. ſuborta numero 4.
de re iud.
4 Ex aduerſo reſpondebatur†primo,quòd non po
teſt dici obſtare rem deciſam ob intelocutoriam
per quā fuit dictum reijciātur, quia ab ea fuit ap-
pellatum:& ſic appellatio ſuſpendit iudicatum in
l.1.§.fin.ibi quia pronocationis remedio extin-
guitur pronunciatum.ff.ad Turpellianū late Rip.
in l.1.n.7.& ſeq.ff.de re iud.ubi ponit regulā,am-
pliationes,& limitationes.
5 Secundo ibi agebatur†ad unum finem de exper
to ponendo,& fuit exceptum de nullitate ad effe
ctum,ne procederetur ad æſtimationem feudorū
pro eis diſtrahendis hic principaliter ad alium fi-
nem,ut ſententia in totum irritaretur ad omnem
effectum quo caſu non obſtat res iudicata.Bart.in
l.ſi expreſſim,in fin.de appell.& in l.1.n.12.13.C.
quando prouocar.non eſt neceſſe Francus in c.di
lecto in quæſtione 46.n.112.de appell. late Boer.
deciſ.43.& Gabriel dicta 2.concluſione.
6 Sed prima†reſponſio magnæ regię curiæ nō fuit
uiſa concludens in terminis noſtris,quia in regno
in interlocutorijs iſtis appellatio non ſuſpendit
Iudicatum,ritus ſub rege Alphonſo c.116. & ſub
rege Ioanne c.37.& licet iſta regni capitula loquā
7 tur in cauſa oppoſitoria,† idem dicēdum eſt in ar
ticulis incidentibus in ipſa cauſa oppoſitoria.Bal.
in l.ſi quando de teſtibus.Crot. conſ.83.n.25. Plo
tus in l.ſi quando a n.151.uſque ad numerum 169
C.unde ui.
8 Sed†magnæ regiæ curiæ uiſum fuit interloqui,quòd
audiatur,& in finæ cauſæ de omnibus habebitur
ratio illa ratione; quia cum quoad magnā regiā
curiā illa interlocutoria,per quā fuit dictum, reii
ciantur,non erat tranſacta in rem iudicatam,quia
ad tribunal magnæ regiæ curiæ uia appellationis
deuoluta,& eius erat cognitio confirmare,uel re
uocare ob id non erat inhibitum id,quod ei deuo
lutum erat per uiam appellationis, audire, & de
eo principaliter etiam diſcuti repetendo de nouo
petitionem.
9 Quoad alium articulum†quomodo deberet pro
cedi in cauſa nullitatis ſtante diſſenſu partis, in
quo petebatur procedi iuris,& ritus ordine ſerua
to,quia articulus erat iuris,cum in facto non erat
inter partes cōtrouerſia,de primo decreto,quod
in eo erant feudalia, & de ſententia lata in cauſa
oppoſitoria,etiam in proceſſu deducta etiā erant
manifeſta partibus:Ideo potius articulus iuris ui-
ſus fuit,quo caſu procedendum eſſe uiſione ſcrip
turarum,& ex abrupto,& ſine tela iudiciaria de-
terminauit m.r.c.per doctrinam receptam in re-
gno Ioannis Baptiſtæ ferreti conſ.45.& not.per Ia
cobum Emilia conſ.44.Blancum de compromiſſ.
quæ-

qnæſtione 4. Francum in c.duecto, quæſtion .12.
nu.48.de appell.
Quoad nullitatem primi decreti,& ſententiæ,
per quam in curiæ præturæ fuit dictum, quod exe
10 cutio procedat ſuper feudo, dicebatur primo† q
prædicta ſententia erat contra caſum legis, nam
de iure communi feudorum eſt prohibitum feu-
dum alienari etiã ex cauſa dotis, ergo etiam pro
executione ſententiæ, per quam fuerunt iſti don-
næ Mariæ taxatæ dotes de paragio ſuper feudo,
& quod pro dote feudum alienari non poteſt, eſt
tex.in c.1.§.donare,ibi feuda donare, uel in doté
pro filia dare nullius curiæ conſuetudine fieri po
teſt, qualiter olim feu.alien.pot.Bal.ibi nn.2.& in
c.1.n.6.de prohibit.feud. alie. per Fideric. ſequi-
tur Iaſ.in conſil.66.in principio, in 1. vbi allegat
Imolam.in c.ex parte de feud. & Salycet.in l. fin.
in pen.colu. C.de rebus alienis non alienand. &
11 Iaſ.ibi cõcludit†, quòd pater, quando habet alia
bona allodialia non poteſt pro dote filię feudum
in dotem dare, ſecus in muliere habente feudum
quia poſſet ipſamet dare feudum in dotem ſuam,
& conſ.89.n.4.uerſic.2.quia eodẽ.Afflict.in dicto
c.6.donare n.16.vbi Alua.n.6.7.8. vbi refert duas
opiniones Soccin.Iun.conſ.72.n.74.in 1.Soc.Sen.
dicit veriorem in conſ.19.n.12.13.14. in 1.vbi fir
12 mat in fortiori caſu †etiam, quòd pater non habe
ret aliunde, unde eam dotet Pariſ. conſ.16.n.31.
32.33.vbi reſtringit hanc concluſionem concur-
13 rentibus tribus†, ſcilicet, quando feudum eſt per
petuum,& pater non habeat alium modum dotã
di,& interueniat conſenſus proregis late Oſaſcus
in deciſione Pedamon.deciſione 172.Menoch.cõ
ſil.378.n.31. vbi ponit tam in bonis feudalibus,
quam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, idem di-
cit de Iure communi Aloyſius de ſeptimo ſuper
c.volentes.n.mihi 192.uerſ. circa ſextum effectũ
ubi refert quatuor opiniones.
14 Coadiuuant† prædictam opinionem doctores,
quòd auth.res quæ, C.communia delegatis, non
habet locum in re feudali ex Bar. ibi ex pluribus
authoribus hanc firmat Petrus Antonius a Petra,
tract.de fideicommiſ.quæſtione 8.n.466.uerſ.24.
quæritur ubi dicit communem,& communem di
cere ait Dueunam in ſuis reg.regula 40.in octaua
ampliatione declarando pluribus modis Burſat.
conſ.132.n.42.& ſeq.in 2.Iaſ.in d.auth.res quę.n.
26.limitatione 6.& Petrus Antonius de Petra ibi
15 dem ampliat,& limitat tribus modis, † primo in
fructibus feudi, ſecundo in feudo hæreditario, ter
tio in uxore ſe ipſam dotante hanc concluſionem
non firmat Padilla in dict.auth.res quæ. n.105. li-
cet hanc communem aſſerat limitando, prout ſu-
pra, in 3.limitatione,& ipſe addit aliã, quòd dota
tio teneat in uita patris.
Et licet† de iure cõſtitutionum regni poſſet da
16 ri in dotem feudum, Conſtitutio frattibus, tamen
ibi diſponitur poſſe, ſi non habet bona allodialia
ex quibus poſſit eam dotare ex uerbis tex. ibi ob
magna regia curia: quia dicta licentia hodie repe-
ritur limitata, & reſtricta per capitulum regni, in
matrimoniis regis Iacobi hæc sūt dicta p Petrū
de Gregorio in prædicta quæſtione 37.
49 Quartò dicebať † in hac cauſa nō poſſe cōſide-
rari quòd agatur actione perſonali pro debito, &
pecunia cōſequenda, ſed petiť ſecundū decretū
mitti debere executioni actione in factū, tāquā res
iudicata ſuper feudo: cum ſecundū decretū ſit in-
terlocutoria habens uim diffinitiuæ. Corneus cōſ.
65. n. 13. in 1. poſt Bal. in l. eum, & minores. in prin
cipio C. ſi aduerſ. rem iud. in l. 2. §. ſi abſens. 10.
queſtione ff. ſi ex noxali Deci. conſ. 558. nu. 3. in 4.
Alex. conſilio 208. n. 6. in 7. Cap. deciſione 51. nu.
50 1. 2. 3. & † tranſit poſt decem dies in rem iudica-
tam etiā ꝙ ſit lata contra contumacem, & abſen
tem. communem dicit Soccin. Senior cōſilio 158.
51 nu. 9. in 2. Deci. conſ. 449. nu. 15. in 4. licèt † infra
annum ex forma ritus habeat executionem para-
tam ſicut ſententia in ritu. c. 186. ſub rege Alphon
ſo poſt annum, agitur actione in factum, & per ce
dulam condemnatoriam, ſicut diſponit ritus in
ſententia poſt annum in ritu capit. 132. igitur non
de executione contractus pro debito ſed de exe-
cutione ſecundi decreti: & ſic de auocanda poſſeſ
ſione feudi adiudicati; & per conſequens de feu-
do, & corpore feudi & cùm agatur de auocanda
poſſeſſione feudi adiudicati cauſa dicitur feudalis
per ſupradicta.
52 Sed p̄dicta † oīa deducta ꝓ parte baronis ener-
uabantur ex ſupra deductis & quoad primū de d.

Iſerniæ dicendum uidetur, quòd Iſerniæ dictum
non eſt directè contra prędictam primam opinio
53 nem †, nam quando actione perſonali ex contra
ctu agitur, & feudum efficitur pignus iudiciale, &
interponitur primum, & ſecundum decretum, nõ
determinat, quòd cauſa eſt feudalis: ſed tantum
Iſern. determinat quod alienatio non poteſt fieri
ex primo, & ſecundo feudo ſine conſenſu dñi. idẽ
dicit in c.1.§. quid ergo n.6. de inueſt. de re alien.
fact. quem ſequitur Diomedes Maricon in add. ad
Gram. in conſt. conſtitut. diuæ memoriæ. n.28.29.
54 Secundum etiam tollitur: † quia dictum Petri
de Gregorio (qui loquitur in ſubſignatione ſecun
di decreti per magnam regiam Curiam, & in feu
do iudices habent iuriſdictionem coniunctim, &
non inſolidum, per quæ infert, quòd cauſa ſit feu
dalis) non eſt receptum, & contrarium fuit deci
ſum in regno in cauſa uertente inter Bernardum
Barbadori, & Zanobium Strozzi nominibus &c.
& Stephanum Reſaliti ex una, & don Fabritiũ de
Branci fortibus comitem Mazareni ex altera die
20. Auguſt. 14. Ind. 1570. & ego uidi decidi in cau
ſa prædicta cum Comite Mazareni, contra quem
fuit adiudicatus Comitatus Mazareni pro cauſa
debiti uenditionis pannorum, ubi ſecundum de-
cretũ erat interpoſitum, cum ſubſignatione triũ
Iudicum cauſarum Ciuilium, & non per quatuor
Iudices, pro ut in cauſis feudalibus. & licèt fuerit
peritũ de nullitate decreti fuit p tribunal. magnę
regię curiæ declaratũ ualidũ, & interlocutoria fuit
lata die 25. Ianuarii 15. Ind. 571. ſeu uerius præ-
dicto die 20. Auguſti: & ad maiorẽ claritatẽ ſunt
uidendæ deciſę ſupradictarũ Interlocutoriarum.
55 Mota fuit † ad ſententiam ferendam magna re-
gia curia in ipſa cauſa cõtra Petrum de Gregorio
ex authoritate Ferdinandi Boniorni, magnæ qui-
dem authoritatis doctoris in regno, qui ita con-
ſuluit in quadam cauſa fluminis Dioniſi, & idem
Boniornus idem tenuit in cauſa ſecundi decreti
ſuper feudo floridiæ interpoſiti in curia ciuitatis
56 ſyracuſarum reſpondendo ſecundo † capiti nulli-
tatis ſecundi decreti interpoſiti per curiam ciui-
lem ciuitatis ſyracuſarum, quæ nõ habet cognitio
nem feudorũ, uel cauſarũ feudalium ſtante conſti
tutione ſtatuimus. de officio magiſtri Iuſtitiariũ,
57 & melius in conſt. magn. cur. dicit † ſecundo dico
quòd quando agitur reiuendicatione ad feudum
quaternatum in regno non eſt dubium, quòd ſola
magna regia Curia cognoſcit per dictas conſtitu-
tiones omiſſis diſtinctionibus, & ambagibus, de
quibus in cap. imperialem. §. penultimo de pro-
hib. feud. alien. per fideric. in cap. 1. de controuer.
feudo. apud Pariſ. termin. & cap. ceterum. ff. de Iu
diciis Bal. in cap. §. ſi qua controuerſia de pace cõ
ſtantiæ. Alex. conſ. 79. in 1. Aretin. conſ. 83. Curt. in
tract. de feud. quæſtione. 7. in principio, ubi facit re
58 gulam, & ponit duodecim limitationes: † & ſi
agatur de re particulari feudi, examinat plenè Af-
flict. in conſtitutione pręſes prouinciarũ. ad quod
bonus tex. in conſtitutione locorum baili in con-
ſtitutione iuſtitiarii per prouincias. de iuſto Aſſeſ.
59 ut not. lib. 1. † idem ſi agatur poſſeſſorio, ſecundũ
cõmunẽ opinionem in tract. Bal. Aretin. & Deci.
in cap. cæterũ de iud. Curt. Iun. in tract. de feud. 7.
60 parte quæſtione 6. † & ita proceditur hodie in cau
ſa ſpolii feudi de Salia, coram quatuor Iudicibus:
& ita ſemper uidi ſeruari, & obtinuimus alias in
contradictorio iudicio pro duce Montalti comite
Golliſani contra ducem montis leonis, quod pro-
cederetur ſede plena, cum cõſtitutio dicat de feu
dis, debet intelligi tam de proprietate, quàm
de poſſeſſione. dicit Andr. in d. capi. imperialem
§. penultimo in prin. quicquid dixit Iaſ. poſt alios
61 in conſ. 60. li. 1. † item quando agitur actione per
ſonali ad feudũ: quia petitur feudum actione per
ſonali, & tũc ẽt magnæ regiæ curiæ eſt cognitio in
dictis conſtitutionib. in generalitate ſui, & eſt tex.
62 in cõſt. locorũ Baili, ubi † excluduntur à cognitio-
ne Baili, cauſæ oẽs reales, & perſonales ſuper feu-
dis, & rebus feudalibus. quicquid dicant doctores
in locis prææallegatis præſertim in dicto ca. cæterũ
63 & hoc iure utimur, & uidemus cotidie †, qñ agi-
tur uigore pacti de retrouẽdẽdo. & hodie pẽdent
multæ lites in magna regia curia, & nemo audet
64 declinare forum in † caſu noſtro nõ ſumus in ali-
quo dictorũ caſuum: quia nõ fuit actum ad feudũ
actione reali, uel perſonali. ſed fuit actum in pecu
nia. licèt decretum fuerit interpoſitum ſuper feu
do. & de hoc caſu nõ loquuntur dictæ conſtit. ſta-
tuimus, & conſt. magn. cur. & remanet ſub regula
65 conſtitutionis locorum Baili †: quòd omnes cau
ſæ ciuiles, reales, & perſonales, quæ ſuper feudis
& rebus feudalibus minimè mouentur ad iuriſdi
ctionẽ ſuam nouerit pertinere: & ſic pro hac par-
66 te uidetur ſufficere regula. † præterea dictæ cõſti
tutiones, ſi quis poſt litem, & conſt. contumacem
immediatè præcedens, loquuntur generaliter in
quolibet iudice. & qui dicit iudicem competentẽ
nõ dicit reſpectu feudi, ſed cauſæ pecuniariæ, &
ſic quilibet iudex poteſt facere, quæ ſtatuuntur in
illa cõſtitutione. ſi quis poſt litem. probatur effica
ci ratione iuriſdictio, & competentia iudicis cõſi-
deratur reſpectu perſonarum uel cauſæ, quæ agita
tur nõ reſpectu rei ſuper qua decretũ interponi-
tur, & potuit iudex interponere decretũ ſuper re,
quę nõ ſubeſt iuriſditione c. romana. §. cõtrahẽtes
de foro compet. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. co-
rũ Bar. in l. cũ unus. §. 1. ff. de bon. auth. Iud. poſſid.
Hæc ſunt dicta Boniorni, q̃ ponit in pręſenti du
bio. in dictis allegationib. prędictę cauſę Floridię.
67 Tertium autem † argumentũ ex ſeipſo declara
tur quòd nõ procedat in caſu noſtro, cũ nõ agitur
actione perſonali, quę ortũ habuit ratione feudi.
68 Et ſic † nec etiam obſtabit dictum Baldi in dicto
c.1.§. ſi qua controuerſia, quia nõ fit commemora
tio de feudo ad adiuuandam, fundandã, uel repel
lendam intentionem, ſecundum leges feudorum
doct. in dicto cap. ceterum ibi Felyn. nu. 8.
69 Item etiam nõ obſtat † dictũ Andreæ de Iſer. in
cap. 1. §. quid ergo. nu. 6. de Inueſt. de re alien. fact.
quem ſequitur Diomedes Maricond. in add. ad
Grammat. in conſtitutione conſtitutionẽ diuę me
morię. nu. 28. & 29. & Iſern. in cõſtitut. ſi quis poſt
litem in glos. in uerbo ex decreto: nõ aliter quàm
ex licentia regis, ibi fieri debebat q: em ſequitur
Afflict. in dicta conſtitutione, ſi quis poſt litem.
70 Quoniã prædictæ doctrinæ † Iſern. reſpondetur
quòd in dicta conſtitutione ſi quis poſt litem agiẽ

de actio-

de actione reali nó perſonali.quia agitur,quando reuendicatur feudum, & actor propter contumaciam rei ponitur in poſſeſſioné ex primo & ſecundo decreto,ꝙ primum, & ſecundũ decretum non iuuatur ex diſpoſitione capituli uolentes, cùm ad id perueniatur ex contumacia. & ſic propter delictum conuẽti pro ut in ſimilibus terminis,ponit Cannet.ſuper c.uolẽtes ſuper c.regni ſi aliquẽ fol. 214.in c.incipiente Annotandum eſt n.41.& ſeq.

71 Secundo reſpondetur† quod ibi Iſern.& qui eũ ſequuntur licèt dicant, quòd ſecundũ decretum debeat interponi, cum licentia regis in terminis iuris communis: tamen non infertur, quòd cauſa ſit feudalis, maximè ſtante capitulo uolentes. in regno,per quod omnis alienatio feudi eſt permiſſa: & poteſt capi in cauſam iudicati feudũ abſque licentia,& conſenſu regis.& per diſpoſitionem di

72 cti capituli uolentes.feuda† ſunt redacta ad inſtar allodialium,& effecta alienabilia, prout affirmant doct. in d.c.regni uolẽtes.ubi Cannet.fol.131.in c.incipiente.At nõ erit inutile. n. 72.73.poſt Pernũ in 8.cõſ.col.3.& alios ſcribẽtes ſuper d.c. volẽtes.

73 Nec quartum † obſtabit quia & ſi cauſa principalis executionis pro debito ex contractu finita uideatur quoad diſcuſſionem poſt ſecundum decretum,& modo non agitur, niſi ad effectum producendi ſecundum decretum & exequendi contra feudum, ſuper quo eſt interpoſitum ſecundũ decretum. & ſic uidetur agi de auocãda poſſeſſione feudi exequendo decretum:tamen quia ſecun

74 dum † decretum,ut ſuprà dixi eſt interlocutoria habens uim diffinitiuę in ipſo iudicio executiuo, non debet diuerſo iure conſeri actio, quæ oritur ex iudicato, quàm illa in qua iudicatur not. doct. in l.1. C. de Iud. Capit. deciſio 20. & in terminis

75 † quod ſubſequentes articuli,& incidẽtes regulantur à principali cauſa:ut uideatur ſi cauſa eſt feudalis, vel non, in terminis concludit Caſſaneus in conſ.45.allegat Zabarell.in 2.clem. 15.queſt.de iudic. Pau. Caſtren. conſ. 91.nu. 9.in 1.& optime ponit Ioannes Vincẽtius de Anna in cõſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ. nu. 283. ubi allegat clem. diſpẽdioſa,& dicit deciſum ſæpe numero incidẽtes eſſe eiuſdẽ iuris,quo principalis cauſa, & ꝙ fit relatio iunctis aulis ſicut in principali.

76 Et ſic† apparet quàm clara ſequitur determinatio,quòd hæc cauſa non ſit feudalis, & ideo iure optimo potuit procedi, pro ut in allodialibus, & prouiſionem dñi proregis nõ fuiſſe ſubreptitiam, & iuridica fuit determinatio magnæ regiæ curiæ dum primo loco determinauit, quòd procederetur ſecũdum commiſſionem domini proregis ſtatim, & ultimo loco fuit interlocutũ per magnã regiã Curiã, ꝙ procederetur ad ulteriora & pro ut fuit cęptum iuxta cõmiſſionem domini proregis.

Referẽdo prius prędicto dño proregi Eius prouiſionẽ nõ fuiſſe ſubreptitiã, & debere ſubſiſtere.

Cũ prędictis cõcluſionibus potes determinare multa dubia,quæ poſſent cotidie accidere in pręſenti materia.

S V M M A R I V M.

1 Feudũ ſub forma pro te,& hæredibus de tuo corpore legitime deſcentibus,ſecundum aliquos eſt hæreditarium,ſecundũ alios ex pacto,& prouidentia,& communior opinio In regno eſt forma mixta. 2.3 4.5.

6 Clauſula de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, intelligitur de proximioribus ultimo defuncto,& primo acquiſitori,non remotioribus.7.

8 Alienatio in proximiorem ualet de iure.

9 Forma pro te,filijs,& hæredibus de tuo corpore etiam intelligitur in conceſſione feudi, tam de natis,quam de naſcituris.

10 Intelligitur pro filio nepotibus, & pronepotibus, & deſcendentibus in infinitum. 11.

11 Intelligitur de corpore primi acquiſitoris, non ultimi decedentis.

12 Nõ poteſt tale feudũ in extraneas perſonas alienari.

13 Feudum mixtum habet qualitatem hæreditariã,licet etiam ſit ex pacto,& prouidẽtia,& requiritur,quod ſit hæres.

14 Hæreditaria qualitas in feudis uerificatur in hærede ſanguinis,quia intelligitur hæres ab ipſo initio conceſſionis abſque eo,quod inſtituatur.15.16.

17 Hæredibus uerbum in materia feudali intelligitur pro deſcendentibus.

18 Item habet denotare qualitatem ſucceſſoris non qualitatem ſucceſſionis.

19 Agnatus non requiritur,quòd ſit hæres ultimi defuncti,ſed ſufficit,quòd ſit hæres primi inueſtiti, uel deſcendentis ab eo.22.Contrarium. 21.

20 Agnatus uenit ex perſona propria conſiderata origine,principio, & ſtipite.

24 Clauſula in conceſſione, quod poſſit locare, uendere etiam facit feudum in forma larga.

25 Verbum uendere,in conceſſione,quid importet.

26 Familia poteſt inducere conſuetudinem dando ordinem,& modum ſuccedendi in feudis.

27 Maxime teſtando.

28 Fideicommiſſum an extendatur ultra quartum gradum,an ad oẽs in infinitũ dũ uocantur deſcendentes.

29 Fideicommiſſum eſt quoad omnes deſcendentes, dum ſe refert ad aliam diſpoſitionem. 30.31.

32 Prohibitio alienandi inducit fideicommiſſum in perpetuum.

33 Dominium teſtatoris debet probari,ut fideicõmiſſum ualeat.

34 Dominium in antiquis probatur per inſtrumenta.

35 Antiquum dicitur uſque ad annos 60.

36 Verba ſententiæ etiam enunciatiua probant inter litigantes.

37 Identitas probatur,ex quo feudum habet nomen ſpeciale,non frequentatũ in regno.

38 Dotis cauſa feudum,etiam reſtitutioni ſubiectum poteſt alienari.

39 Etiam ex cauſa reſtitutionis dotis.

40 Et in re ſubiecta reſtitutioni,& fideicommiſſo,etiam ſi fideicõmiſſum præceſſit conſtitutionem dotis. 43.

41 Idem ſi eſt prohibita alienari, expreſsè.

42 Idem ſi prohibitio eſt expreſſa in cauſam dotis.

46 Contrarium.47.48.49.

44 Idem in dote confeſſata.

51 Contrarium. 52.Diſtingue.

45 Prohibitio,quod non poſſit pro dote tradi,nõ intelligitur pro dote reſtitui.

56 Authentica, res quæ,non habet locum in omnibus deſcendentibus,qui ſunt nati poſt mortem teſtatoris fideicommittentis.

57 *Authentica,res qua procedit in ſubſidium alijs bonis allodialibus,uel non ſubiectis fideicommiſſo, non exiſtentibus.58.59.*

54 *Feuda pro cauſa reſtitutionis dotis in ſubſidium poſſunt in regno alienari.*

55 *Hypothecatis feudis pro cauſa reſtitutionis dotium poteſt ſuper feudo agi,etiam alijs exiſtentibus bonis allodialibus.56.Diſtingue.57.*

60 *Tempus reſtituendi dotes debet attēdi, an alia ad ſint bona,non anterius,neque poſterius.*

61 *Confirmatio retrotrahitur ad diem facti contractus.*

63 *Cauſa reſtitutionis dotium conſtante matrimonio nō eſt cauſa legitima.*

64 *Limita,niſi Vergente viro ad inopiam.65.*

66 *Vſusfructus bonorū feudalium,& fideicommiſſo ſubiectorum debet deſeruire pro ſatisfactione dotium. ergo donando dilapidat.*

67 *Sententia colluſiua, ergo non ſufficit aſſertio ad praeiudicium creditorum.*

68 *Confirmatio dationis in ſolutum collatum ad tempus mortis non ualet,cū dominiū ſit per mortē extinctū.*

69 *Alienatio eſt nulla facta de re prohibita alienari cum pro alienatione ſtatim dicuntur uocati ſucceſſores.*

70 *Nec poteſt donatio morte confirmari in praeiudicium agnatorum.*

71 *Iuramentum operatur in donatione uera vxori facta, non in praeſumpta,& a lege ſubintellecta.*

72 *Datio in ſolutum extraiudicialis eſt nulla,& in praeiudicium fideicommiſſarii,ſi eſt exceſsiua,etiam pro dotis ſatisfactione.*

73 *Quia in praeiudicium grauati,& dicitur colluſiua.*

74 *Etiam procedit in datione in ſolutum à Iudice iudicialiter non citato fideicommiſſario.*

75 *Et maximè,ſi eſt colluſio,ut ſupra.*

77 *Bona feudalia,& reſtitutioni ſubiecta ſunt obnoxia & obligata pro dote.*

78 *Pro dote bona feudalia , & reſtitutioni ſubiecta poſſunt retineri,nec amoueri ante ſatisfactionem.*

78 *Pro melioramentis, & beneſactis datur retentio.*

80 *Nec datur aliud remedium conuento excipienti , niſi retentio.*

81 *Idem in melioramentis in rebus feudalibus,quia iudicantur uti allodialia.*

82 *Fructus melioramentorum ſunt domini melioramentorum,& eius,qui ea fecit.*

83 *Probari debet,quod alia bona aderant allodialia, ut poſſit excipere non teneri,niſi in ſubſidium , & incumbit excipienti.*

84 *Hypotheca ſuper rebus pro ſatisfactione dotium per annullationem dationis in ſolutum non tollitur.*

85 *Et ſic ad huc cōpetit retētio,donec non eſt ſatisfacta.*

86 *In fraudem datio in ſolutum facta non eſt nulla ipſo iure,ſed opus eſt reſciſſorio iudicio.*

87 *Electionem habet mulier ſi pro dote uult agere contra tertios ſuper rebus alienatis,uel ad bona feudalia,& fideicommiſſo ſubiecta.88.*

88 *Idem reuocata in ſolutum datione pro dotibus , cum non ſit facta locupletior .*

89 *Donatio inter uirum, & uxorem ſtante iuramento eſt ualida.*

90 *Quia non fuit petitum donationem reuocari non poteſt pronunciari, quia ſumus in Iudicijs cauſarū feudalium,ubi ordinariè proceditur.91.*

92 *Deciſio magna regia Curia in hac cauſa.*

DECICIO VII.

Vertente coram nobis tanquam iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ proceſſu, ſuper petitione habita pro nulla, & inualida, & quatenus eſſet aliqua pro reſciſſa aſſerta reſtitutione dotium,facta per quondam don Ioannem Criſpo & Villaraut donnæ Catharinæ cōuentæ in actis notarii Coſmani Guagliardi die 21.Septembr.11.Ind.1582.Caſtrum & tonnariam mare,iura granorum trium,& trappetum S.Nicolai cum omnibus ſuis iuribus,pertinentiis,& ſtatu integro ſpectare, & pertinere ad donnam Ioannam, tāquam filiam unicam,legitimam,& naturalem donnę Antonię Criſpo,& Villaraut eius matris. quo declarato dictam conuentam condemnari , & condemnatam compelli debere ad dandum,& reſtituēdum prædicta , una cum fructibus damnis, & intereſſe , pro ut latius in proceſſu, & in petitione ad inſtantiam dictæ donnæ Ioannæ tentatæ in Magna Regia Curia cū authoritate don Franciſci del Boſco Comitis Vicari eius uiri, & ipſe Comes maritalis nomine contra prędictā donnam Catharinā de Villaraut relictā q. don Ioannis Villaraut & Criſpo baronis Priczi , de qua in proceſſu:dū eſſemus auditis iam partibus , & eorū aduocatis in puncto ferendæ ſentētiæ ſuperuenerūt literæ Catholicæ maieſt.per quas mādauit nobis, ꝙ antequā procederemus.ad prolationem ſententiæ dictū proceſſum,ſeu eius copiā fidem ferentē una cū uotis iuris motiuis, ac noſtris iuſtificationibus ad Maieſtatē ſuā,ſuumque ſacrū cōſilium trāſmitteremus, uidēdi,& recognoſcēdi cauſa. & uolentes ut tenebamur Maieſtatis obedire mādatis , ꝓ uotorū noſtrorū iuſtificatione has ſubſcripſimus rationes . per me,cui fuit per collegas onus iniunctū pro uoti Iuſtificatione cōpoſitas. Et pro intelligentia uotorum noſtrorum,eſt ſciendū qualiter iſta actrix uenit ad petitionē prædictā tanquā illa,quæ prætēdit ſucceſſiſſe dicto q. don Ioanni ultimo poſſeſſori prędefuncto tāquā proximior ex natura feudi,& baronię ꝓdictę tōnarię S.Nicolai,& iuriſgranorū,& ex diſpoſitione,& uīculis ſuorū ꝓdeceſſorū:

ET deueniendo ad rationē petitionis dicebāt ex parte iſtius actricis incipiēdo primò à natura feudi,ꝙ feudū ipſū S.Nicolai ann. 1374.fuit cōceſſū Rainaldo Criſpo ꝓ ſe, & hęredib.de ſuo corpore legitimè deſcēdētibus ꝑ Frāciſcū de Vintimiliis Comitē Giracii, & Gulſani,ꝗ cōceſſionē confirmauit Ser. Rex Fidericus ſub eadem forma

pro ſe,

pro ſe,& hæedibus de ſuo corpore legitimè deſcē
dentibus & deinde ſub eadē forma in anno 1401
fuit iterum confirmata in perſonā Henrici Criſpo
ſucceſſoris dicti Rainaldi, per intermediam per-
ſonam Iacobi.

Qua forma† ſtāte feudi licèt inter doctores cō
2 trouerſia ſit iuris,q̃a in terminis iuris cōmunis fue
runt hinc inde opiniones,ſ.ꝙ aliqui doctores de re
gno Neapoli cenſuerunt prædictam formam eſſe
meram hæreditariam,prout aſſerit Pariſ. conſ.2.
n.2.in 1.conſ.4.nu.27.& 33.eodem conſ. 21 . nu.
34.eodem Afflic.in conſtitutione,ut de ſucceſſio
nibus nu.68.& ex aduerſo allegatur ēt idē Afflic.
deciſione.240.nu.10.in fine Lotfred.1.conſ.Tho-
mam de Marinis de feudo hæreditario tit.5.n.20.
Pinell.in l.1.3.par.nu.88.cum ſeq.C.de bonis ma
ternis Rolan.à ualle de inuentario.fol.150.

Attamen contraria eſt cōmunior opinio, †pro
3 ut Soccin.Iun.in conſil. 72. nu.27. uerſiculo. hoc
etiam & numero.28 .in primo ubi dicit hanc for
mam conceſſionis pro te , & hæredibus de tuo
corpore legitime deſcendentibus facere feu-
dum ex pacto , & prouidentia . eandem opinio
nem tenet idem Soccin.in conſil. 131. nume. 13.
eodē uol.Dec.conſ.395.nu.5.uer.prædictis tamē
& nu.6.& 7.in 3.eam ſeq.& dicit cōem Rolādus
a Valle conſ.67.2.nu.30.uſq; ad 33.in 1.idem te-
net Natt.conſ.130.a nu.1.uſque ad 6.in 1.& ante
eos tenet Andreas in.c.1.ex quibus cauſis feudum
admittatur & c.Imperialem.§.præterea ducatus,
de prohibita alienatione feudi per Federicum, &
in regno noſtro ſæpius pro hac par.ꝙ feudum ſit
pacti, & prouidentiæ deciſum fuerit , & ꝙ hæc
q.in regno eſt iā ſopita tradit Ioan.Aloyſius Blaſ.
& alii in c.uolentes ſub rege Federico Petrus de
Gre.in trac.de conceſſ.feudi in 6. par .principali
in 11.q.& Cannet.quoq; in eodem.c.uolen..carta
49.in c.ſed quid ſi fuerit,in quo diſputat ad par-
tes ſupradictā q.& conciliat dictum Andreæ: qui
uidetur ſibi ipſi contrarius, & tandem in nu. 39.
4 prædicti c.conciliando Cannet.utrāque†opinio-
nem dicit feudum mixtum ſcilicet mixtæ formæ,
intelligēdo eius dictū,ꝙ ſit feudum pacti& proui
dentiæ,ſed nō ad id feudum poſſit aſpirare citra
ius & nomē hæredes.& ꝙ filius,uelagnatus hęres
cōfecto inuentario recuperabit feudū alienatum
a patre,uel agnato, dicit ita determinare Guliel.
de Perno in conſ.7.& 22.feudalium,quē ſequun-
tur oēs noſtri ſiculi,tam in lectura ſuper c.uolētes
quam in conſiliis,& allegationibus, dicit Guliel.
de Perno ſeq.Afflict.in c.1.an agnatus Paris.conſ.
63.in 3.& Socc.nepos in conſ.42. in.3.& in conſ.
109.& in conſ.114. in primo qui Socc. allegando
Afflict.ſubiungit poſtea hanc eſſe cōem opinionē
& ideo dicit Cannet.cùm ſit cōmunis opi.& uera
nimirū ſi ab ea nec in iudicādo,nec in conſulen-
do eſt recedendū, & fortius dicit ꝓcedere hanc
opinionē:nā ſic declarauit Rex.Alphon.in priui-
legio Mazariæ cōceſſo Cōrado ſpatafora ante eū
firmauit hanc opinionē Petrus de Gre.in tractat.
de conceſſ.feudi.parte 6.quæſtione . 11.

Et pars donnæ Catharinæ ultimo loco non ne
5 gat opinionem prædictam in regno,†ꝙ feudū ſit
mixtū eſſe ueram,& approbatam ex dicto omniū
doctorū in regno dicendo,ēt id tenere doctores,
noſtros in allegationibus Comitatus ſancti.Marci
& Cannet.in di.c.uolentes hoc etiam dicit tene-
re Clarū in §.feudū q.9.uer.quandoq; & 3.ubi.re-
ferendo utranq: opinionē hanc dicit ueriorem,&
magis cōem & uer.item quæro quid ſi acceptum
fuerit Beret. conſ. 78. Panzirola conſ.104. nu.9.
Menoch.conſ.158.nu.5.in 2.ubi dicit idē tenere
in cōſ.104.n.15.add.ēt Oſaſcus dec.pedam. dec.
ibi.Burſat.conſ.3.nu.2.

6 In terminis noſtrę q.†ſiue in forma meri pacti,
& prouidētiæ,ſit feudū,ſiue ſit forma miſta .ſ. cū
qualitate hęreditaria,ſēper dicit,ꝙ iſta dña actrix
ſit ꝓxime ſucceſſura dicto quōdā don Ioanni ulti
mo morienti.tū quia nō eſt alia perſona proximior
de ſanguine defuncti qui eā antecedat,& de cor-
7 pore,& linea primi acquiſitoris†,quia iſta uerba
de ſuo corpore deſcēdētibus ītelligunt de hęredi
bus proximioribus,& immediate ſucceſſuris 1.ac
quiſitori defuncto,& ultimo morienti,nō aūt de
hęredibus remotioribus,& in remotiori gradu cō
ſtitutis.Bal.in c.1.in principio.i 1.co.uer.quęro,an
idē agnatus de prohibita feudi alienat.per Fider.
8 ubi uoluit †ꝙ alienatio feudi paterni permiſſa eſt
abſq;principis licētia ſi fiat ꝓximiori,qui ſucceſ
ſurus eſt in feudo,ſecus ſi remotiori:q̃a tūc nō ua
let,niſi durāte uita alienātis tantū.ergo ſolū hęre
des proximiores,nō autē remotiores in gradu uo
cati ſūt ex forma cōceſſionis feudi,ad idē eſt tex
in.c.1.§.Titius & ibi doct.Martini in pe.col.ſi de
feudo fuerit cōtrouerſia .tex . in c.regni ſub rege
Iaco.in c.aliquē.ibi ille,qui tēpore mortis ſupere
rit defuncto priximior,in feudo ſuccedat . Petrus
de Gre.in trac.de conceſſ.feudi par.6.10.q.1.col.
9 imo ibidē Pet.de Gre.in uer. 3.intelligo†dicit præ
dictā formā ītelligi,ut ꝓcedat in filiis &,hęredib.
tā natis tempore cōce ſſionis feudi,quàm naſcitu
ris poſtea ut per And.in.c.1.§.hoc quoque in .2.
col.uer.item alii filii naſcituri de Succeſſione feu-
di.& Aluarott.in c.1.§.Titius.in ultima col.in fine
ſi de feudo fuerit cōtrouerſia. & Guliel.de Perno
in 4. notabilibus uer.ad ſecūdum dubium,& uer.
inde ,& cum hac item idem Petrus de Greg . in
10 præallegata q.decima,uer.4.intelligo† dicit pro
cedere dictam formam conceſſionis pro filio ,ne
potibus,pronepotibus.& aliis deſcendentibus in
infinitum.& uoluit gloſ.in c.1.§.& ſi clientulus,&
de alienat. feudi,ubi æquiparat iſtos duos caſus,
uel quod feudum ſit conceſſum pro ſe,& filiis,uel
pro ſe,& hęredibus , ut utroque caſu nepotes &
pro nepotes,& alii deſcendentes in infinitum cō-
prehendantur.ut idem Pet . de Greg.dicit in ea-
11 dem quæſtione decima,uerſic.6.intelligo†.ut in-
telligantur iſta uerba de ſuo corpore &c . ſcilicet
de corpore primi acquiſitoris feudi non aūt de
corpore feudatarii ultimi morientis.ita dicit de-
clarare Andreā in cōſtit.ut de ſucceſ.uer. prædi-
cta uero forma & ibidem dicit,ꝙ licèt hæc forma
cōceſſionis intelligaꝛ de hæredib. deſcendentib.
de corpore primi acquiſitoris,tamē extendiꝛ ad
oēs filios deſcendētes in infinitū ut dixit Bal.in in
diuiduo in præludiis feudorum 6.colu.uerſi .dum
modo ibidemque ait in dicta queſtio. 10.Petrus
12 de Gregorio in uerſic.ſtante igitur† , quod tale,

feudum non poterit feudatarius in extraneas per
ſonas alienare, nec in eo habere locũ diſpoſitionẽ
capituli uolentes. ſub rege Fiderico. quia forma
conceſſionis repugnat alienationi, declarat Gulie.
de Perno latè in conſ.4.quaſi per totum.

13 Et licèt ex parte donnæ Catharinę† admittatur
feudum eſſe miſtum, ſcilicet ex pacto, & prouiden
tia etiã habet qualitatem hæreditariam, ut requi-
ratur ꝙ hęres ueniat cũ qualitate hęreditaria & ſic
quòd ſit hæres uel primi inueſtiti, uel ultimo loco
defuncti ſecundum Iſern.in c.1.§. hoc quoque ti
tulo de ſucceſ.feudi, quem ſequit. Alex. Caſtrenſ.
Cor.Iaſ.Deci.Curt.Iun.Gozad.quos refert, & ſe-
quitur Crauett.conſ.197.nu.5. Roland. conſ. 67.
nu.24. uolumine ſecundo ubi addit Pariſ. Brun.
Cur.Sen.& Alcia.& in cõſ.53.n.7.uol.3.Menoch.
in cõſ.104.per totũ & alii, quos allegat Petrus ſur
dus conſ.5.n. 19.in 1. Burſat.conſ.2.nu.37.& 41.
& conſ.3.nu.primo.& ſequen.

14 Reſpondet†, ꝙ ſtãte prędicta cõceſſione modo
prædicto, in terminis quæſtionis noſtræ, clauſula
hæreditaria uerificatur in hærede ſanguinis, ſcili-
cer quòd ſit deſcendens maſculus, uel fæmina ſer
uata prærogatiua ſexus: iuxta tradita per Petrum
de Gregorio in dicto tractatu de conceſſione feu
15 di, parte 4.quæſtio. 15.uer.& ideo, & in quæſtio-
ne 14.in ante penul.colu.dicit † quòd ſi conceſſio
dicret ꝓ ſe, & hæredibus. ita ut filius hic nõ poſſit
ſuccedere in feudo, niſi ſit filius, & hæres ſimul. ta
men hic filius ſuccedet in feudo, uti hæres ſangui
nis. ſeu hæres iuris uocatus ex forma primæ con-
ceſſionis: & ſic ex tunc ab initio conceſſionis feu-
di ex ipſa diſpoſitione legis ipſo iure fuit effectus
hæres in feudo, unde amplius non eſt curandum,
inſtituatur filius hæres uel nõ: cõ ueniat ut hæres
inſtitutus ab initio, & ab origine conceſſionis, ita
uoluiſſe ait notabiliter Andreas de Iſern.in cap.1.
§.quid ergo in ultima colu.in fine uer. ſunt quædã
feuda hęreditaria de inueſtitura, de re aliena facta
16 idẽ etiã Petrus de Gregorio ſubdit, & ſic † intel-
ligo de hęredibus de ſuo corpore legitimè deſcen
dentibus tunc in feudo filii uocati, & ex forma cõ
ceſſionis ſunt facti hæredes ſtatim ipſo iure con-
ceſſionis, & ex ipſa principis conceſſione, non aũt
ſunt hæredes iure ſucceſſionis ex teſtamento, uel
ab inteſtato. & dicit declarare dictũ Andreę Gul.
de Perno in 2.notab. nu.7. uer.itẽ nota mirabilia,
& ſingularia uerba & 4.notab.n. 13.uer.ſed dubiũ
facere, ubi magis latè, & diſtinctè loquitur.

17 Et uerbum hæredibus, †in feudo, & in materia
feudali in inueſtitura poſitum, intelligitur pro de-
ſcendentibus: qñ feudum ad extraneos nõ tranſit
Decius conſ.185.nu. 3.in 1.& conſ.208.n.9. uerſi.
1.ergo non obſtat in 2.& conſ.516.nu.14.in 4.Nat
ta conſ.159.nu.2.in 1.

18 Et in materia† feudali uerbũ hęres, habet ſigni
ficare qualitatem ſucceſſionis, & hæreditatis. quia
cõſideratur natura, & ſanguis, & nõ uera & ꝓpria
ſucceſſio. Bald.in cap.1.col.2.nu. 2.& 6. de eo qui
ſibi & hæredibus ſuis. Pariſ.conſ.65.nu.26.in 3.&
conſ.23.nu.135.in 1.

19 Et ideo† agnatus etiã in feudo hæreditario, quã
do feudũ eſt antiquum, nõ requiritur, ꝙ ſit hæres
ultimi morientis, ſed ſufficit, ꝙ ſit hæres primi in
ueſtiti, uel deſcendentiũ ab eo & ſic mediatè, uel
immediatè Pariſ. conſ.13.nu.3.& 4.in 1.conſ.16.
nu.18.& 29.eodem & ſi per mille manus ambula
uerit. idem Pariſ.cõſ.65.à nu.31. uſque ad nu. 39.
20 ubi dicit † quòd agnatus uenit ex perſona ꝓpria
conſiderata origine, principio, & ſtipite. & ſuffi-
cit, quòd illi agnati ſuccedere uolentes habebãt
eam qualitatem ex eorũ perſona, quam habebat
uaſſallus defunctus, & per quã qualitatem feudũ
fuit quæſitũ uaſſallo præmortuo & ibi Pariſ. loqui
tur in feudo hæreditario miſto & cõſ.23.à n.122.
uſque ad nu.186.in primo ubi dicit magis cõem,
Natta cõſ.634.nu.9.in tertio Decius cõſ.68.nu.4.
in primo Alciat.cõſ.183.nu.2.& cõſ.186. Rolan.
à ualle in cõſ.28.nu.duodecimo, in 3.ubi dicit ma
gis cõmunem opinionem eſſe hãc dicendo, quod
21 malè locuti ſunt nõnulli legũ uertices, qui † ſenſe
runt agnatũ debere eſſe hæredẽ ultimi agnati de-
functi, pro ut fuit Cur.Iun.ſibi contrarius, quẽ ſe-
cutus fuit Soccin.Iun.in cõſ.188.n.15.uol. 2. Soc-
cin.inter conſilia Bruni cõſ.10.col.3. uer. circa 2.
nã prædictã opinionẽ ultra infinitos doctores per
dictum Rolan.allegatos refert eam tenere Clarũ
in §.feudum, quæſtione 9.uer.ſed quæro an opor-
teat, ubi in contingentia facti ita iudicatum fuiſſe
per ſenatum Mediolani, & reprobat Curt. Iun.cõ
trariam, quam firmat in ſuo conſ.138.

22 In terminis autẽ noſtris† clare cõſtat ex ꝓceſſu
ꝙ iſta dña Comitiſſa actrix ſit agnata d. quondã
dño dõ Io.ultimo poſſeſſori, & defuncto: nã proba
tur ꝙ ſit filia donnæ Antonię Villaraut, & Criſpo,
ꝗ donna Antonia erat filia q. don Philippi Criſpo
& Villarant & dictus q. don Ioannes ultimus poſ
ſeſſor, & defunctus erat filius prædicti quondam
don Philipi Villaraut & Criſpo, & frater prædictę
quondã donnę Antonię ex cõi patre prouenientes
ſcilicet dõ Philippi, a quo prouenit feudũ, de quo
modo agitur & cum ſit feudũ auitũ, ſeu paternũ,
& antiquũ, ſufficit, quòd iſta donna Ioanna Comi
tiſſa fuerit, & ſit hæres prædictę quondam donnę
Antonię eius matris, etiã ab inteſtato nã ꝓbatur,
quod dicta quondã donna Antonia fuit mortua,
& nõ reliquit alios filios niſi prædictam actricem.

23 Et etiam ſtante† forma prædicta feudi, eſt pro
xima & immediate ſucceditrix iſta dña Comitiſſa
actrix in ipſo feudo, de quo agitur, quoniam eſt ne
ptis don Ioannis ultimi morientis, filia ſororis, &
ſic per ſubintrantiam non exiſtente maſculo ei
defertur ſucceſſio feudi. ex capitulo regni edito
ad poſtulationem regni per regiam Maieſtatem,
impreſſo in lib. capitulorũ regni per Cæſaream
Maieſtatem conceſſorum. in cap.18.

24 Non obſtat, †dum ex parte dominæ Catharinę
dicebatur, quòd ſtante clauſula in ipſa ſucceſſione
facta per comitẽ Franciſcum de Vintimiliis cõfir
matã per Sereniſſimũ Regẽ Fidericum ꝙ poſſit
locare uendere &c. feudũ dicatur in forma larga,
& hæreditaria.& Roland.conſ.55.nu.33.in 3.cõſ.
79.nu.21.cum ſeq.in 2.Menoch.cõſ. 109.in 2.du
bio nu.19 cum ſeq.in.1.& Cephal.conſ.321.in 3.
Gabriel.lib.concluſ.titulo de uerborum ſignifica
tione.concluſione 4.

25 Nã reſpondetur †, ꝙ prædicta uerba nõ poſſũt
extendere alienationem ultra certum genus per-
ſonarum,

ſonarum,pro quo genere perſonarũ eſt facta con
ceſſio,& ſic vltra deſcendẽtes:quia prædicta clau
ſula reſtringetur ſecundum verba ſubſequentia,
vel operabitur tantum , quoad primum acquiſito
rẽ, vel & tertio, & ſortius licet in donatione facta
per comitem Frãciſcum de Vintimilijs ad ſit prę
dicta clauſula tantùm in confirmatione ſereniſſi-
mi Regis Fiderici , à quo voluit habere ille Ray-
naldus primus acquiſitor , & ius, & formam,non
adſunt dicta verba, ſeu clauſula,nec etiam in alia
cõfirmatione facta per ſereniſſimum Regem Mar
tinũ,nec verba in vltima conceſſione aliquid ope-
rantur,ibi locare ad gabellam,vendere,ſeu concę
dere,quia illud verbum vendere , ſeu concedere,
reſtringitur à uerbo ad gabellã , maxime quia ab
illo primo conceſſore vſque ad vltimum poſſeſſo-
rem defunctum feudum prædictũ, de quo agitur
ſemper remanſit in familia de Criſpo, & corũ de
ſcendentibus prout ex proceſſu probatur, & licet
fuerit tranſitum in lineam fæmininã,ex teſtamen
to quondam Thomæ Criſpo, & eius diſpoſitione
cæperũt ſucceſſores Siciliç Criſpo à qua linea pro
ueniunt Philippus communis pater don Ioannis
vltimi poſſeſſoris defuncti, & donna Antonia ma
ter donnæ cõmitiſſæ Aloyſius villaraut baro Pric
zi , ſemper ad id ſeudum fuerũt admiſſi de linea
de Criſpo,& proximiores abſque facultate alienã
26 di:& poteſt familia † inducere conſuetudinẽ dan-
do ordinem,& modum ſuccedendi in feudo Soc.
Iun.conſ.65.à nu.28.verſic.capio uſque ad nume-
rum 36.& ſeq.in 1.Ruyn.conſ.34.n.3.4.& 5.in 1.
ubi dicit, quòd inducitur per binum actum, cum
curſu triginta,vel quadraginta annorum:& in ter
minis noſtris agitur de tempore immemorabili,
& ſecundũ Afflictũ in c.Imperialẽ §. præterea du
catus.n.39.de prohibit.feudi alie.per Fideric.mo
dus viuendi inducitur, ſi ſemel fuit obſeruatũ : &
qui ſeruauit eo modo poſſedit per triginta annos.
27 Secundo ipſa domina † actrix coadiuuat ſuam
intentionẽ ex teſtamento quondã Thomę Criſpo
facto in actis notarij Nicolai de Apa die 12.nouẽ
bris 9.In d.1460.p̃deceſſoris,à quo ꝓuenit feudũ
de quo modo agitur per intermedias perſonas
aliorum , qui ſucceſſerunt poſt eum,in quo teſta-
mento dictus quondam Thomas vinculat prædi
ctam baroniam ſeu caſtrum S. Nicolai tonnariam
& iura grani & alia de quibus in petitione,ad de-
ſcendentes in publicũ vocando lineam maſculi-
nam,& defectu maſculinæ deſcendentes ex Sici-
lia eius filia,& deſcendentes ex ea in infinitum,à
qua deſcendit ipſa dña actrix. fundat inquam ex
ſententijs præſentatis in proceſſu latis in fauorem
don Caroli villaraut baronis Priczi, vti filij primo
geniti quondam Siciliæ contra don Vicentiũ villa
raut donatorum M.Raynaldi Criſpo latæ in curia
præturæ, 14. Maij 1.Ind.1513. & in curia appella
tionis 1.7bris 8.Ind.1505.
28 Et quia † fideicommiſſum eſt clarum in perſonã
prædictæ Siciliæ, & ſuorum deſcendentiũ cũ pri-
mogenitura,& maſculorum, & diſcendẽtiũ ex eis
defectu maſculorum in fęminas , & diſcẽdẽtes ex
eis ꝓut fuerat diſpoſitũ in Raynaldũ Criſpo eius
filiũ referendo ſe ad dictã diſpoſitionem,& etiam
aliqua exprimendo,ideo nõ fuit opus hic ingredi
difficultates,quæ ex aduerſo fuerunt allegatę, an
uinculum teſtamẽti dicti quodam Thomæ Criſpo
extendatur ad Siciliam eius filiam,& deſcendẽtes
ex ea ultra quartum gradum, item de genealogia
quòd iſta dña actrix deſcendat a don Carolo
villaraut,& Criſpo filio primogenito quondam Si
ciliç clare in proceſſu probatur.
29 Non eſt opus † illam ingredi difficultatem,an fi
dicommiſſum extendatur uſque ad 4.gradum(nã
uocantur in dicto teſtamento,omnes deſcenden-
tes)extẽditur ad omnes in infinitum Cephal.cõſ.
137.n.38.& ſeq.in 1.vt Curt. Iunior conſ. 42.n.8.
uerſic.a,confirmatur præmiſſa. Deci. conſ.516.n.
14.& nu.16.Alex.conſ.56.col.1.in 1.Iaſo.in l.fin.
nu.5. verſic. limita tamen ſingulariter C.de hæ-
redibus inſtituendis,Petrus Antonius de Petra in
tract. de fideicommiſſis quæſtione 8. à num.50.
vſque ad numerum 512.qui late ponit hanc mate
riam , & ſic ex verbis teſtamenti quondam Tho-
mæ Criſpo colligitur clare, quòd iſta dña Comi-
tiſſa actrix eſt de deſcendentibus ipſius Thomæ
Criſpo,& non de tranſuerſalibus.
30 Et † nedum clarum apparet fideicommiſſum,ꝙ
ſucceſſores Siciliæ in teſtamento ſint uocati tam
maſculi ſecundum ordinem datum per dictum te
ſtatorem prædicto ſuo uniuerſali hęredi,& eius li
neæ,& quod uadat ad primogenitum:& ſic ſucceſ
ſiue filijs legitimis, & naturalibus deſcẽdentibus
ex ipſo primogenito maribus , qui debeãt accipe
re nomen,& arma ipſius teſtatoris,ſed in defectu
filiorum marium dictæ dñæ Siciliæ etiam in fę-
minis dicendo eodem modo,& forma,prout diſ-
finitum eſt : & per dictum teſtatorem ordinatũ
filijs fæminis dicti Raynaldi,& eorum lineæ intel
ligatur etiam clauſula,& diſpoſitio ibi adiecta mo
do infraſcripto,videlicet ita tamen , quod dictus
Raynaldus,& filiæ deſcẽdentes ex dicto Raynal-
do ut ſupra nec poſſint,nec valeãt dictum feudũ,
caſtrum,territorium,trappetũ,hoſpitium , aquas
cum ſuis territorijs,mare,& grana,& alia bona ſu
perius declarata vẽdere,alienare, in dotẽ tradere
neq; quouis alio modo alienare, & ſi ſorte dictus
Raynaldus;& filij ſui, & deſcendentes ex eo, aut
aliquis ex eis ſubſtitutis,ut infra tentauerint con-
trarium facere ſine licentia,& poteſtate regia,vel
ab alio poteſtatem habẽte impetrauerint alienan
di,ſiue uendẽdi,ſiue in dotem tradendi,ſeu etiam
aliter alienandi, quod in caſu prædicto ipſa bona
ſuperius declarata ꝑueniãt , & peruenire debeãt
No.Fiderico Criſpo, &cæt. & ſi non ſuperetit per
ueniat filiis legitimis & naturalibus dicti Fiderici
&cæt.& ex eis deſcendentibus.
31 Et ſic clare patet † quòd referendo ſe teſtator
in ſubſtitutione Siciliæ eius filię, & ſuorum deſcen
dentium de ſua linea,tã maſculina,quàm fęmini-
na , adordinem datum vniuerſali hęredi dicitur
inductum fideicommiſſum , etiam quoad lineam
Siciliæ,& deſcendentes ex ea in caſu alienationis
Alciat.conſ.484. incipiente, facie prima uidetur,
ſequit̃ Petrus Antonius de Petra in tract.de fideic.
quæſtione 5.nume.128.Cephal.in terminis conſi.
529.vol.4.quẽ ſequitur idẽ de Petra in dicta quæ-
ſtione 5.nu.23.
32 Nec poteſt dici † quod ſit reſtricta prohibitio
alie-

alienationis ad certas perſonas,& deſcendentes,
ex Raynaldo hęrede uniuerſali, quoniã diſpoſuit
in deſcendentes ex linea Siciliæ ſecundum ordinẽ
datum hæredi uniuerſali, & eius lineæ, & in fine
capituli,dicit eo modo,& forma prout diffinitum
eſt,& per dictum teſtatorem ordinatum filijs fæ
minis dicti Raynaldi, & eorũ lineæ, quo caſu etiã
prohibitio alienandi inducit fideicommiſſum in
perpetuũ,quoad lineam Siciliæ,et eius deſcẽden
tes faciunt notata per Ruynum conſ. 124. in fine
in 2.Marzarius conſ.4.ad finem & uerſi. ad ſecun
dum autem fundamentum principale.

33 Quantum ad†aliud,quod dicebatur de proba-
tione dictorum bonorum,an probetur,quòd fue-
rint in dominio illius quõdam Thomę Criſpo,&
diſpoſitio fideicommiſſaria ſuſtineat ſuper eis,ꝙ
requiritur ſecundum Nattam conſ.400.in 2. Cra
uett.conſ.61.n.6.& Riminal.Iun.conſ.23.n.43.in
primo Marzarius de fidei cõmiſſis quęſtione 60.

Non videtur,quòd in præſenti cauſa ſit facien-
da uis magna:nam ex Achille Pedroch. allegato
ex aduerſo in conſ.39.a n.38. uſque ad finẽ cõſilii
34 & maxime†n.160. dicitur,quod probatio domi-
niũ in re uedicatorio iudicio in antiquis,probatur
per inſtrumenta ex Pariſ.conſ.52.num.51.in 3.ex
ſiluano conſ.57.ſub n.441.& Burſat. qui alios re-
fert.& hanc dicit communem in conſ.27.in 1.uol.
qui infinitos allegat quos Pariſ.Silua.& Burſat.ip-
ſe Pedr. allegat Petrus Antonius de Petra in ſuo
tractatu de fideicommiſſ.quæſtione 12.n.29.alle-
gat Albam conſ.6.& Rolan.conſ.49.nu.20 in fine
& ſeq.in 3.

Et ibidem Pedroch.in dicto conſ.39.nu.145.&
35 146.licet dicat,quando†dicatur antiquum in præ
ſenti materia,ut relinquatur arbitrio iudicis,tamẽ
in his temporibus, in quibus vita hominis breuis
eſt,tempus quinquaginta,vel ſexaginta annorum
antiquum cenſeatur, & quod in terminis ſcripſe-
runt nulli,de quibus mentionẽ facit id affirman
tes,Simõ de Pretis tract.de interpret.ultimar.uo
lunt.fol.549.ſub nu.231.& multis ſequentibus &
ſub n.243.Cephal.cõſ.443.n.14.Decian.conſ.77.
n.3.in fine & 6.& conſ.87.n.4.& 3.nec nõ Burſat.
conſ.151.nu.29.& 34.vbi aſſerit ſe ſæpius uidiſſe
ita iudicari per rotam Mantuæ.

36 Sed nos†vltra quod ſumus in caſu, quòd ſunt
tranſacti centum,& triginta anni a die teſtamen
ti,habemus etiam binas ſententias latas,per quas
fuerũt declarata iſta bona,de quibus agitur in pe
titione,uinculata,ut per ſententias latas ultra an-
nos ſexaginta,& licet ſententiæ fuerint latę inter
alias perſonas,& quoad præſentes litigantes ſint
uerba enunciatiua,tamen probant.gloſ.in c.cum
olim in uerbo inſtrumentis,& ibi docto.& ita re-
fert Natta in conſ.235.n.5.quẽ ſequitur Maſcard.
de probationib.lib.2.concluſ.778.n.7.uerſi.3.am
plia in terminis noſtris.

37 Et identitas in caſu noſtro † probatur, ex quo
iſtud feudum habet nomen ſpeciale,non frequen
tatũ in regione,& non præſumitur pluralitas per
doctri.Aret.in conſ.162. in 2.dub. & poſt Alexa.
quem citat Natta in conſ.235.n.16. Deci.in ca. in
pſentia,in quo notab.de pſump.quos refert,& ſe
quitur Maſcar.de probationibus dicta concluſio-
ne 778.nu.41.verſic. vnde ſi fundus vocetur, &
nume.42.

Aliud motiuum, & dubium in præſenti cauſa
diſcutiebãt,ſuper quo pendet tota difficultas, &
38 deciſio præſentis cauſæ,ſcilicet,quod eſto,ꝙ†feu
dum ſit formæ miſtę,ſcilicet pacti,& prouidentiæ
cum clauſula hæreditaria,& etiam fideicommiſſo
ſubiecta prędicta baronia,& bona, de quibus agi
tur: attamen cauſa dotis eſt cauſa, pro qua feudũ
alienari poteſt,& magis communi opinione rela-
ta per Menoch.conſ.88.n.65.& conſ.124.n.39.&
40.Rolan.conſ.100.n.15.in 1.& Cephal.conſ.600
n.14.& latiſſime Mollnes de primogen. hiſp.lib.
4.c.6.qui pręallegati doctores loquuntur in feuda
39 libus†,& licet quoad cauſam reſtitutionis dotis
fuerit aliquando difficultas inter doctores de iu
re communi,attamen hæc difficultas videtur ceſ
ſare ſtantibus conſtitutionibus regni in conſtitut.
ſi quis poſt litem, & in conſt.fratribus vbi Iſern.
& Afflict. & in regno Siciliæ hæc opinio eſt indu-
bitata,& ſemper ita fuit deciſum, & hodie nõ ha
bet in ſe difficultatem,ſecundum Cannet.in c.vo
lentes.fol.88.n.9.& ſeq.& nu. 19. & per totum.§.

40 Et in†re fideicomiſſo ſubiecta etiam cũ prohibi
tione alienationis,cõmunem dicit habere locum
authent.reſque.C.communia de le.Menoch.conſ.
7.n.5.Botta conſ.35.n.20.etiam ſi prohibitio,vel
fideicommiſſum præceſſerit dotis conſtitutionem
ex magis communi per Marzarium de fideicõmiſ
ſis quæſtione 48. & Petrum Antonium de Petra
in quæſtione 8.vbi late bonit materiam a nu.349.
vſque ad n.504.& maxime in n.352. & 383.385.
& 394.allegatis ex parte donnæ Catharinæ.

41 Et præd ctam opinionem† procedere dicebãt
nedum quando eſt tacita prohibitio alienationis
a lege inducta.ex quo res eſt fideicommiſſo ſubie
cta,uerum etiam quando eſt expreſſa prohibitio
hominis,etiam ex cauſa dotis facta,ſi fuerit facta
prohibitio,& diſpoſitio per aſcendentes deſcen-
dentibus.Iaſon.& authen.res quæ ubi doct,& prę
cipue Padilla n.117. Ripa in §.diui nu.73.Baldus
Nouellus de dote,parte 6.quæſtione 13.Fanutius
de Fanutiis de lucro dotis 10 concluſione nu.77.
Guidon Papa deciſ.96.Marzarius qui plures citat
de fideicom.quæſtione 48.n.72. magis communẽ
& ueriorem de Petra de fideicommiſſis 8.quęſtio
ne ſub n.435.uerſic.contrarium tamen nu.436.in
fine magis communem Bero quæſtione 110.Ioan.
Bernard.de dotario parte 3.quæſtione 15.in vol.
tract.Riminal.Iun.conſ.514.cum ſeq.in 5.& Ce-
42 phal.conſ.683.in 5.& etiam data†expreſſa prohi
bitione alienationis etiam in cauſam dotis facien
do differentiam inter actum Inter uiuos,& teſta-
mentum.Rimi.Iun.conſ.514.in 5.

43 Et prędictam†opinionem procedere ait etiam
in cauſa reſtituendæ dotis, tum quando dos fue-
rat recepta ante onus fideicommiſſi, tum etiam
poſt fideicommiſſum dote recepta Riminal. Iun.
conſ.562.n.73.54.& ſeq.in 5.

44 Et prædicta opinio procedere dicebatur†nedũ
in dote numerata,ſed etiam in dote confeſſata,ſe
cundum Rolan. in terminis fideicommiſſi conſil.
85.n.42.cum ſeq.in 1. quia confeſſio uiri, vbi pro-
ceſſit promiſſio,nedum prętiudicat ſibi, & hęredi
bus

bus ſuis, ſed etiam tertiis creditoribus.
45 Tantò fortiùs quia† prohibitio alienationis fa-
cta in teſtamento quondã Thoma Criſpo & quòd
non poſſit in dotem tradi feudum prędictum non
extenditur ad caſum reſtitutionis dotis. allegatur
Cephal. in conſ. 121. & Iaſon. in l. fin. C. de iure do
tium. Menoch. lib. 4. præſumptionum præſumpt.
190. Marzarius de fidei commiſſis.
46 Sed aduerſus† prędicta multa ex parte Comitiſ
ſæ actricis fuerunt deducta, ex quibus fuit per ma
gnã regiã curiã deuentum ad reſolutionem cauſæ
pręſentis, & determinationem prout in uoto & 1.
quoad caput quòd iſta feuda, & bona reſtitutioni
ſubiecta poſſint pro cauſa reſtituendæ dotis alie-
nari ex diſpoſitione authent. res, quę, C. cõmunia
de leg. dicebatur, quando ultra prohibitionẽ legis
concurrit etiam prohibitio hominis diſponendo,
quòd etiam pro cauſa dotis non poſſit alienari, &
tunc non poteſt alienari ex cauſa dotis magis.
communem dicere Ruyn. in conſ. 153. in 2. Suares
in l. quoniam in prioribus C. de in officioſo teſta-
mento Opizon. de loar. in l. filius familias §. ut diui
de leg. 1. Roland. a ualle conſ. 85. nu. 23. Molines
de primogen. hiſpan. lib. 4. 6. cap. nu. 11. & ſeq. ubi
infinitos allegat.
47 Et contrariæ † opinioni reſpondendo dicitur
quòd licèt communis ſit, procedit, ubi licèt res
expreſsè ſit prohibita ſimpliciter alienari, tamen
non exprimit cauſam dotis & ita procedunt dicta
docto. allegatorum per Petrum Antonium de Pe-
tra in dicto tractat. de fideicommiſſ. nu. 349. &
ſeq. uſque ad nu. 355. ſecus ſi prohibitio eſt parti
culariter, quòd nõ poſſit alienari in cauſam dotis:
prædictam opinionem quod non habeat authẽ.
res quæ, locum, quando adeſt expreſſa prohibi-
tio, quòd non poſſit alienari ex cauſa dotis, tenet
Petrus Antonius de Petra in dicto tract. de fidei
commiſſis quæſtione 8. nu. 432. & 433. & 434. &
435. ubi refert multos aſſerere hanc opinionem
eſſe communem, & magis communem: & licèt de
inde alios referat tenere contrariam opinionem
in uerſic. contrariũ aũt, tamen allegando Beroum
48 in quæſtione 110. nu. 5. dicit † quòd decipitur,
dum dicit quod magis communis ſit contraria ex
eo, quòd cõmunis eſt opinio, quòd dicta authen.
locum habet in expreſſa etiam prohibitione, ſed
in hoc fallitur: quia aliud eſt expreſſa prohibitio,
aliud ſpecialis, & nominatim ex cauſa dotis. & in
ter hos caſus longa eſt differentia. decipitur etiã
in hoc, quòd militet etiam ratio præſumptæ uo-
luntatis defuncti, pro dote, imò totum contrariũ
manifeſtè apparet.
49 Supradictam† opinionẽ, quòd authen. res quæ,
non habet locum in caſu, quo eſt alienatio pro-
hibita etiam in cauſam dotis, firmat aſſerens com
munem Padilla in dicta auth. res quæ nu. 116. li-
cèt in nu. 117. teneat contrariam dicens, iudices
aũt, à uulgo recepta ſentẽtia recedere nõ oportet.
50 Dicebatur etiam† , quòd authen. res quæ, non
habet locum in omnibus deſcendentibus, qui na-
ti, & concepti ſunt poſt mortem teſtatoris fidei
committentis ſecundum Alciat. conſ. 640. aliàs
eſt 164. in quo lib. dicit quòd nemo contra dicit
huic opinioni, firmando eam ſex rationibus Pariſ.
conſ. 53. nu. 34. & ſeq. in 2. Meno. conſ. 95. nu. 132.
& plures alii per eos allegati, licet ſecundum Pet-
rum Antonium de Petra in tract. de fideicommiſ.
quæſtione 8. à nu. 400. uſque ad 409. qui hunc pun
ctum diſputat, teneat contrarium, & ipſe reſidet
cum contraria opinione concurrendo cum Curt.
in dicta authen. res. quęſt. n. 18. uer. retenta tamen
& Simon de Pretis in tract. de interpret. ultima-
rum uoluntatum cart. 438. nu. 29.
51 Item etiam dicebatur† prædictã auth. res quæ,
non procedere in dote confeſſata, pro ut Rip. in
tit. communia de leg. reſponſo primo Ruin. conſ.
132. in fin. uolum. 4. Menoch. de præſumpti. lib. 4.
præſumpt. 190. n. 50. & 51. & maximè quando eſt
confeſſata conſtante matrimonio quia fidei com-
miſſo non præiudicat ſecundum communem. Ru
beus conſ. 78. nu. 2. Angel. authen. de reſtitu. & ea
quæ par. col. 1. & 2. Bald. Nouell. in tract. de dote
in 6. parte priuilegio 13. Pariſ. conſ. 52. Colu. fin.
in 2. & conſtitut. 63. col. fin. eodem Soccin. in l. 1.
uer. circa ſecundam quæſtionem in 3. concluſione.
ff. ſoluto matrimonio. Ruyn. conſ. 133. in fin. Ro-
land. a Vall. in conſ. 8 . n. 26. in primo, qui allegat
doctores prædictos, & Gozadin. conſ. 26. col. 3.
uerſic. quibus non obſtantibus. & Ruyn. conſ. 199.
nu. 2. in 2. & dictum Roland. in dicto conſ. conſ.
85. nu. 37. & ſeq. allegatus ex aduerſo procedit
cum diſtinctione, quam facit Petrus Antonius de
Petra de fideicommiſſis quæſtione 8. à nu. 380.
52 uſque ad 382. ſcilicet † quod autẽ ſumus in con-
feſſione dotis receptæ conſtante matrimonio fa-
cta, pro ut in terminis noſtris, & tunc ualet in præ
iudicium fideicommiſſi: aut ſumus in confeſſione
dotis receptæ ante contractum matrimonium: &
tunc ſubdiſtinguitur, aut non fuit renunciatum
exceptioni non numeratæ dotis, uel non eſt ela-
pſum tempus opponendi exceptionem non nu-
meratæ dotis: & non pręiudicat fideicommiſſo,
aut eſt renunciatum, uel eſt elapſum tempus, &
præiudicat: nos autem ſumus in primo caſu diſtin
ctionis principalis quia confeſſio eſt facta conſtan
te matrimonio. prædictam autẽ opinionem quod
authent. res quæ, non habeat locum in dote confeſ
ſata firmat Padilla in authent. res quæ. nu. 119. &
120. qui allegat ultra prædictos Iaſon. in dicta
auth. colu. penul. & Aretin. in l. 1. nu. 7. uerſic. circa
iſtud priuilegium. ff. ſoluto matrimonio: ſequitur
prædictos, & alios allegans Menoch. in prealle-
gat. præſumpti. 190. nu. 50. & 51.
53 Item dicebatur †, quòd & ſi eſſemus in termi-
nis auth. res quæ C. communia de legat. ut tam ſi
ſumus in re feudali, quàm etiam ſi eſſemus in re
ſubiecta reſtitutioni, ſemper eſſet dicendũ, quòd
ad eam rem feudalem alienandam, uel rem ſubie
ctam reſtitutioni non poteſt deuenire, niſi in ſubſi
dium, alijs bonis non feudalibus, ſeu allodialibus
non repertis, uel aliis bonis non reſtitutioni ſub-
iectis, non habentibus in feudalibus. eſt tex. in
conſtitutione fratribus Afflict. in conſtitutione ſi
dominus uaſſallorum nu. 10. & 110. Cammer. in
capitulo Imperialem fol. 19. litera e, & f, de prohi
bita alienatione per Fidericũ Capitius in inueſti-
tura in uerbo feudorum ex capit. ibidem uerſic.
quid uerò Afflict. in cõſtitutione ſi dominus baro
&

30 gendo ſecundo genitum:non tamẽ loquitur.†.quia primus acquiſitor faceret hoc de uoluntate principis,pro ut loquiẽ And.in dicta cõſtitut.cõſtitutionẽ in principio:ſed quãdo faceret ſolus de pro ſe, quo caſu non facit ad terminos huius quæſtionis, quæ loquiẽ in primo acquiſitore mutante formã cõceſſionis ſub clauſula iuris francorũ, unã cũ regio conſenſu,& non aliter.igitur &c.

Non obſtat etiã deciſ. And.in dicto c.1.§. hoc quoque in 2.col.uer.itẽ cõſtitutio.de ſucceſ.feud.

31 quia † nõ loquiẽ in feudo nouo, ſed antiquo,licèt de cõſenſu principis loquatur:dũ ibi tex.loquitur in fratre alienante partem feudi. gloſſ. ibi uerſic. partẽ in principio dicit, ꝙ illud feudũ perueniat ad fratres ex ſucceſſione patris, ſeu aui,& ſic erat antiquum.& dum ibi gloſ.ſequens in uerſic.inueſtire, quærit, ꝙ ſi in alienatione facta per fratres facta fuerit alienatio, ſcilicet de feudo antiquo aliàs non fuiſſet opus conſenſus agnati: ſed regis ſolius: ſi in feudo nouo loqueretur, & ita ſentit idẽ And.ubi in principio illius quæſtionis in uet. quæ tit hic ergo.ſi rectè conſideretur.

Item nec obſtat alia deciſ. And. In dicto c.1.§. propterea ducatus.in 4.col.uer.ſi dicatur de pro

32 hibita feud.alien.per Fideric.quia licèt†loquatur in feudo nouo, & in patre acquirente feudum, ut habeat iure francorũ:tamẽ loquitur in facto patris acquirentis, uel adulterantis feudum ex ſuo facto tantum,& præſcriptione abſque facto,& cõſenſu regis,& ideo nimirũ,ſi in uita ſua tantũ proderit, & oberit filio primogenito: & ſic nõ facit ad rem quia nõ loquitur in terminis q.noſtræ. ergo &c.

33 Præterea non†obſtat dictum Baldi in c.1.§.preterea uerſic.2.modo.quib. mod. feud.amitt.quia loquitur in alteratione formæ factæ per ipſum acquiſitorem cum conſenſu filii primogeniti abſque conſenſu regis: & ſic non facit ad noſtram quæſt. & ucuit à cõtrario ſenſu, q̃a nõ habet locũ,quando reſultat contrarietas, uel iuris, uel abſonus intellectus. per ea quæ habentur in l.1.ff.de off.eius cui mandata eſt. iuriſdictiõ.

34 Nec obſtat† etiã aliud dictũ Bal.in c.1.in principio 4.col.uer.quæro, utrum pater.de prohibit. feud.alien:per Fidericum. quia licèt loquatur in feudo nouo, tamen loquitur in primo acquiſitore ſolo, qui abſque regio cõſẽſu uult alterare formã conceſſionis, aſſignando totũ feudũ uni ex filiis, ꝙ ad omnes filios æqualiter de iure cõmuni feudorum prouenire debet, quinimo dicit ibi Bal.in fine illius quæſtionis, quòd ſicut uaſſallus feudũ nouũ cum cõſenſu domini poteſt alienare in præiudicium ſucceſſorũ,eadem ratione debet eſſe cũ cõſenſu domini relinquere uni ex filiis. & ſic alterare formã conceſſionis, & per conſequens dictũ Baldi ibi potius facit in terminis quæſtionis pro parte affirmatiua.

Eodẽ modo tollitur alia deciſ.Bal.adducta in dicto c.1.§.hoc quoque.in 2.col.uerſic.pone ergo

35 recip.feudum de ſucceſſ.feud.†quia non loquitur in patre alienãte feudũ nouũ, ſed in primo acquiſitore delinquente,maximẽ ſi talis alienatio fieret in fraudem filii, quo caſu delictum, ſeu culpa patris non nocet filio,cui fuit quæſitum ius forma le beneficio domini magis,quàm facto patris:ſed nos loquimur in alteratione formæ de conſenſu regio & facultate attributa primo acquiſitori ex diſpoſitione legis non animo delinquendi,ueque fraudandi filium primogenitũ iure ſuo,& ſic Bal. ibi non loquitur in caſu noſtro.ergo &c.

36 Vlterius† nõ obſtat dictũ Bal.in l.mortis cauſa capitur.ff.de dona.cauſa mortis.quia dicit ibi,filii capiant rem conceſſam in emph. eorũ patris poſt eius mortẽ.& ſic ordine ſucceſſiuo, tamen ex quo illa captio habet ſpeciale nomẽ cõtractus donationis inter patrẽ,& filiũ in poteſtate, quæ cõ firmaẽ morte patris.l. donat. quas parentes C.de donat. inter uirũ,& uxorẽ,nõ poteſt propriè dici mortis cauſa captio, quę habet nomẽ generale,& nõ habet locũ:ubi daẽ nomẽ ſpeciale, & cõtractus, ut declarat ibi Paul.de Caſtr. & licèt fortè dicaẽ nũc eſſe mortis cauſa captio ex generalitate uerborũ: tamẽ illa ſubrogaẽ in uim donationis ſpectantis inter patrẽ,& filiũ, & p cõſequẽs erit reuocabilis

ipſa donatio, ꝓ ut propriè loquit. Bal. in dicta l. ſi in ultima colu. uerſic. modò quero. C. per quas perſonas nob. acquir. & in dicta auth. ſi quas ruinas in prim. col. C. de ſacro Sancti. ecc. nec Bart. in dicta l. mortis cauſa capitur, dicit, ꝙ huiuſmodi mortis cauſa capio inter patrem, & filium non ſit reuocabilis, & quòd nõ confirmatur morte patris; ſed tantũ, dicit, quòd in ea habet locũ ius accreſcẽdi, de quo modò non agitur. ergo &c.

37 Ad alia † in contrariũ adducta pro eadẽ parte negatiua, non eſt opus principaliter reſpondere, q. ſi rectè cõſideret, aut loquit. in feudo antiquo, & non in nouo: aut in alteratione formæ conceſſionis factæ per patrem primum acquiſitorẽ tantùm abſque regio conſenſu, aut ibi fuerat perfectè, & irreuocabiliter ius quæſitũ primogenito, putà poſt eius emancipationem, uel mortẽ patris, iuxta ea, quæ dixit, & prædictæ reſponſiones ſunt eiuſdem Petri de Gregorio ad contraria argumenta partis negatiuæ.

38 Itẽ licèt † in ſupradicta q. 7. Petrus de Gregorio, latè hũc punctũ diſputet in terminis, ubi in prima cõceſſione adeſt clauſula iuris francorũ, deinde in eadẽ parte diſputat eandẽ q. in cõmiſſione feudi abſque clauſula iuris francorũ: tamẽ ipſe idẽ cõcludit, quod ſuprà ſub infraſcripto tenore.

39 Ego autem † amplector, & ſecundam cõcordiã præcedentem, ut in hac propoſita quæſt. tantum modò facimus differentiã inter feudum nouũ, & antiquum: & ſequor indiſtinctè illam deciſionẽ And. de Iſer. ab omnibus approbatam in dicto c. 1. §. & ſi libellus. in 3. col. uerſic. ſed nunquid feudum nouum. in uerſic. ſequen. de alien. feudi paterni qui loquitur tam in feudo nouo hæreditario, quã ex pacto, & ꝓuidentia: & ſic hoc ꝓcedit in alteratione formæ conceſſionis feudi, in quo uiuitur iure francorum: ut dixit ſuprà in 2. quæſtione 3. partis principalis, multò fortiùs procedit in alteratione formæ conceſſionis, in qua non eſt appoſita clauſula iuris francorum, per ea, quæ ponit Bart. & doct. magis cõmuniter in dicta lege q. Romæ §. fluuius, quorũ fundamenta generaliter, & indiſtinctè ꝓcedunt in qualibet forma cõceſſionis feudi. prædicta opinio Petri de Gregorio, q̃ eſt cõmunis in regno, cõprobat. ex notat. p doct. ſine

40 difficultate †, & in terminis noſtris: quando feudũ eſt quæſitũ ex induſtria acquiſitoris, uel pecunia mediante, quia acquiſitor primus poteſt, cui uult in præiudicio filiorum alienare. Natta conſ. 475. in 2. conſ. 504. in tertio conſ. 503. à nu. 2. uſque 8. eodem. & conſ. 505. nu. 14. eodem: ubi loquitur in feudo nouo ex pacto, & prouidentia.

Ampliat idẽ Natta in dicto cõſ. 504. n. 11. in 3.

41 & conſ. 505. nu. 15. eodem † etiam ſi ſit obtentum iure antiqui feudi, ſi eſt quæſitum ex induſtria, & pecunia patris: licèt in hoc puncto primi acquiſitoris teneant aliqui, q nõ poſſit in præiudicium filiorũ diſponere, & de iure conſuetudinario feudorũ, ubi nõ permittitur alienatio: & aſſerunt magis cõmunem Socc. Iun. & ipſe non firmat in conſ. 73. nu. 35. in 5. quod firmat ſub illa qualitate, in illo caſu tantùm, quando pater acquiſiuit nihil de ſuo expẽdendo. idem dicit in conſ. 160. nu. 44. in 3. & conſ. 103. nu. 3. eodem.

42 Attamẽ † opinio cõtraria eſt uerior, & ab omnibus tenet in regno, q. ſi feudũ eſt nouũ, primus acquiſitor etiã, q. ſit feudũ ex pacto, & prouidentia, poſſet in præiudicium filiorum, & agnatorum alienare. firmat Cannet. ſuper cap. uolentes. fol. 78. 80. & ſeq. in c. incip. & quatenus eſt dictũ: ubi nu. 7. dicit ex Ioanne Aloyſio de Septimo hanc partẽ tenere omnes ſiculos ſuper c. uolẽtes. in & effectu ubi ait Cannet. & dicit nunquã uidiſſe de hac dubitari in magna regia Curia, quinimo omnes tenere hanc opinionẽ: & dicit tenere Thomã de Marinis in ſuo tract. de genere, & qualitate feudi libro 1. tit. 3. fol. 7. & idem Cannet. ibidem in ſubſequenti quæſtione firmat hanc eandem opinionem in regno, eſſe magis communem, etiam quod in conceſſione adſit clauſula iuris francorũ, ubi ſ. eſt doctores noſtros huius regni eã tenuiſſe, & tanquã æquiorem, & ueriorem: & quòd eam amplectitur magna regia Curia ſicut euangeliũ, & quod totus mundus putatus eſt de contraria deciſione facta per magnam regiam Curiam in cauſa terræ Heraclis, in qua conſuluit Gulielmus de Perno in conſ. 12. & eam tenuiſſe And. in conſtitut. conſtitutione diuæ memoriæ. & dicit quòd nemo contra eam audet diſputare, licèt ipſe Cannet. in utraque q. contrariam opinionem teneat. eam tenet in feudo empto Soccin. conſ. 14. nu. 9. Natta conſ. 159. nu. 14. in 1. conſ. 246. nu. 3. 4. & in 2.

43 Et ex præmiſſis † cõcludo, quatenus ſũt reſoluta omnia in contrariũ deducta, & maximè ex Boniorno ſuper hoc cõſulente in ſuis allegationib. & ſic nõ procedunt eius dicta, dũ Boniornus firmat arguendo modo infraſcripto. quòd ſub forma cũ clauſula iuris francorum eſſe hanc baroniam Miſirindini acquiſitã p eos de Imbna, & de Arctio, & Comitiſſam Beatricem non potuiſſe ſub alia lege, & forma dare, q. dare formã feudo ſpectat ad principẽ, q beneficiũ tribuit ex incõmodato. §. ſicut. ff. cõmod. gloſ. in cõſt. de ſucceſſionibus, gloſ. 2. And. in c. 1. colu. 2. uerſic. hoc eſſet uerum, ſi cõſtaret de eo, q. ſibi, & heredibus ſuis, maſculis & feminis, in c. 1. n. 3. de not. ſucc. feud. ergo cõtrahentes nequeunt dare formã, neque poteſt alia lege uendere, quã ipſe habet c. 1. §. ſimiliter. uer. perfectè delegat. Conrad. Pernus conſ. 6. col. 8. nu. 23. ubi dicit nõ eſſe curandũ de uerbis cõtrahentiũ quoad formã, & cõſ. 12. nu. 6. 7. 8. & cõſ. 18. in fine.

44 Et licentia † alienandi intelligitur ſub ea forma, quã habet: & ſi ſub alia forma alienat, amittit feudũ. in dicto §. profecto. Bal. in conſ. 275. pro regula col. 3. uerſic. ſuppoſito in 2.

45 Et feudum † tranſit cum ſua cauſa in Cõtractu, ſicut futurũ erat penes alienantẽ, ſi nõ alienaſſet, l. alienatio. ff. de cõtrah. emptor. l. caſus. ff. de manumiſ. & in feudo, in quo uiuitur iure francorum, Lucas de Penna in l. 1. colu. 8. uer. & q. tale feudũ C. de impo. lucrat. deſcrip. lib. 11. iſta uox (lege) in d. §. profectò exponitur pro pacto, ſicut in l. 1. ff. de pact. prout And. & Alua. in dicto §. profecto.

46 Reſpondet †, prædicta procedere poſſe tantum in terminis iuris cõmunis feudorũ, ubi alienatio erat prohibita, & nõ habet locũ in regno, ubi alienatio eſt permiſſa, quoad præiudiciũ regis ſ. ante capitula uolẽtes, ut nõ aperiat dño etiã, q ſit cõtra formã

inueſtituræ, in prçiudicium uocatorum,ſaltē in ui
ta alienantis ualet alienatio latè Petrus de Grego.
de conceſ.feudi parte 2. quæſt. 10.nu. 2. Marcus
Grandis in rep.c.uolentes. nu. 46.uer. & ſi feudū
datū eſſet Guliel.de Perno cōſ.6.incipit.uiſo caſu
Blaſcus lancea ſuper c.uolentes.n.mihi 21.uer. ex
iſta interpretatione.Ioan: Aloys.de Septimo in a-
poſtillis c.uolentes. in uerb.diui Auguſt.Hierony
mus Fimia in apoſtillis cap.uolentes. in uerbo ad
unam tantum.

47 Et licèt†idē Petrus de Gregorio in dicta parte.
3 q.8.dicti tractatus de cōceſ.feu. eligēdo mediā
uiā firmet, ꝙ in mutatione formę non ſufficiat ta-
citus cōſenſus à lege regni introductus ſcilicet c.
uolētes ſed requirat expreſſus cū opinione Guliel
mi de Perno in conſ. 6. incipit uiſo caſu in 5.cart.
uer.eſt ergo ſecundus intellectus.nu.13.& in cōſ.
12.incipit.in q. terrę Heraclíæ, in ultima carta,ad
finē:tamē ipſemet de Gregorio fatet, ꝙ omnes ſu
per c.uolē tes.& maximè Blaſcus in 2.notabili op
poſitū tenent, & ꝙ cōmunis opinio,ſeu ſententia
48 doctorū omniū eſt in cōtrariū,ꝙ†diſpoſitio c.uo
lētes locū habet in feudo nouo ſub quacunque for
ma cōceſſo: etiā ſub clauſula iuris francorū ex ge-
nerali diſpoſitione, ex ratione aſſignata in rex.it.
fauorem feuda tenentium, ut ipſis feudis longius
ſolito gaudere poſſint, & eorū emergentibus pro
tēpore neceſſitatibus ſubuenire intuitu ſeruitiorū
quæ regibus Siciliæ conſuluerunt inibi per eos.

49 Cōprobant† prædicta cotra Petri de Gregorio
opinionē aſſerentis nō ſufficere cōſenſus tacitus
inductus ex diſpoſitione capituli uolentes. in mu
tatione formæ, ſed ꝙ requirat expreſſus regis cō
ſenſus quia cōtra prędictū de Gregorio faciūt no
tat.ꝑ Cannet.ſuper c.uolentes fol. 125. incipit.at
nō erit mutare.nu.10.11.& ſeq.per totū,ibi diſtin
guendo tres caſus,unus, eſt feudi alienatio,ſecun
dus formę mutatio, tertius nouę legis datio feudi
ſucceſſioni.duo primi cadūt ſub diſpoſitione capi
tuli uolentes. & ſub tacito regis conſenſu,qui eli-
citur ex dicto cap.uolentes.in 3.autem requiritur
conſenſus regis expreſſus,non tacitus prædictus.

50 Secundò†reſpondeo prędicta ꝑ Boniornū ꝓce
dere, quādo Calceranus Corbera formā mutaret
abſque conſenſu regis, ſecus in terminis noſtris 2
ubi fuit cōfirmatus cōtractus uēditionis feudi uē-
diti ſub alia forma quā habebant uenditores: &
emptor in cōfirmatione recepit nouā formā à prę
ſidēte in regno uicerēgis gerente, cōfirmāte,& ſi
51 ꝓcedunt omnia ſuprà firmata†ꝙ primus acquiſi
tor, & habens feudum ex cauſa emptionis poteſt
cum cōſenſu regis accipere feudū ſub alia forma,
quam erat uenditori,ſeu ſuis anteceſſoribus datū:
quoad præiudiciū ſucceſſorū, & illorū q̄ ſunt de li
nea emptoris,ī qua linea nos ſumus,ꝙ ſecus eſſet,
quoad ſucceſſores, & lineā uenditorū.in quo caſu
nos nō ſumus, & ita intelligunt, & limitant dicta
per Blaſcum lanceā, & Hieronymum de Fimia in
52 allegationibus Casbæ:dū firmant. quòd†primus
acquiſitor licèt poſſit alienare in prçiudiciū ſucceſ
ſorum non tamen dare legem feudo, & dare aliū
modū uiuendi, quā habebat ex inueſtitura: & ita
53 fuit Iudicatum,ſed †nouum dicitur feudū ex per
ſona emptoris reſpectu eius familię.fuit nouū c.1.
§.conſules. qui teſtes ſunt neceſſar. àd probam
inueſtit. gloſ. in cōſt.ut de cōſtitutionibus in uer.
uel quomodo libet Pernus in conſ.12.in q. terræ
Heracliæ. Corneus con ſ. 199.n.41.42.li.2.potuit
ſic acquiſitum, & in extraneum alienare,& etiam
iure cōmuni fundata, & ex cōmuni calculo docto
rū in regno:& ait Boniornus, quod dixit in cauſa
Spaccafurni in 3.q. Cannet. ſuper cap. uolentes.
fol.115.cap.incip.apparet igitur.nu.1.uer.uel tit.
ergo multò magis fauore filiorū in alios filios tan
rū alienare, uel ucrius æquare cōtradictionē filio-
rū.And.in conſtit.cōſtitutionē in princ.Saccura.a
de Succeſſ.ex teſtamento in prima forma, ubi ita
arguit Afflict.dec.148.& multò magis formā mu
tādo, & idē Boniornus in dicta cauſa Spaccafur-
54 ni q.4.ſi igitur † poſt acquiſitū feudū ſub forma
iuris francorū potuit primo genitis præiudicare.
ſecundū And.in c.1.§. hoc quoque col.2. poſt nu.
de ſucceſ. feudi in c. impe.§. præterea ducatus in
4.col.uer. ſed ſi dicat de alien.feud.per Fideric.&
in cap.1.§. præterea quæ fuit cauſa benefic. amit-
tendi,& in c.omnes filii, ſi de feudis fuerit cōtro.
& in c.1.§.& ſi libellus de alienat.feudu paternū.
in c.filius uer.ꝙ ſit Titius,ſi de feudis fuerit cōtro
uerſ.in c.1.col.3. uer.ꝙ ſi ergo pater col.4.de nat.
ſuc.feudorū ī cōſ.cōſtitutionē. Pernus cōſ.16.col.

55 Multò fortius †in ipſa acquiſitione, & acquirere
limitate, vel non acquirere.l.ſin autē dominicā ff.
de pactis iuncta lege ſeruus C. de pactis ad idē
facit.l. qui autem.ff.in fraud. cred.l.1.§.confertur
uer.cæterum ff.de collar.bonorum.

56 Item†fortius arguendo nos ſumus in caſu,quo
mutatio formæ fuit facta cū cōſenſu dni directi:
q̄ à hæc cōfirmatio,& datio formę ſufficit, ꝙ fue-
rit facta in regno à uicerege,ſeu præſidente in re
gno, & ſic uicario regis tantum.And.de Iſerna.in
c.Imper. in principio n.11.in fi.12. 13.& ſeq. ꝓhi
bita alie.ꝑ Fider.c.deciſ.156.n.10.remiſſiuè Affli.
in cōſtit. conſtitutionē diuę memorię. nu.23.& in
cōſt.obſeruēt. n.3.diſputat latè in dicto c.Imper.
nota.& q.18.19.20.21.22.23.Pernus cōſ.3.incip.
principalis. n.3.& cōſ.2.incipient.in q.terrę Hera
clię n.45. Cannetius diſputat, & ita concludit in
q. ulti.incipient. At nō erit ocioſa ſuper c.uolētes.

57 Nec†etiā obſtat modo illa argumētatio Bonior
ni,dū dicit,quòd ille Calceranus Corbera habuit
feudū ab illis de Imbua,& Aretio, & à Comitiſſa,
& in eū tranſiuit cum ſua forma, & inueſtitura, &
nō aliter: & inueſtitura aliter capta per Calcerānū
cenſetur hoc modo,uel ꝑ errorē,& ea nō obſtante
ſtatur primę formę, & primo priuilegio. c.1.§.fin.
ubi gloſ. in uerbo ſibi defendere. Bal. Mar. Laud.
Aluar.Prepoſit.& Afflict.de feud. guar. Bal.conſ.
82.præponit. col.2.in primo in antiquis, & in no-
uis. cōſ.215.col.2.in prin.in primo.Card.cōſ.92.
Alex.conſ.9.in 5. Curt. Sen. conſ. 25. in 1. dubio
conſ. 49. nu.22. Cur. Iun. conſ. 108. nu. 18.& in
tract. de feud. 2. parte quæſtione 7.Iaſ. conſ.107.
col.4.ultra prædicta ꝑ Bonior. allegata, Dec.cōſ.
193.nu.4.in 1.conſ.185.nu.3.in fine.eodem conſ.
390.nu.3.in 3.conſ.468.nu. 27.conſ. 498.numero
18. in 4. Pariſ. conſ. 2.nu. 24.in 1.conſ. 22.nu.8.
& ſeq.eodem conſ.23.nu.145.eodem. Natta conſ.
506.nu.44.in 3. conſ. 322. nu. 4. in 2. Rolandus

à Valle conſ. 67. nu.6.in 1. conſ.23.nu. 2. eodem
Paul. de Caſtr. conſ. 176. nu. 3. in primo Burſat.
con ſ.quadrageſimo ſexto, nu. 1.in primo.

58 Nec dũ etiã † arguit Boniorn.cùm nõ appareat
de mente dantis,& recipientis inueſtiturã,ꝙ uer-
bis exprimatur uelle mutare formã antiquam, &
dare nouam diuerſam, ſecundum Paulũ. Caſtren.
in conſ.142.eſt dicendum,quòd dictus prior mo-
deratur in ſecundo: ab antiquis inueſtituris non
eſt recedẽdũ, niſi in poſterioribus expreſsè de cõ
muni conſenſu aliter facta ſit inueſtitura, quàm
hactenus ſolitum ſit fieri. refert, & ſequitur Dec.
conſ.185.in cauſa iſtorum col.3.nu.51. conſ.193.
col.3.nu.4.conſ.39.& conſ.468. nu.27. conſ.498.
nu.17. conſ.490. nu.18.Curt. Iun.conſ. 108.ultra
allegata per eum Boniornũ, Natta conſ. 505. nu.
17.in 3.conſ.506.nu.44.eodẽ Rolan.à Valle conſ.
67.nu.6.in primo. Brunus conſ.4.nu. 3. Afflict.in
conſtit.in aliquibus nu.28.

59 Nam † reſpondeo, prout ſentiens difficultatẽ
idẽmet de Boniorno declarat idẽ,ꝙ prædictæ cõ-
cluſiones procedant,ꝑut loquunt̃ prędicti pręalle
gati doctores,ꝙ ad familiã,& deſcendentes à pri
mo inueſtito,uel eius ſucceſſoribus uenientibus:&
nos loquimur in ſucceſſione ex cõtractu,& empto
ris familia: & licèt ibi ipſe dicat ꝙ idẽ dicẽdũ eſt
in utroq; ,nõ allegando rationes, neque authori-
tates,nõ bene dicit:quia repugnant ſupradictę cõ
cluſiones,& authoritates ſupra firmatę,& allegatę
in ſupradictis dubiis.ita cõcludit, & declarat Pe-
trus de Gregorio in dicto tractatu de cõceſſione
feudi,parte 3.quæſt.7.nu.49.uer. iſtam concluſio-
nem limito.primo.

60 Et in terminis noſtris † quòd primus acquiſitor
poteſt mutare formã in præiudiciũ ſuorũ ſucceſſo
rũ primi acquiſitoris, firmat ex pluribus dicens
cõmune idem Boniornus in conſ. comitatus Goli
ſani.& equidem latius dixi in conſ. quod feci pro
feudo Catalſiuro,ſeu Fauorotte.

61 Nec poteſt † prætendi principis intereſſe in hac
formæ mutatione, & modi ſuccedendi. quia licèt
clauſula iuris francorũ adiuuat̃ gratia principis in
feudũ,ſic quãdoque ad principẽ reuertat̃. propte
rea ponat̃ inter reſeruationes ſecundũ Pernũ cõſ.
7.col.4.poſt nu.18.& duodeci.col.Petrus de Gre-
gorio de conceſſ. fend. part. 3. quæſt. 7.nu.3.uer.

62 Attamen † dico,ꝙ nõ poteſt hæc cõſideratio ad
aptari in terminis noſtris: q̃a cũ interuentu regis,
& cõſenſu nõ poteſt,nec debet cõſiderari eius re-
gis intereſſe: ꝑ ut latè firmat Petrus de Gregorio
de cõceſſ.feud.part.3.quęſt.7.nu.53.uer.limito 3.
Pernus cõſ.14.incipi.in cauſa fiſcali.nu.21.22.23.
24.25.26.27.& in terminis Iacobus chircus ſuper
ca.uolentes.itẽ dicit̃ per cõſenſũ dominũ remiſiſ
ſe omne ius ei cõpetens Affli.in deciſ.112.in fine,
& quomodo procedat.uide eundẽ Afflict. in c.Im
perialẽ.n.12.notab.n.25.& quęſt.16.n.1.uſque 8.

63 Præterea præiudiciũ † principis forte eſſet, q̃ſi
feudum ab emptore fuiſſet acceptũ ſub forma lar
ga ꝑ ſe,& hęredibus,& ſucceſſoribus.quia clauſu
la iuris francorũ latiùs ampliat, quã clauſula pro
ſe,& hęredibus de ſuo corpore, q̃ ex uerbis,& mẽ
te reſtringit̃ ad deſcendentes primi acquirentis.

64 Sed clauſula † iuris francorũ cõpræhendit etiã
ex diſpoſitione capitulorũ regni collaterales, ꝑ ut
ſub rege Iacobo.cap.ſi aliquẽ. Pernus conſ.21.nu.
9. & ſic magis conſultum eſt regi per clauſulam
65 de ſuo corpore legitimè deſcendẽtibus. ſecũdò †
reſpondeo,quòd clauſula iuris francorũ; quæ ad-
mittit tantùm primogenitum, nõ dicitur adiecta
ad fauorẽ domini,ſeu regis, ſed ut magis faueret
deſcendentibus,& primogenitis,quã dño,ex quo
cõmodũ, aut fauorẽ dñi non reſpicit.quia ſæpius
accidit,quòd teneatur inueſtire primogenitũ,etiã
ꝙ ſit in habilis, & minus dño acceptus: ſed ſine
clauſula iuris francorum poteſt dominus,quẽ uult
inueſtire per §.& quia.c.1. qui feudum dare poſſ.
latè Ioannes Thomas Minadoi in conſtit. in aliqui
bus.in 1.nu.2425.& uide à nu.16.uſque 28.

66 Non † obſtat etiã, quòd non poteſt dici mutata
forma quia in cõfirmatione eſt clauſula, quatenus
rite,& rectè potuit. & ſic eſt confirmatio in forma
communi,quæ nullum tribuit ius.cap.quia diuerſi
tatem de conceſſ.præbend. cap.1.& fin.de confir
mat.utili,uel inutili,utrobique Canoniſtæ.

67 Quoniã † reſpondeo, qùod cõfirmatio regis in
hac mutatione formæ,quæ ad præiudiciũ ſucceſſo
rũ nõ poteſt prætendi, quoad primũ acquiſitorẽ
ſucceſſoris nullitas, neque quoad eos ſucceſſores
requiritur aliqua diſpẽſatio. & quoad præiudiciũ
uenditoris ſucceſſorũ, & regis, adeſt clauſula ſal-
uis iuribus eorũ.ergo ſufficit,quòd ſit cõfirmatio
in forma cõmuni.nã ſuſtinetur actus uoluntate,&
poteſtate cõfirmantis,ex ordinaria poteſtate,quæ
ſpectat ad præſidentẽ, tanquã Vicariũ regis: ꝑ ut
ſupra firmaui nota.per Pernũ in 4. notabili. n.39.
40.41.42.43.44.maximè n.51.52. uſque ad n.54.

68 Nec † obſtat etiam aliud argumentũ Boniorni,
quod nedũ nõ dicit̃ mutata forma defectu uolũta
tis præſidentis,ut ſupra: uerũ etiã defectu poteſta
tis: ita ut ſi noluiſſet expreſsè nõ potuiſſet mutan-
do deſtricta in largã, dum ait, quod aut erat ſub
forma prima, pro ſe, hæredibus, de ſuo corpore
legitimè deſcendentibus,ita ut uiuatur iure fran-
corum in priuilegio dato 4. Decembris 6. Ind.
1347. & tũc cõfert diſpoſitio regis Alphonſi, ad
quos ſe refert in c.regni.c. 456.dũ in anno 1452.
cõfirmauit feuda habentibus priuilegia iuxta for
mã priuilegiorũ, nõ habentibus intelligant̃ ꝑ ſe,
& hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcenden
tibus,cũ clauſula iuris francorũ.& ſic nõ potuiſſet
ſi uoluiſſet præſidens ſub alia forma cõfirmare.q̃a
contra conſuetudinem dñi.l.uel uniuerſorum ff.de
pigno.actio.imò reuocãdo factũ dñi. l. formã alias
normã de officio preſid. l. ſi hominem.ff. mandat.
& contra formã mandati per dictũ capitulũ regis
Alphonſi:& dicit Pernus in cõſ.12.incip.in quæſtio
ne Heracliæ.col.13.num.35.ibi, & extat capitulũ,
& ordinatio, ut quando feudorũ nõ apparent pri-
uilegia confirmatio ſit iure francorũ in 4. notabi.
col. 11.ergo nulliter.l.diligenter.ff.mandat.l.item
eorum.§.ita.ubi.not.Bart.ff.quod cuiuſque uniuer
ſitatis.c.uniuerſalis de officio deleg. & q̃a nõ põt.
69 facere † gratioſe recipienti, & præiudicalia domi-
no,;ne ſapiãt donationẽ.c.2.de officiis uicarii.in 6.
l.cõtra iuris §.fi. ff.de pactis l.præſes. C.de trãſact.
& fortè uoluit dicere Pernus conſil. 3. col. 2. uel 1.
magna. ibi.deinde nõ habuit mãdatũ ad hoc nu.3.

conſ.

70 conſ.12.nu.45.† ex impotentia etiam oritur præ-
ſumptio uoluntatis, non enim præſumitur quis
quod non pôt Bal.in c.1.in fine iuramentũ calum
niæ Alex. conſ.122.colum.2. in 4.ubi addit uer-
71 bum†legitimè,& cùm in quolibet actu debeat cõ
currere uolũtas, & poteſtas.l. multùm intereſt C.
ſiquis aliter,uel ſibi.cap.cùm ſuper.de officio de-
leg.hic utraque deficit.
Quoniã reſpõdeo ex not.per eundem. & alios,
quod uicerex, ſiue uicarius à rege conſtitutus in
regno eo abſente poteſt, ſi ſimpliciter ad omnia
cõſtitutus,ne dum interponere aſſenſum in aliena
tione rerũ feudalium, uerùm etiam, & omnia alia
ſpecialia,& perſonaliæ exercere, & facere,quæ ſo
litus erat facere princeps, quãuis donare non poſ
ſit.capit.poſt And.in cap.Imperialem.fol.31.uer.
adductiones debentis de prohib. feud. alien. per
Fider.ita in terminis firmat Cannet. in repet.cap.
regni uolentes.ſol.207.in cap.incipien. at non eſt
ocioſum quærere capit. in dicto cap. Imperialem
fol.32.uerſic.32.uerſic. 2. notandum eſt & uerſic.
3.notandum eſt,& ibidem fol.34.uerſic.ad dictio
72 nes habentis dicit, quod† ex Andrea prima con-
cluſio colligitur, uicarius regis prohibitus aliena-
re non uidetur prohibitus aſſentire alienationibus
feudorum.Imo idem capir. ibidem fol. 30. in fine
uerſic.facit etiam proſequendo Andream, quãdo
73 †ſi dominus rex uoluiſſet tranſire in uicarium iſta
ſpecialia debuiſſet illa excipere,& prohibere.im-
putet ſibi arg.l.ueteribus. ff. de pactis.l. labeo. de
contrahen.emptione.facit, nã ſubdit prohibendo
74 aſſenſum:† non eſt iuſtum, quòd habeat quærere
regem extra regnum arg. de procurat.l.ſed hæ.§.
1.unde uicerex illum debet poſſe præſtare. facit,
75 nam aliter intelligendo ſubditi † reperirentur de
cepti per regem, ſi credunt illũ reliquiſſe uicariũ
loco ſui adomnia,& deinde iudicaretur ipſum nõ
habuiſſe poteſtatem. nec debet quis decipi ſub
clypeo priuilegii generalis.l.1.c.de his, qui ueniã
ætatis impetra. quæ omnia ſupradicta ponuntur
per Capic.in prædictis locis.
76 Et † iam prædicta uidemus in contrarium alle
gata non procedere in regno.quia plura feudorũ
priuilegia uidemus facta à uiceregibus,& preſidẽ
tibus in regno, nedum in confirmationibus dan
do formam, ſed etiam conſtituendo feudum, &
dando formam feudis, etiam ſine clauſula iuris
francorum:etiam ubi nulla adeſt, faciendo feuda,
ubi non ſunt pro ut non iã duo uel tres annos fuit
Bernabæ Baſconi datum in feudum territorium
uocatum Gialſamuto à uicerege dando in priuile
gio formam, & modum ſuccedendi, nec iura, &
actiones ex aduerſo allegatæ in terminis noſtris
procedũt.nam modo diſputamus non de præiudi
cio regis nec eorum iuribus, quæ ſunt reſeruata
prout infra dicam nec de iuribus ſucceſſorum, &
de linea uẽditoris,ſed de iure ſucceſſionis empto
ris cui tempore confirmationis, & datæ formæ nul
lum erat ius quæſitum.
77 Non obſtat etiam†alia argumentatio Boniorni,
dum arguit de clauſula in cap.uolentes. in confir
matione iuribus Curia,& cuiuſlibet alterius ſem-
per ſaluis, clauſula iuris francorum, quòd ſit de
iuribus,& clauſulis in fauorem Curia etiã ſatis di
citur inter eſſe regis ſi quæ eius uoluntatem facit.
l.fin.ff.de uſu, & habita. & uoluntas regis nedum
78 apparet ex uerbis priuilegii †. ſed quia intereſt
regis, quod primogenitus ſuccedat,quia habilior
præſumitur ad ſeruiendum ei dignior.l. ſi qui sũt
cautiones.ff.familiæ herciſcun. l.fi.de fide inſtru-
men.And. in cap.Imperial.§.præterea ducatus in
principio de prohib.feud.alien.p Fideric. Aretin.
poſt Andr.& Angel.Aretin.in quam conſ.162.dili
genter col.4.Abbas conſ.3.incipien.lib.2. Barba.
con.67.nu.27.inter conſ.Curt.Pernus conſ.1.Bla-
ſcus in cap.uolentes 4.notab.
79 Et docet † experientia raró pater reliquit filios
ſenes, & ſic reliquit primogenitum Iuuenem uel
adoleſcentem. erit minor puer uel infans. quia iã
in forma, & priuilegio erat clauſula de ſuo corpo
re,ſed & non contentus princeps, & uoluit utran
que ſic, & capitulum regni.ſi aliquem.& ſic ex di
ctis duabus clauſulis apparet de mente præſiden
tis, quòd nihil uoluit mutare, ut dicit Pernus.
conſ.tertio.
80 Nam†reſpondetur, quòd iſta clauſula ſaluis iu
ribus regiæ Curię,& alterius cuiuslibet, licèt ope
retur diuerſos effectus, de quibus per Petrum de
Gregorio in tractatu de conceſſione feudi part. 8.
quæſtione 16. & in quæſtione 15. ubi ponit ſex
81 effectus,& maximè primum, quòd licet † expreſ
ſus conſenſus regis ſimpliciter præſtitus in alien.
feud.facta per uaſſallum transſerat ius, quod erat
penes uaſſallum in emptorem, ita ut intelligatur
conceſſio feudi facta emptori pro ſe,& hæredibus
ipſius emptoris,non autem pro uenditore,& hæ-
redibus ipſius uenditoris. ut quia forte uaſſallus
uenditor non habet liberos, uendidit feudum em
ptori habenti liberos, ita ut ſi uenditor non uendi
diſſet feudum, eo mortuo ſine legitimo hærede,
feudum maximè nouum fuiſſet apertum regiæ
82 curiæ:tamen propter huiusmodi conſenſum†re
gium ſimpliciter præſtitum tranſibit tale feudum
in hæredem ipſius emptoris. quia hic conſenſus
regis uiuentis eſt confirmatio contractus, & rex
cõfirmans uidetur donare feudum emptori.argu.
l.lege obuenire ff.de uerbor.ſignifi.& iſto caſu nõ
habet locum regula iuris,quòd reſoluto iure dato
ris, reſoluatur ius emptoris. de qua per tex. cum
gloſ.qui loquitur in feudo.l.lex uectigal. fundo.ff.
de pignor.l.1.in princ.C.de pigno.& hypothecis.
& in cap.1.§.uer.quibus modis feud. amitt. tamẽ
ſi huiuſmodi regio aſſenſu præſtito ſit facta ali-
qua reſeruatio iuris in aliis,quia dictum ſit in fine
reſcripti licentiæ,ſeu confirmationis prędictę,iuri
83 bus†aliorum reg.Cur. ſemper ſaluis iſto caſu,re-
ſoluto iure datoris,reſoluit ius acceptoris.intelli-
gatur rex præſtitiſſe conſenſum ſuum. ita formali
ter, & in diuiduo decidit Andreas de Iſer.in cap.
1.in 3.colu. & ſeq. uerſic. ex præmiſſis & uer. alii
dicunt,qui ſucceſſores.tenet.lib.1.ubi latè exami
nat hanc quæſtionem, & arguit ad partes:& tan-
84 dem ita concludit dicẽs † quòd ita hodie fiunt in
regno tales conceſſiones conſenſus, & confirma-
tionis,quę dicũtur in fine reſcripti confirmatorii,
iuribus aliorum, & Curiæ noſtræ ſaluis. pro quo
allegat tex.in l.ſi debitor.§.ſi in uenditione.ff.qui-
bus modis pignor.uel hypothec.ſolu.ut ibi per eũ
dixit

dixit in cap.1.§. quod ergo. de alienat. facta. de
quo uide per recentiores in repet.capituli.uolen-
tes.in 3.notab.& in 12. quæſtione intelligendo de
85 conſenſu regis uiuentis.& †ideo ad tollendas om
nes difficultates,quę in poſterum fieri poſſint per
huiuſmodi conceſſionem licentiæ regis conſen-
ſus in alien. feudi ſolet expreſsè dici diſpēſantes.
ſuper cap.uolentes.diſmembratione facta diſpari
tati perſonarum, & aliis iuribus regiæ curiæ, ita
ut reſoluto iure datoris, non reſoluetur ius acce-
ptoris, tamen forma feudi in aliqua non mutata,
per quę uerba præſentem difficultatem decidere
poſſumus. hæc firmat Petrus de Gregorio in pri-
mo effectu huius clauſulæ,iuribus. itē in fine ulti
mi effectus,dicit idem de Gregorio,quod per iſtā
86 clauſulam reſeruatum † erit ius ſucceſſoris in feu
do,ut ei per hæc nō in telligatur aliquod præindi-
cium generatum.ita in terminis cōcludit Oldrad.
conſ.237.incip.perlectis. in 2. colu.uerſic.4.& ul
timo uſque ad finem.
87 Non per hoc†poteſt hæc reſeruatio, tamen in-
duci ad terminos quæſtionis noſtræ, ubi non de
iuribus reg.cur.nec de iuribus ſucceſſorum uendi
toris diſcutitur, ſed de iure quæſito ſucceſſoribus
emptoris diſcutitur: ſub qua forma, & lege eis
quæſitū ſit dum primus acquiſitor ſub hac ultima
lege accepit à rege, ſeu eius uicario confirmante,
& aſſenſum præſtante: & clauſula ſaluo iure alte-
rius,intelligitur de iure quæſito non de quęrēdo.
Brunus conſ.1.nu.55.Neuiza.conſ.12.nu.47.
88 Item clauſula†prædicta iuribus,&c.non poteſt
referri ad expreſſa conceſſa,ſed ad alia. & ſic non
poteſt prætendi intereſſe regis in hoc, quod in 2.
inueſtitura conceſſit derogans primę conceſſioni.
pro ut firmat Grammaticus.deciſ. 66. nu.7. And.
in cap.1.nu.9.qui ſucceſſores teneat,& Afflict.ibi
dem,quos refert, & ſequitur Cannet. ſuper cap.
uolentes. in pen. quæſtione incip.principis legiſ-
lator.
89 Et ideo†per prædicta patet etiam reſponſio ad
clauſulam in ultimo Calcerani priuilegio adiectā
ſaluis nec nō conſtitutionibus,& capitulis sereniſ
ſimi regis Iacobi, olim Aragonū, & Sicilię regis,
dum eidem regno præfuit,editis, aliorumque re-
troregum diuę Recorda.& dicti noſtri do mini re
gis.
90 Nam quem† hæc clauſula ſenſum habeat,uide
per Pernum.conſ.21.nu. 9. ubi dicit reſpicere ſuc
ceſſionem ab inteſtato, ut ſucceſſio extendatur
ad tranſuerſales latè Petr. de Gregor. de conceſ-
ſione feudi.part.8.quæſtione 13.item.ibi.in 3.col.
91 uerſic.quatenus uerò.Petrus de Gregorio†dicit,
quod interpretari debent priuilegia ſecundum
iura noua diſponētia, & regulari debēt,quatenus
forma conceſſionis feudi expreſsè non repugnat.
iuxta not.per Gulielmum Perno in conſil.4.inci-
piente, Quondam Sereniſſimus,quaſi per totum.
& latè dixi ſuprà ex Cannetio ſuper capi.uolētes.
in prædicta quæſtione penultima, & in terminis
92 noſtris†habemus expreſſam,& formam, & ordi-
nem ſuccedendi in confirmatione uenditionis, &
in priuilegio accepto ab emptore pro ſua deſcen
dentia, & linea.ergo generalis clauſula erga eam
formam nihil operatur,quoad iſtum effectum for
mæ, ſed ad alium cùm prædictæ clauſulæ plures
operantur effectus. ex notatis per Petrum de Gre
gorio in deciſionibus prææallegatis.
93 Neque† uera eſt ratio, quā ſupra conſiderauit
Boniornus quia Iacobus de Beluis. & Nicolaus
de Neapoli in cap. 1.§. hoc quoque qui feudum
dari poſſ.& in cap.1.de natur.ſucceſſ.feud.dicunt,
quòd Iuniores, & Iuuenes magis domino poſſunt
ſeruire,quàm ſenes: & ob id in dictis iuribus de-
ſcendentes, potius quā aſcendentes admittuntur
ad ſucceſſionem feudi, ſed præſupponere feuda-
tarium minorem relinquere infantem eſt fundare
ſuper cōtingenti. poſſibile enim etiam primogeni
tum natura, & aptitudine fore debiliorem ſecun
94 dum Curt.poſſet replicari† ,quòd ad ea,quæ fre
quentius ſecundam naturam accidūt iura adapta
ri debent. l. nam ad ea. ff. de leg. ſecundum natu
ram iuniores,& ætate minores præſumūtur fortio
res, ut in dicta lege, cùm quondam ubi gloſ. de
95 rebus dubiis† ſeruitium non eſt de ſubſtantia feu
di,ſed fidelitas. patet in c.1.de forma fidelitatis,
96 & de noua forma fidelitatis.quia †fidelitas in eo,
qui ætate antiquor eſt, magis præſumitur ratione
firmioris conſilii.& in capitulo de his.diſtinct. 20.
cap.domino 50.diſtinct.cap.hoc tantum.389.31.
glo.in l.cùm quod in uerbo nouum in fine ff.ſi cer
tum petatur.
97 Item,†& alia ratione, quia nō ſolùm armis ſer
uire accipitur, ſed etiam conſ.& ope, ut in dicto
cap.primo,& in l.1.à contrario ſenſu.ff.ad legem
Iuliam maieſt. & ſecundū Bal. in l. ſenium.C.qui
98 teſtam.facere poſſ. plus†ualet umbra ſenis, quā
gladius Iuuenis. in nota.in c.1.de renunci. bonus
tex.in cap.ex multa de not. ibi nō ſunt inutiles ad
pugnandum, qui & ſi pro ſe pugnare nō poſſunt,
maturitate tamen conſilii adeſſe ualeant pugnan
tibus.in l.poſt liminiū. §.ſi. de capti. & poſt limi.
ergo non minus ſeniores admitti debuiſſent, quā
iuniores ſtantibus prædictis, quod feudum, ſeu
99 baronia Miſirindini eſt ſub forma pro te †,& hæ-
redibus de tuo corpore legitimè deſcendentibus,
abſque clauſula iuris francorum, pro ut ſupra fir
maui,& feudum,ſeu baron a quoad Ioannem poſ
ſeſſorem, & baronem alienantem & donantē eſt
auitum, & paternum, potuit etiam alienare in
Andriottam comprehenſum in inueſtitura, & de
deſcendentibus,cum deſcendat ab eo, à quo pro
uenit feudum, licèt quoad Ioannem ſit de tranſ
uerſalibus,etiam non eſſet proximior defuncto: ſi
uellemus tenere opinionē Boerii ſuper conſuetu.
Byturicenſ. in cap.des ſcorſtu,frenz.& cens.§.2.
col.4.uerſic.item permittitur. nu.38. Pariſ.conſ.
106.nu.32.33.34. in 1.conſ. 2. à nu. 34. uſque ad
41.in 1.conſ.3.à n. 19.uſque 26.eodem,dummo
do alienatio fiat gratis ſine pretio. ita fuit per
Hieronymum de Fimia tactum in cauſa feudi Caſ
bæ, dum pro Vincento Malteſe patrocinatus eſt,
& obtinuit: & Blaſcus lancea contrarius aduoca-
tus in hoc puncto nō diſſentiebat,ſed aliis mediis
defendebat cauſam,& in illa cauſa erat facta do-
natio de feudo iſti de Malteſe filio ex ſecundo
matrimonio poſtergando maiores filios ex primo
matrimonio, & primogenito: & obtinuit ille de
Malteſe,& ibi forma erat pro te, & hæredibus de
tuo

suo corpore legitimè deſcendentibus, & pro iſta ratione etiam conſuluit in illa cauſa Hieronymus Crapona, & Petrus & Paulus de Grimaldis. & licet poſſit oriri difficultas, de qua per Beneuent. in cap. Imperial. fol. 23. col. 3. litera l. & ſeq. quod intelligitur, dummodo alienatio fiat proximiori agnato, & non remotiori. Ruyn. conſ. 8. nu. 4. in primo.

100 Et tamen † de iure communi alienatio permittitur inter agnatos; quia non uidetur alienatum, quod eſt agnatorum corpore, ſeu linea cõſeruatũ. Boer. ſuper conſuet. Bituric. in titu. des ſeoribs de frenz, & conſ. 6. 2. col. 4. uer. item permittitur Pariſ. conſ. 106. nu. 32. 33. 34. in 1. conſ. 2. à nu. 24. uſque 41. conſ. 3. à nu. 19. uſque ad 26. eodem, dummodo fiat in unum de proximiori gradu.

101 Itẽ † de iure regni ſtante diſpoſitione capituli uolentes. ſub rege Friderico, per quod capitulum eſt permiſſa alienatio, etiam in extraneum, ubi forma conceſſionis non repugnat, dicendum eſt, quòd poteſt fieri alienatio in compræhenſos in inueſtitura, etiam poſtergando primogenitum, & alienare in ſegenitum. Blaſius lancea in repet. capituli uolentes, n. mihi 66. cart. 48. uerſic. limita 7. non habere, ubi ponit infra ſcriptam theoricam,
102 dicendo limita 7. † non habere locum inter deſcendentes eiuſdem gradus, & ſexus. nam pater, uel auus poteſt dare feudum pacti, & prouidentiæ uni ex filiis poſtergando etiam primogenitum: & hoc ſi habet feudum pro ſe, & filiis, uel pro ſe, & hæredibus ſuis, de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, uel ſimili forma: dum non ſit adiecta
103 clauſula iuris frãcorum † quoniam tunc non poſſet auferri à primo genito. l. uno ex familia. ff. de leg. 2. l. generaliter. C. de ſecund. nupt. & de l. pater, & filiam, in cap. omnes filii, ſi de feudis fuerit
104 controuer. licèt † de iure communi ſit dubium an feudũ poſſit uni aſſignari, quando eſt receptũ pro ſe, & filiis, uel liber. & Andr. uidetur uariare in cap. 1. in 1. de ſucceſ. feud. in cap. omnes filii. & in cap. 1. an agn. & in c. pater. §. huius autem generis in 3. colu. poſt medium, ex quibus cauſis feudum amittitur in capit. 1. §. 1. 2. colu. ſi uaſſallus feudo priuetur, cui defer. & in cap. 1. §. ſi libellus in 4. colu. de alien. feud. patem doct. loquuntur & ſpecul. in cap. locat. in §. nunc aliqua uerò, nu. 78. in fine. & ibi Ioannes And. Bal. in auth. ſi quas ruinas. c. de ſacro ſanct. eccleſ. Bar. in l. iuris iurandi. §. liber. ff. oper. liber. & doctores omnes in l. quod dicitur. ff. de uerb. obligat. nam aliqui tenent, quod pater intelligatur acquirere omnibus pro indiuiſo, & per conſequens, quatenus non poteſt aſſignari uni. & Andr. uolens cõcordare in cap. 1. §. fin. col. 2. agna-
105 tos † dixit, quod in primo acquirente ſub tali forma filii debent eſſe hæredes patris; & iſto modo loquitur opinio recentiorum. ſed poſtquam feudum eſt effectum paternum, uel antiquum, filii non habent neceſſe effici hæredes patris, ſufficit enim, quod filii primi acquiſitoris fuerunt hære-
106 des eius. † hodie in regno non habemus intrare iſtam quæſtionem, ſiue enim feudum intelligatur acquiſitum filiis, & hæredibus, ſiue ut filiis, pater poteſt uni feudum aſſignare, ex quo forma non repugnat per capitulum noſtrum, quod dat faculta-
107 tem alienandi, forma non repugnante † etiam in regno feuda ſint indiuidua, ſed in caſu propoſito forma non reſtringit, quòd det plus uni, quàm alteri, aut primogenito pluſquàm ſecundo genito, ergo &c. & ſi dicatur feudum eſt acquiſitum omnibus filiis æqualiter, dico quòd hoc eſt falſum in regno quia omnia feuda ſunt indiuiſibilia, & ad unum tantùm ueniunt, & non ad plures; ut in fine
108 huius capituli. & † ideo ſi pater non diſponeret, feudum deueniret ad digniorem, qui eſt interpre-
109 tatus primogenitus, ut in conſ. ut de ſucceſſionibus †, & ideo pater habet poteſtatem diſponendi inter compræhenſos in inueſtitura in perſonam cuiuſcunque eorum, quia in hoc non repugnat forma. hęc eſt theorica Blaſii lanceę ſuper dicto cap. idem firmat Ioannes Aloyſius de Septimo in cap. uolentes in 1. etiam in 2. forma, uer. ſed pulchra dubitatio eſt. ibi Ludouic. Montaltus ſuper cap.
110 uolentes. uer. ad materiam, dum ibi ait †, quòd mater de feudo inter filios poteſt diſponere, quomodolicet, data quacunque forma conceſſionis, niſi expreſsè ſit dictum, quòd uiuatur iure francorum. quod iſtud capitulum uolentes. hanc etiam firmat Gulielmus de Perno in conſ. 4. nu. 8. 9. 10. & ſequen. & latè in conſ. 13. incip. In nomine Domini in cauſa agitata, à n. 7 uſque 13. Iacobus Chiſſo ſuper cap. uolentes. in uerſic. hoc capitulum ſecundum omnes. Petrus de Gregor. in tract. de conceſſ. feud. part. 4. quæſtione prima nu. 10. uerſic. item ius ſiculorum. Blaſius lãcea in allegationibus prædictæ cauſæ Caſbæ, ubi Hieronymus de Fimia, & idem Ferdinandus Boniornus in conſ. Cauſæ comitatus Coliſani ampliat hãc opinionem Gualterius de Paternione in ſuis add. ad capitulum uolentes. circa finem uerſic. item eſt dictum ſupra etiam, quod privilegium habet clauſulam, ſalui capitulis regis Iacobi. quia eo non obſtante feudatarius poteſt amouere primogenitum, non obſtante dicta clauſula.

111 Et ſic ex prædictis colligitur concluſio †, quòd feudum hoc, ſeu baronia Miſrindini poſtquam per donationem factam per Ioannem baronem, & poſſeſſorem illi quondam Andriottæ eius fratri conſanguineo, & ſuis filiis, nepotibus, & pronepotibus in futurum, dicitur Andriotta uerus dominus, & ſucceſſor, & poſt eius mortem ſucceſſit don Petrus filius Andriotta poſt mortem Andriottæ, quatenus deinde ipſe don Petrus, eius tutor tranſegit cum Antonino, dictus Antoninus dicitur per acquiſitionem ex ipſa tranſactione fuiſſe, & eſſe primum acquiſitorem reſpectu eius hæredum, & ſucceſſorum: adeò ut potuerit alienare, & quodcunque onus imponere, & non habet locum regula reſoluto iure datoris quod reſoluatur ius accipientis.

112 Et ſtantibus † prædictis ſupra firmatis non eſſet opus ingredi alias quæſtiones diſputatas per Boniornum in allegationibus factis ſuper hac baronia Miſrindini ante tranſactionem pro Antonino, quæ allegationes eſſent neceſſariæ in diſcutiendo aliis dubiis per Boniornum diſputata in caſu, quo, circunſcriptis ſupradictis concluſionibus, præſupponeremus, etiam contrariam opinionẽ quòd hæc baronia remanet cũ clauſula iuris francorum,

corum,& quoad ſucceſſores,& deſcendentes Vin
centii Corberæ & quod forma non ſit mutata.quo
caſu eſſet deſcendendum ad alias quæſtiones. &
quia ſubtiles,non deſinam eas diſputare in præſen
ti deciſione, imò etiam reſoluendo eas in fauorē
Andriottæ,& eius hæredum cōtra Antoninum, &
eius hæredes, tantò fortioribus fundamentis erit
fundata præſens concluſio magnæ Curiæ in præ-
ſentibus cauſis.

Quo puncto reſoluto per modum,ut ſuprà,etiā
progredior ad alias quæſtiones per Boniorn. in
add.allegationibus ſuis ſuper hac Miſirindini ſuc
ceſſione diſputatas. qui præſupponendo primo
ſuam opinionem in ſupradicta quæſt.quòd forma
non ſit mutata, ſed feudum ſit cum clauſula Iuris
francorum,ponit quæſtionē illam,an ille quondā
Andriotta Corbera, Cui poſt mortem Franciſci
113 alterius fratris fuit † facta donatio,dicatur proxi
mior defuncto tempore refutationis poſtquàm
erat mortuus Franciſcus pater maior, & utrinque
coniunctus relicto Antonino eius filio dum iſte
Andriotta eſſet minor reſpectu Frāciſci, licèt mor
tui, cùm Andriotta ſit frater Ioannis ex parte
patris tantùm,à quo feudum prouenerat:licèt nō
ſit coniunctus ex matre Ioanni primogenito, &
baroni donanti.& Boniornus tenendo contra An-
driottam utitur pro defenſione dicti Antonini in
fraſcriptis mediis,& concluſionibus per eum fir-
114 matis. † primò quòd quando agiť de ſucceſſione
fratris, frater utriuque coniunctus præferatur in
ſucceſſione fratri cōiuncto ex uno latere tantùm,
etiam quòd uterque proueniat ex parte,unde feu
dum prouenit: etiam quòd frater coniunctus ex
uno latere,ſit maior fratre utrinque coniuncto.ex
tex.in §. reliquum. in authentica de hæred. quib.
in teſt.uenient auth. ceſſante cap.de legit.hæred.
auth.itaque cap.cōmunia de ſucceſſionibus: quæ
iura non reperiuntur correcta per ius feudorum,
nec per cōſtitutiones,aut capitula regni.cur ergo
115 ſtare prohibetur.l.ſancimus.C.de teſtamen.& †
quod ſpecialiter per ll. feudorum nō eſt expreſsè
diſpoſitum, id ueterum legum conſtitutionum
regulis relictum intelligamus.l.præcipimus c.de
appell.quo arg.dicit Andr. de Iſern. in dicto c.1.
& alibi ſæpe, & debet intelligi in his nouis conſti
tutionibus,ſeu in eis capitulis clauſula Saluis aliis
ll.compatibilibus,ut in ſtatutis,dicit Bal. in cap.à
nobis in fine de exception.

116 Secundò arguit Boniornus,quòd † ubi lex anti
qua diſtinguit,uel caſus ſpeciales poſuit,lex noua
in eadem materia loquens generaliter, ſi nō appa
ret præciſè de mente corrigente illā diſtinctionē,
& illum caſum ſpecialiter prouiſum, nunquam in
telligitur corrigere:ſed recipit interpretationem,
limitationem, & diſtinctionē à lege antiqua.l.ſed
& poſteriores.& l.non eſt nouum.ff. quæ ſatis da-
re cogatur.auth.offerat.C.de lit.conteſt. & utrobi
que not.doc.non obſtat, quod in l. noua dicatur
non obſtante aliqua.l.Bar.in extrau. ad reprim.in
uerſic.non obſtantibus.col.2.

117 Tertiò † prælatio utriuſque coniuncti eſt priui
legium.§.reliquum uerſic.huiuſmodi autem priui
legium in auth. de hæred.ab inteſt.uenie.lex autē
poſterior generalis non tollit priuilegia, & iura
ſpecialia.tex.& ibi not.& ibi gloſ.in l.3.c.de ſilen
tio lib.10. Bar.in l.placet nu.62.C.de ſacroſanct.
eccleſiis.Bal.in l.fi.ff.de teſtamen. Salicet.in l.fin.
C.de Iure dotiū.Aretinus conſ.104. breuitas col.
2.& conſ. 160. in præſenti Soccin. conſ. 70.col.8.
uer.quia ſtatuta in 1.Dec.conſ.496.in cauſa domi
ni nu.10.11. conſ.627. & in l. quiſque primo not.
C.de teſtam. milit.& in cap.1. de reſcript.Iaſ.in l.
ſicut certè colu.fin. de teſtament. milit. Ripa in l.
prima nu.14.ff.ſoluto matrimonio Tiraq.qui alios
allegat de iure retract.§.1.conſ.14.nu.104.

118 Quartò † quod caſus ſpecialiter non deciſus
per ll.feudorum, deciditur iure romano.cap.1.de
feu. cognito. & in Succeſſione feudorum ſeruātur
iura communia,& deferuntur feuda, ſicut hæredi
tates, niſi aliud legibus feudorum ſit ſpecialiter
prouiſum, ſeu ſtatutum. gloſ.1. doct. in cap.1.de
ſucceſ. fratr. ſeu de gradibus Succeſſ. in feudo Si-
gnor.in conſ.93.Alex.conſ.55.col.3.poſt numerū
quintum.Barb. conſ.519.col.11. poſt numerū 22.
in 4. Ioannes de ligna. conſ. 76. colu. 4. in 1.inter
conſ.Albe. Bruni Brunus.conſ.71.ad finem.Pariſ.
conſ.67.nu.43.l.3.Cur. Iunio. in tract. de feud.2.
quæſtionem par. Pernus conſ.9.nu.12.quæ arguit
ex hoc,quòd nepos ſuccedat ſimul cum patruo in
119 feudo,& propius ad terminos noſtros † eo modo
quæritur: quòd filii ſubintrēt in gradum patris in
ſucceſſione feudi. quia ubi non eſt conſtitutū iure
romanorum, non reperitur contrarium ſtatutum
in feudo.arguit gloſ.in cap.1.in principio, uerſic.
fin. de natural. ſucceſ. feudorum, ſed hac con-
iunctione utrinque,uel ex uno latere,non eſt deci
ſum per capitulum, ſi aliquem.ſuperius cōmunē
dicit interpretando illud capitulum Corneus in
conſ.199.nu.in 2.& quando mens ſtatuti, ſeu con
ſtitutionis non eſt certa, recurritur ad granum
ſalis,ſcilicet ad ius commune Bal.in l.omnes po-
puli.col.12.ff.de iuſt.& iure.& Pariſ.conſ.90.col.
1.lib.4.

120 Quintò arguit † Boniornus,quòd quatenus no
ſtræ conſtitutiones, ut de ſucceſſionibus. 2.ſi ali-
quem,& c.conſtitutionem, tribuunt prærogatiuā
ſexus,& ætatis,debet intelligi, cæteris paribus,in
quit Oldrad.colu. 224.col.7. pro hoc facit bonus
tex.quem ſemper habebat in ore Deci. in l.qui te-
ſtamento,in principio.ibi aliud eis nihil impediat
ff.de teſtam.cap.quia diligentia.de elect.cap.1.de
ætate & qualitate. in cap.1.de filiis presbyter.lib.
16. niſi aliud repugnet. & allegat doct. quod lex
uel doc.qui aliquid decidit, præſupponit habilia
Dec.in 4.in principio cōſ.602.in 7.dubio nu.194.
conſ.641.col.2.nu.4.grat. conſ.170.nu.5.col.4.in
fine.& ſic capitulum ſi aliquē.dum dicit,ibi in eo-
dē gradu ſunt maſculi,& fæminæ,qui ſuccedunt,
121 & dicit † quòd maſculi,ubi ſunt plures fratres,
aut agnati in eodē gradu,quis ſuccedat, decidit,
quòd maior intelligitur, ſi aliud non impedit, &
repugnat huic prælationi: & præſupponit cætera
habilia,& quod aliàs corruiſſet, & meritò dubita
batur.

Et ſuper hoc etiam probatur, ex eodem cap.ſi
122 aliquem.nam † primo genitura oſtenditur etiam
in ſexu muliebri: intelligiť tñ cæteris paribus,ſcili
cet ſi ambæ innuptæ,uel ambæ nuptæ,aliàs ſecus.

Sexto

Sexto arguit Boniornus, ſi ita Iudaicè intellige
retur capitulũ ſi aliquem. ut ſemper præferamus,
non attenta coniunctione, ſaltem ita in confuſo, in
123 ducẽdo ut dicit† Aloyſius de Septimo, ſequere
tur quòd baroni ducenti uxorem uiduam habentẽ
filium ex primo uiro, & ex ea ſuſcipiet ſeium, &
ſempronium, ſuccederet ſeius, & defuncto Seio
& ſine filis in paterno feu. ſuccederet frater utiq;
maior natu excluſo ſempronio utrinque cõiuncto
ſic è cõtra in feudo materno, non eſt ergo ita ania
re intelligendum, ſed ſeruato ordine coniunctio
nis dato ab illis authenticis, ne contineat abſurdũ
uel iniquum. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ.
tutor. l. nam abſurdum ff. de bonis liber. cap. in ge
neſi de elect. l. quemadmodũ de iure Iura. p quæ
iura dicit Deci. in dicto conſ. 521. conſultus col.
124 penult. quòd uerba temperari † debent, ne ab
ſurdum ſequatur. ſic extendi etiam in correctoriis
Alex. in auth. ex cauſa. col. 3. nu. 6. c. de liber. præ-
teri. & ita debet interpretari, ut nõ ualeat à ſapiẽ
te repræhendi. l. ſolùſq;, an iſto ff. de leg. præ-
ſtand. l. Iam dubitari. ff. de hæred. inſtitu. Socc.
cõſ. 44. col. 4. Alber. Brunus in tract. de ſtatu. quod
extãtibus maſculis fæminæ non ſuccedunt. art. 9.
ſupradicta argumenta & Soccin. Alber. Brunus in
ſimilibus loquuntur in ſtatutis, & dicit multa per
eos adduci.
125 Septimò arguit† Boniornus, quòd eſt caſus in
cõſtitutione ut de ſucceſſionibus. §. ex collaterali,
ut fratres, ſiue ex utroque, ſiue ex altero tantùm
latere. ergo ſi concurrant in feudo indiuiduo, in
quo unus tñ poteſt ſuccedere frater ex utroque
parente prænominatus, præfertur. l. cùm pater. §.
pen. qui proptiè loquitur in coniunctiua inter per
ſonas. ff. de leg. 2. 26. l. quoties. ff. de uſur. in l. quo
niam aliter. §. quis ergo. ff. de fideicommiſ. lib. cũ
ſimul allegatis in dicta conſtitutione. gloſ. ita ex
ordine literæ illius conſtitutionis arguentis, quòd
preferatur ſexus ætati Alex. conſ. 199. nu. 38. lib. 2.
126 Octauò † arguit Boniornus ex cap. ſi ali-
quem. dum capitulum dicit defuncto proximior
hoc nerbum debet redigi ad intellectum iuris, &
intelligi de eo, qui iure communi habet proximã
cauſam ſucceſſionis. & propterea dicit Archan.
in repet. capituli canonum de conſtitutionibus
127 quæſtione 14. nu. quod † ſtatutũ uocat proximio
rem, & concurrat utrinque coniunctus, & frater
cõſanguineus, licèt uideantur æquè proximi. quia
eodem gradu l. iuris cõſultus §. tranſeamus. ff. de
grad. affinit. & ita fuit per aliquos conſultum, ipſe
tamen determinat contrarium utrinque coniun-
ctũ ſolum ſuccedere, ut proximiorem ſecundum
ordinem Succeſſionis Auth. ſequitur Deci. conſ.
444. nu. 16. conſ. 484. nu. 9. Soccin. conſ. 252. colu.
2. uerſic. 2. ergo reſpondeo. in 2. Tiraq. de retract.
proxim. §. 14. gloſ. 2. nu. 6. Soccin. Iuni. conſ. 94. li.
1. & in fideicõmiſſis tradit idem Aloyſius de Sep
timo in feudo Neſi. cõſ. 28. li. 4. ſic ergo capitulũ.
ſi aliquem in uerbo proximior intelligitur utrin-
que coniuncto, ſecundum ordinem cõiunctionis.
128 Nono† arguit Boniornus, quòd pro utrinquæ
coniunctione eſt tex. in cap. regni cap. conſtitutio
nem in uerbo ordo ſucceſſionis, quæ uerba intelli
guntur, pro ut iure communi ſuccederet ab inte-
ſtato. & ſic utrinque coniunctus præferetur. Paul.
de Caſtr. in l. fin. nu. 56. uerſic. gradatim fieri ſecun
dum ordinem ſucceſſionis. & Corneus ipſe refe-
rẽs conſ. 131. col. 3. in 1. poſt numerum nonum lib.
primo, & in eodem gradu eſt ordo ſucceſſionis, &
ſuccedendi, quòd utrinque coniunctus præfera-
tur. ultra predictos doct. Ioannes Aloyſius in di-
cto conſ. 28. in 4. libro loquens de fideicommiſſis.
129 Decimò † aguit Boniornus iſtam opinionem
firmari authoritate maiorum noſtrorũ. nam pro
fratre utrinque coniuncto tenet gloſ. in d. conſt. ut
de ſucceſſionibus, in uer. ex utroque. in principio.
in illis uerbis, ſeruato tamen ordine, quæ ponitur
in Auth. ceſſante. uerſi. ex altero And. Iſern. ibidẽ
nu. 9. Afflict. in nu. 7. not. quæſtione 2. nu. 24. 25.
Loffred. in ſua paraſia car. pen. col. 3. & 4. & de no
ſtratibus tenuit Aloyſius in rep. ſucceſſ. feud. nu.
de ſucceſſ. collat. in prima apoſtilla uerſic. frater
an ſuccedat fratri. dominus Blaſcus lancea in cõſ.
Catatauſi, & Billudiæ conſuluit pro domina Caſã
dra minore natu, utrinque coniuncta Vincentio
fratri baroni defuncto, de cuius ſucceſſione age-
batur contra dominam Antonellam ſororem con
ſanguineam maiorem natu in feudo Paterno. idẽ
in cap. ſi aliquem quæſtione 6. & eſt allegatio Cala
bilectæ dominus Petrus de Gregorio tract. de cõ
ceſ. feudi 4. part. quæſtione 9. amplius. facit Tira-
quel. de retract. proximio. §. 14. gloſ. 2. not. poſt
Bal. in conſ. 59. lib. 4. quod ſtante ſtatuto præferen
te maſculum in ſucceſſione ſoror utrinque coniun
cta maſculum excludat.
130 Et pro iſta parte † poſſet etiam allegari Alex.
in conſ. 5. in 6. & Ruyn. conſ. 28. in 3. Pariſ. conſ.
59. in 3. latè hanc opinionem tenet & firmat pluri
bus argumentis & reſpondendo contrariis argu-
mẽtis & authoritatibus Dec. in conſ. 16. in 1. hanc
etiam opinionẽ tenet Cumia in repet. capituli ſi
aliquem. in uerbo maior natu. quem uide à nu. 13.
uſque. 24. ubi ponit quæſtiones quãdo minor eſſet
utrinque coniunctus, & coniunctus ex uno latere
eſſet maior.
131 Et ſtante† iſta cõcluſione intendit Boniornus
in ſequenti quæſtione utrinque coniunctionis,
quòd erat in perſonam Franciſci mortui, tranſeat
iſta qualitas in Antoninum eius filium ad excluſio
nem Andriottæ. per not. per Blaſcum lanceam in
cap. ſi aliquem. quæſtione 8. Cumia ibidem de uer
bo grad. nu. 54. tenet Alex. in conſ. 166. in 3. Cor-
neus conſ. 336. n. 5. 6. in 1.
Contrariæ opinioni ad hærendo deuenio ad ei
132 us fundamenta primò † quia feuda ex proprio
iure feudorum reguntur, & non recurritur ad ius
commune, niſi in ſubſidium: ſed circa ſucceſſionẽ
feudorũ habemus iura diuerſa, & nullum conſide
rat terminum iſtum utrinque coniuncti, nec capi-
tulum primum de ſucceſ. feud. nec capitulũ regni
133 ſi aliquem: quod † eſt ius nouiſſimum ſecundũ
quod in regno iura collateralium in feudis conſi-
derantur, & admittuntur ad ſucceſſionem feu-
dorũ. capitulum aũt ſi aliquem. dat formam, ſeu
normam, & ordinem ſuccedendi in collateraliũ
ſucceſſione incipiendo prælationem à gradu ibi,
defuncto proximior in feudo ſuccedat & ibi de-
functo ſimili gradu coniunctis eorum ordine ad-
mittendis,

ittendis, deinde m dat ordinem ibi in eadem in
regno francorum iure uiuentis, ſexus, & primo-
genituræ ſeruetur, ut inter duos feudatarios, & ſub
feudatarios defuncto coniunctos fœminam ma-
ſculus, & iuniori minor natu præcedat, ſiue ſint
maſculi, ſiue ſint fœminæ concurrentes.
134 Et ſic dum† primo in 1.cap.ſi aliquem.admit-
tit ad ſucceſſionem primò fratrem tã communẽ,
quàm non communẽ & eius filios uſque ad nepo-
tem, qui erit eo tempore mortis defuncto proxi-
mior: & dũ poſtea ordine prælationis, dat modũ
quo in cap.non dando prælationem inter coniun
ctum utrinque, & coniunctum ex uno latere.ergo
apparet, quòd debeat inter hos ſeruari etiã ordo
maioris ætatis, tanquam in eodem gradu exiſten
tes.quia dictum capitulum ſi aliquem.primò deci
dit admittendo in ſucceſſione tranſuerſalium
coniunctos tam communem, quàm non commu-
nem, aut ex liberis ſuis uſque ad nepotẽ.& ſic col.
lateralis tam in eodem gradu, quàm in diuerſis
gradibus, & ulterioris, & deinde dat ordinem in
ter exiſtentes in eodem gradu.ille ordo datus à
135 cap.debet ſeruari, etiam quòd maior ratio† non
ſit in uno quàm in alio caſu. quia ubi lex non di-
ſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. l. non
diſtinguemus. ff.de recep.arbitris.l.de pretio.ff.
de pub. Iure. act. gradus prærogatiua quantum
pertinet ad uerba in cap.regni ſi aliquem. ibi de-
functo proximior, etiam erat ſecundùm diſpoſi-
tionẽ capituli primi in fine de natur.ſucceſ.feud.
ſcilicet reſpectu aliarum linearum.& in c.1.circa
medium de ſucceſ.fratr.uel grad.ſucceſſ.ibi aut il
lius proximus.cap.1.§. Titius ſi de feud.defunct.
fuerit controuer.
136 Et in conſtitutione † ut de ſucceſſionibus.tex.
tamen non exprimit.ſed gloſ. 22. uer.ſuccedant
aut ſuccedunt ſeruata tamen ſexus prærogatiua in
ter fratres, & ſorores: ut ſuprà.l.proximi quæ eſt
conſtitutio in aliquibus & gloſ. in uerbo utroque
parente. Andr.Iſern.in cap.1.hoc quoque de his,
qui feudum dare poſſ.licet Ioannes Aloyſius de
Septimo in conſ.Belludiæ, quod eſt in 7.libro eius
teneat prærogatiuam ſexus tantùm fuiſſe in deſcẽ
dentibus, non in collateralibus, iure conſt. regni
ſi dictæ prærogatiuæ ſunt omnes iure francorum,
& logobardorum. conſt. in aliquibus, & conſt. de
ſucceſſionibus: tamen ratio ætatis, quæ eſt propria
iuris frãcorum.conſt.ut de ſucceſſionibus. in prin
cipio And.Iſern.in cap.1.§.hoc quoque colu.2.nu.
de ſucceſ.feud.in cap.omnes filii, ſi de feudis de
func. fuerit controuer.in c. 1.§.præterea. quæ fuit
prima cauſa benefic.amitt.in cap.Imperialem de
prohiben.alien.per Fideri. & alibi paſſim commu
nis utriuſque ſexus. item prærogatiua capilli eſt
etiam propria iuris francorum. in conſt.ut de ſuc-
ceſſionibus §.ſin autem in capillo prærogatiua cõi
unctionis utrinque, non dixit uerba legis defi-
ciunt, ergo & diſpoſitio, nec per nos addẽdum l.ſi
ſeruus.§.prætor ait ff.de acquir.poſſeſ.quia igitur
conſtit.ut de ſucceſſionibus, & capitulum ſi ali-
quem non diſtinguit coniunctiones, nec nos di-
ſtinguere debemus.l. de pretio. de publiciana In
rem actio.
137 Secundo † principaliter facit etiam tex.in d.
cap. ſi aliquem. ſub rege Iacobo, dum uult fratrẽ
ſuccedere fratri, etiam ſi feudum non proueniat à
communi parente, & ſic non conſiderat amplius
coniunctionem unius lateris, uel duorum: quia cõ
munem facit ſucceſſionem, & conſiderat gradum
& exiſtentibus pluribus in eodem gradu, præfert
primo genitum minorem natu.ergo eſt ibi caſus
pro fratre cõſanguineo maiori: cui cõueniunt uer
ba legis.ergo & l.diſpoſitio l.4.§.toties.ff.de dam
no infecto.l.hos accuſare.§. omnibus.ff.de act. af-
firmatiuè arguit Bal. in cõſ.378.in 5.Pau.de Caſt.
conſ.221.in 1.Soccin. conſ.113.col.2.in 4.hoc mo
do poteſt firmari inductio.& argu.Ioannes Aloy-
ſius de Septimo in conſ.Billudiæ.
138 Tertiò dominus† Aloyſius ibi adducit capitu
lum cõſtitutionem ſub rege Fiderico, ibi ordo ſuc
cedendi ætatis & ſexus: ordo ſuccedendi intelli-
gitur de gradu, ut uoluit tex.conſt.ut de ſucceſſio
nibus, quod in feudis etiam ſi auita non fuerint,
uel paterna, & prærogatiua ſexus ætaris.ſed ſic eſt.
quòd frater utrinque coniunctus non habet maiò
rem, & proximiorem gradum fratre coniuncto ex
uno latere tantum: ſed ſunt omnes pari gradu: &
ſic eſt caſus apertus pro primo genito. quia inter
exiſtentes in eodem gradu, pro ut ſunt hi, maior
eſt coniunctus ab illo latere, unde feudum proue-
nit ſentiens, quòd idem ſi iungeretur ex altero pa
rente tñ.& ita concludit Angel. Ioan. Aloyſ. nec
obſtat ſecundũ enim dicta And.conſt.& de ſucceſ
ſionibus: quia loquitur ſecũdũ illas cõſtitutiones,
ſecundũ quas ius francorũ nõ habebat locũ in col
lateralibus: & nec ſexus, & nec ętas habebat locũ,
ut ipſe And.ibi dicit primogenitũ nõ habebat prę
rogatiuã in linea collaterali.hodie tñ hæ prærogа
tiuæ locum habent In linea collaterali per capitu-
lum ſi aliquem.& capitulum conſtitutionem ut di
cit Pernus in conſ.2.col.3. poſt medium nu.13.
conſ.21.nu.9.& quanuis ius francorum erat reſpe
ctu deſcendentum, unde & hodie obtinet, in colla
teralibus: & ſic potius retorquetur argumentum
à ceſſante ratione.
139 Quartò † in ſucceſſione feudorum, quod non
ſit in conſideratione utrinque coniunctio, deci-
dit Bal.in conſ.304.incipient.Donatio, quam An
toninus lib.1.nu.3.ubi.1.nu.3.ubi dicit hanc com
munem, & ueram.Mar.laud.Afflict.& Prepoſ.in
cap.1.§.his uerò de ſucceſ. feud. Afflict.ibidem
col. pen.in principio expreſsè de uiuentibus iure
francorum Soccin.conſ.48.col.3.in fine in 4.Iaco
bus de S. Georgio in tract. de feudis uerſi. præſen
tes, & recipientes.col.3.nu.11.dum quærit, nun-
quid frater ex utroque parente in ſucceſſione feu
di excludat fratrem ex patre tantum, quem fratrẽ
conſanguineũ appellamus. Iacobus Ardizon. in
ſumma in cap.de ſucceſ.feud.in rubricella, an fra
ter ex utroque parente, determinat, quòd non
imò ambo admittentur ad ſucceſſionem bonorũ
feudalium defuncti. & hanc ſententiam dicit ſe-
quens Bal.in l.1.c.de legit.hæredi.idẽ uoluit Bal.
& ſequitur Præpoſitus Iacobus Aluar.in cap.1.in
titulo de ſucceſ. frater. uel in gradibus ſucceſ. in
140 feudo aſſignat ibi Baldus rationem†.quia in ma
teria ſucceſſionis feudorum ius coniunctionis
nihil infert: & quantumcunque in fratre ex utro
que

qne parente concurrant duæ qualitates: tamen
quia altera ipſarum eſt impertinēs, non auget effe
ctum. & dicit idem de S. Georgio ſecundum iſtam
ſententiam fuiſſe iudicatum in cauſa nobilium de
Canalibus dominorum caſaletarium, ex conuētio
re. ubi etiam ſubſequitur: & ſic habetis collige-
re, quòd licèt in ſucceſſione allodialium frater ex
utroq; parente excludat fratrem ex patre tantùm
auth. ceſſante C. de leg. & hæred. tamen ſecus in
ſucceſſione bonorum feudalium. quod notetis, cū
ſeq. Curt. Iun. in tract. de feud. part. 3. nu. 56. uer. 6.
quæro de notabili quæſtione, an frater utrinque:
ubi etiam addit, quòd hanc opinionem tenet Bal
dus in conſ. 422. incip. caſus talis, primò dominus
Beuentinus in parte 3. & quòd eandem opinionē
ſequitur Alex. conſ. 9. incip. ponderatis ad finem
in 5. ubi dicere ait, multò magis procederet, quan
do eſſet ſtatutum, quod exiſtentibus agnatis ex-
cludūtur ſorores. quia ſi eſſet frater cōſanguineus
tantum, & ſoror utrinque cōiuncta, excluderetur
ſoror. quia per dictum ſtatutum daretur interpre
tatio uerbis inueſtituræ & etiam eodem modo in
141 telligi deberet, licèt † in fructibus feudi à ſolo ſe
paratis, qui cēſentur allodiales præferantur utrin
que coniuncti. ex Baldo in conſil. 170. incipi. ad
euidentiam premittendum eſt, quòd de rebus
feudalibus. nu. 3. in 2. quòd utrinque coniunctus
frater nō excludat fratrem ex uno latere tantum:
in feudalibus tenet, & firmat Dec. cōſ. 444. n. 5. 6.
Ripa in l. ex facto n. 98. ff. de milg. ex pupill. Ruin.
d. conſ. 28. n. 13. & meliùs cōſ. 29. n. 4. in 3. Berous
cōſ. 96. n. 14. in 2. Afflict. in c. 1. §. & q a n. 21. de his,
qui feud. dare poſſ. zaſius de feud. ſucceſſio. part.
8. n. 82. Franc. ſonbecii tract. de ſucceſ. feud. parte
9. nu. 93. uſque 98. Mantica in tract. coniectu. ulti-
marum uoluntatum. lib. 8. cap. 13. nu. 5.
142 Hanc etiam † opinionem tenet Rimina. in
conſ. 187. nu. 20. 21. 22. & per totum incipiendo à
nu. 11. in 1. ubi conſulendo in caſu, quo ex diſpoſi
tione ſtatuti uocantur fratres ad ſucceſſionem
alterius fratris, eo modo, quo uocat cap. ſi aliquē.
idem firmat Mandellus conſ. 81. ubi in nu. 27. 28.
infinitos refert hāc opinionē tenere, & ibidem re
ſpondens omnibus contrariis, ubi etiam in n. 14.
extendit ad ſucceſſionem ex fideicommiſſo, ubi
cēſentur uocari ex diſpoſitione iuris ciuilis. quan
do fideicommiſſum eſt paternum. ex Dec. in cōſ.
304. col. fin. Mantica de coniect. in dicto libro 8.
cap. 13. nu. 7. & in omni caſu, in quo ex duobus
uinculis alterum eſt impertinens, & in ſtatutis
uinculum ex parte matris redditur impertinens;
in ſucceſſione, coniunctus ex utroque latere non
præfertur coniuncto ex uno latere, ſecundum ma
gis communem. firmat Gabriel conſ. 6. nu. 1. & di
cit eam ueriorem In primo.
143 Idem firmat † in terminis noſtri ſtatuti, pro ut
in cap. ſi aliquem, ubi ſimili gradu coniunctis corū
ordine admittendis, deinde dando ordinem pri
mogenituræ, Ruin. conſ. 32. nu. 5. & ſeq. in 3. ubi
concludit non præferri utrinq; coniunctum con-
iuncto ex uno latere: qm̄ ſtatutū conſiderat gradū.
144 Non † obſtat, † ſi dicatur, quòd prædicta pro-
cedant inſpecto iure communi feudorum, quo iu-
re ex capite, unde cognati, non deferebatur ſuc-
ceſſio feudi: hodie poteſt deferri cognato etiam
in feudo paterno per conſt. de ſucceſſionibus. in
uerbo ex altero. ſecundum intellectum And. per
capitulum ſi aliquem. uel non communibus. unde
præfertur conſanguineus in feudo paterno per le
gem emancipatis. C. de legat. hæred. in auth. ita
que C. communia de ſucceſ. dominus Blaſcus in
cap. ſi aliquem. quæſtione 6. & dicit Bal. in l. 1. C.
de leg. hæred. quod licèt iure illo, & agnati, &
cognati ſucceſſiſſent. unde, quia in concurſu præ
feruntur cognatis, nihil operatur illa qualitas
cognationis poſtpoſita in concurſu, licèt ſola pro-
duceret effectum ſucceſſionis.
145 Quintò † in hac forma baroniæ Miſirindini ex
ſtant illa uerba, de ſuo corpore legitimè deſcen-
dentibus: quæ faciunt, ut nullus poſſit ſuccedere,
niſi, qui ſit deſcendens à primo acquiſitore. & ſic,
quòd illa conſt. admittit fratrem ad ſucceſſionem
feudi noui, uel, coniunctum ex altero latere tan-
tum, unde feudum prouenit. ſecundū eius Andr.
intellectum limitatur non habere locum, ubi in
conceſſione ſunt alia uerba de ſuo corpore. Iaſ.
conſ. 180. nu. 4. in 2. & ad capitulum ſi aliquem.
Blaſcus ibi quæſtione 13. & ſic licèt aliàs poſſet
eſſe utilis illa coniunctio ab illo parente unde feu
dum prouenit: quia ſola poteſt deferre ſucceſ-
ſionem feudi, ut in feudo nouo, uel antiquo per il-
lud uerbum, non communibus. & ſic ceſſat ratio
And. & Bal. qui eum refert in dicto cap. 1. §. his ue
ro. de ſucc. frat. de grad. ſucceſ. non obſtante dicta
clauſula. dicta coniunctio non poteſt deferre ſuc-
ceſſionem. ergo ratio prædicta Bal. militat, quod
licèt duæ partes concurrant, tamen cum altera eſt
impertinens, ex ea non augetur effectus, & hoc fir
mamentum uidetur magis ſtringere, nec uidetur
obſtare §. reliquum auth. de hære. ab inteſt. ueniēt
C. de leg. hæred. auth. ceſſante. & auth. itaque.
C. communia. de ſucceſ. quia capitulum ſi aliquē.
derogat quibuslibet legibus, & conſtitutionibus,
ibi in ultimis uerbis.
146 Præterea † & 6. conſt. ut de ſucceſſionibus, &
capitulū ſi aliquem, dum admittit collaterales ad
ſucceſſionem ſecundum uerum intellectum illius
capituli, ſi aliquem, & in regno receptū, ut latiùs
infra dicam, non admittit ſimpliciter, ſed agnatis
non exiſtentibus: ſed præfert agnatos cognatis.
& ſic dicitur inducta prælatio fauore agnationis
conſeruandæ, & conſeruatio familiarum, quarum
honor, & ius agnationis conſeruatur per maſcu-
los agnatos, & non per cognatos: ut uoluit Alber.
de Ros. in dicta auth. itaque C. communia de ſuc
ceſ. lapus deciſ. 100. ſeq. Bal. in l. maximum uitiū.
C. de liber præter. & in l. quanuis. C. de fideicom.
ergo debet admitti pariter frater utrinque con-
iunctus, & frater conſanguineus tantum, quia uter
que eſt agnatus, ut in §. ſunt autem. agnati. inſt. de
legit. agnatorum ſucceſ. & per illos pariter dici-
tur conſeruari agnatio, & decus familiæ. & ſic in u
troque militat ratio ſtatuti. ergo & eius diſpoſitio:
quia in his, in quibus non datur diuerſa ratio, idē
ius ſtatuendum eſt l. a Titio ff. de uerb. oblig. iſto
modo arguit Bero. in dicto conſ. 143. n. 16. in 2. &
conſ. 96. nu. 12. 13. eodem Mādellus conſ. 81. nu.
7. qui conſuluerunt pro fratre coniuncto ex uno
latere

latere tan.& docto. pro ut in cauſa dimidii Catuſi pſidés cõſiſtorii ſacræ regiæ conſcientiæ don Modeſtus Gammacurta, Petrus Alliata, Vincentius percolla olim regens apud ſuam Cæſaream maieſtatem, & Philippus de Michaele, qui conſuluerunt contra fratrem uterinum, & firmarunt prædictum intellectum capituli ſi aliquem. ab omnibus in regno tentũ, quod dñ adeſt de linea illius, à quo feudum prouenit, non admittatur uterinus. pro qua parte lata ſententia, ut teſtatur cannet. ſuper cap.ſi aliquem. fol.237.nu.6.licèt ipſe contrarium ſentiat pro hac opinione. facit etiam id, quod not.Bar.in l.lucius.in ultima colu. ff.de uulg.& pupill.in l.re coniunct.in 13.col.ibi tertiò quæro.ff.de leg.3. ubi concludit, quòd per ius accreſcendi ſimul admittunt fratres utrinque coniuncti, conſanguinei tantùm, quamuis in utrinque coniuncto concurrere uideatur duplex uinculum, ratio eſt, quia omnes uocantur eadem ratione, & non diuerſa. ſed quando inter agnatos, & cognatos per ſtatutum inducta eſt differentia, in qua diſpoſitum eſt cognatos excludi per agnatos, pro ut capitulum ſi aliquem. ſecundum communem intellectum in regno receptum, pro ut ſupradicta doc.hoc pro expedito tenuerunt in ſuis cõſiliis in cauſa feudi dimidii Catuſi: tunc fratres utrinque coniuncti ſimul admittuntur per caput unde cognati.quod in illis pariter eſſe dicitur, nõ habita cõſideratione capitis, unde cognati.quod uirtute ſtatuti eſt impertinens per tex.cum ibi notat.in l.1.c.de legit.hæred. hoc argumento utitur Berous in dicto conſ.143.nu.17.in 2.idem firmat in conſ.145.in 2.& in conſ.96.nu.12.13.ex prædicta doct.Bar.& aliorum Mandel.eodem modo in terminis inducit in dicto conſ.81.nu.12.13.14.

147 Facit etiam † docto. eiuſdem Bar. ubi ponit caſum, quòd pater habebat plures filios ex diuerſis matribus, illosq; inuicem ſubſtituit: deinde unus ex illis repudiauit. quærit ibi Bar. utrum ad partem illius admittantur ſolum fratres utrinque coniuncti, an etiam ſimul ex latere patris tantum, & reſolutis opinionibus concludit omnes ſimul admittendos: quia pater, qui eos uocauit in partẽ dicitur in omnes affectionem habuiſſe: ſed ſtante ſtatuto, quòd cognati non admittuntur exiſtentibus agnatis, ipſi ſtatuentes dicũtur habuiſſe erga omnes parem affectionem. quia moti ſunt ad ſic ſtatuendum ad fauorem agnatorum fauore agnationis, quæ cõſeruatur per maſculos agnatos, quæ ratio paris affectionis reſpicit tam cõſanguineos. tantùm, quàm utrinque coniunctos. hæc ratio conſiderata optimè facit, etiam cùm illa trãſit. Bal.in l.nam hoc iure in l.cohæredis in §.qui diſertas. & in §.qui patre.ff.de uulg. & pupill. & in l.in teſtamento.in 5.quæſtione C.de teſtam mili: Ioannes de Imol.& recentiores in d.§.q diſcretas. Aretin. & ibi optimus tex.in terminis in l.fi.ff.ad trebell. hoc argumentum ponit, & Berous in dicto conſ. 143.nu.18.in 2.& hoc argumentum ibi nu.19.extendit, etiam ſi agatur de ſucceſſione fratris. Bal. refert, & ſequitur. ita arguendo in terminis Mandell.in dicto conſ.81.nu. 12.13.14.

148 Et quòd † ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos circa ius ſucceſſionis inducunt agnationis fauorem Gin. C. de adult.in l.pub.latè Rom. conſ.411.nu. 2.uerſic.quòd autem, pro iſta parte, quòd ſtantibus ſtatutis, p quæ agnatio præfertur cognationi non præfertur frater utrinque coniunctus fratri ex uno latere cõiuncto, & ſic conſanguineo. firmat Rom.conſ.411. Berous conſ. 143. conſil. 96.conſil.144.145.& in 2.Mand.conſil.81. Ruyn.conſ.32.nu.5.& ſequen. in 3.Alex.cõſ.9.in 5.Socci.in cõſ.25.niſo ſtatuto in 3.conſ.304.quod eſt ultimum.col.fi.in 2.ubi etiam uoluiſſe ait Bal. & Paul.de Caſt.in dicta lege.1.C.de legit. hæred. Ruyn.29.in 2.Antonius de Roſſel.in tract. de ſucceſſione ab in teſtato.nu.109. 167.168.Alciat. de uerb.ſignif.l.1.carta 4.

149 Hanc † opinionẽ firmat diſputando, & reſpondendo fundamentis Blaſci lanceæ, & Ioffredi Cannet.in repet.c.ſi aliquem.fol.291.in cap.incip. notandum eſt etiam. hanc dicit tenere Franciſcum Riccium Siculum in conſ.quod fecit in cauſa feudi Solari, & Alciat. reſponſo Ferrariæ in tractat. de feud.

150 Tenendo igitur † hanc opinionem pro ueriori, & magis communi in terminis capitulorum regni Siciliæ ſub rege Iacobo cap.ſi aliquem. & cap.conſtitutionem.ſub rege Fiderico, antequam deueniã ad reſponſionem contrariorum, primò diſcutiam intellectum capituli ſi aliquem. dum admittit ad ſucceſſionẽ feudi in linea tranſuerſali tã agnatos, quàm cognatos, an admiſerit eodem modo, & forma, pro ut admiſit ius authẽticorum; uel alio modo.pro præſcrutando uero intellectu capituli ſi aliquem.premitto aliqua, & primò dico.quod de iure antiquo romanorum in allodialibus ad ſucceſſionem admittuntur ab inteſtato agnati, & præferebãtur cognatis.l.ab inteſtato.& l.defunctus & l.patruo l. ſi his C.de legit. hære. & ẽt iſto iure admittebant fratres, & ſorores licèt nõ ex eadẽ matre ſint l.1.C.eodem.& etiam iſto iure fratres præferebantur filiis alterius fratris in ſucceſſione alterius fratris, tanquàm proximiores in ſecundo gradu, ex quo fratres filii ſunt in tertiò gradu, l.conſanguinitatis C.eodem.

151 Sed deinde † ſuperuenit ius authenticorum auth.ceſſante.auth.poſt fratres.& de legit.hæred. auth.itaque C.communia. de ſucceſ. per quas, ex quo eſt ſublata differentia agnationis, & cognationis, utrinque coniunctus præfertur in ſucceſſione coniuncto ex uno latere per diſpoſitionem prædictam authenticorum.in feudalibus autẽ fratres conſanguinei admittebantur ad ſucceſſionem fratris, licèt ex diuerſis matribus proueniſſent. doct. in cap.1.de ſucceſ.fratr.uel grad ſucceſſionum in feud.& omnes doctores præallegati, et ſupra latè firmaui de iure conſtitutionũ regni in conſt.ut de ſucceſſionibus.admittuntur fratres, ſiue ex altero tm̃ & fratris ſorores in ſucceſſione alterius & fratrib.nõ exiſtẽtibus filiis fratrũ, & de iure cõſuetudinario feudorũ erat differentia inter agnatos, & cognatos, qa cognati nõ admittebant ad ſucceſſionem feudi, exiſtẽtibus agnatis prout infrà dicam.

152 Deinde † ſuperuenit diſpoſitio capituli ſi aliquem. per quod admittit ad ſucceſſionẽ fratris, & tam fratrẽ communem, quàm non communem in feudo prouenientе aparentibus, pro quod cap. conclu-

concluditur communiter per doct. regni admitti ad ſucceſſionem feudi tam fratrē coniunctū ex latere, unde feudum prouenit, quam etiam eū coniunctū ex latere, unde feudum non prouenit, ut in feudo paterno ad fratrē vterinum, & in feudo materno ad fratres conſanguineos. ſed intelligendo, prout eſt uetus intellectus d.c. ſi aliquem. ꝙ uterinus, & conſanguineus ex diſpoſitione prædicti c. ſi aliquē non admittatur, niſi deficientibus deſcēdentibus ex linea primi acquiſitoris, a quo feudū prouenit, remanet ad huc differentia agnationis, & cognationis, & non dicitur per dictum c. ſi aliquem. ad huc ſublata, & ſic non procedunt argumenta contraria, prout ēt latius infra reſpōdebo.

153 Et quod iſtum † intellectum cōiter in regno habuerit cap. ſi aliquem, ut fratres nō communes, & prouenientes nō ex latere, à quo ſeudū prouenit admittantur deficientibus deſcendentibus primi acquiſitoris, a quo feudum prouenit, & obſeruantia eſt cōis intelligētia in regno, pro ut firmāt prę allegati doctores regni in cauſa feudi dimidii Catuſi. pro qua opinione affirmat Cannet. in prælegato c. ſi aliquem. n. 6. fol. 237. quæ cōis intelligentia corroboratur, quia de iure cōi feudorū clara erat deciſio, ꝙ coniunctus à latere, unde feudū nō proueait excluditur á ſucceſſione ſeudorum. c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. c. 1. de ſucceſ. fratr. & grad. ſucceſ. in feud. Bal. inter conſilia Angel. conſ. 110. incipien. ſanctiſſima & Illuſtr. Regina.

154 Etiam † de iure conſt. regni in conſt. ut de ſucceſſionibus iuncta gl. ibi, quę uult, ꝙ in ſucceſſione feudi debeat conſiderari coniunctio ex parte tm̄, unde feudum prouenit, quam gl. ſequitur Bal. ſeu Angel. in d. cōſ. 110. ſequit̄ Iacobinus in tract. feudorum, part. 3. principali quæſtione 5. ubi allegat alios id tenere, ſubdēdo quod iſta eſt ueritas, a qua nullus diſcrepat, Petrus Pitrolus ſequit̄ glo. in d. conſtitutionę, quem refert, & ſequitur Afflic. ibi & dicit opinionem gl. eſſe melioribus, & rationibus, & authoritatibus corroboratā: eandē opinionē tenet Paul. de Caſt. in auth. itaque C. cōia de ſucc. refert & ſequitur Blaſcus lancea in c. ſi aliquem in 5. quæſito, ubi ſubdit illa uerba, quod iniqua eſſet opinio contraria.

155 Quatenus † ſuperuenit c. regni, ſi aliquem diſponendo, quod in ſucceſſione fratribus debeant ſuccedere fratres, tā cōes, quam non communes a quocunque parente proueniat feudū, qū frater mortuus nō relinquit hæredem legitimum per lineam deſcendentem. hæc diſpoſitio poteſt habere duplicem ſenſum in illis uerbis, ibi nullo legitimo hærede per lineam deſcendētē, ſed fratre ſeu eius filiis ſuperſtitibus mori contigerit. quia pōt intelligi de deſcendēte à primo acquiſitore remanente, uel deſcendēte ab ipſo fratre, uel ad utrunque caſum coniunctim: ꝙ nec ſuos deſcendentes, neque primi acquiſitoris excludat, diſpoſitio eſt clara, & concordat cū diſpoſitione iuris cōis feudorū, & iuris conſt. regni: ſ. quòd dū ſuperſunt de linea, & de deſcendentibus primi acquiſitoris, ꝙ fratres non prouenientes a latere, unde feudū nō prouenit, non admittūtur. hęc intelligentia cōcordat ut ſupra dixi, nedū cū diſpoſitione iuris cōis & conſtitutionum regni, ſed etiam iuris cōmunis romanorū diſponentiū in ſucceſſione bonorū allodialiū. l. de emācipatis. uerſ. exceptis. C. de legit. hære. & licet uterini ſint in 2. gradu cū conſanguineis, & utrinque coniunctis. l. meminimus. §. ſed nec fratres, uel ſorores. C. de legit. hæred. igit̄ prædicta argumenta deducta per contrariam partem poſſunt adduci pro intelligētia hac cōi in regno, ut intelligātur admiſſi fratres prouenientes ex altero latere, quàm ex eo, a quo prouenit ſeudum, quando legitimus hæres de linea deſcendentis, nec ſratris, uec primi acquiſitoris ſuperſit, qa cū poſſumus iura iuribus concordare, non debemūs capere ſenſum, per quē diſpoſitio corrigatur. C. cum expediat de elect. in 6. l. ſed & poſteriores ff. de leg. & lex non corrigitur, niſi expreſsè dicat l. præcipimus C. de appel. maximè, ꝙ talis interpretatio magis fauet agnationi, quā cognationi. ergo tenenda eſt iſta interpretatio agnationi ſauorabilis, ut tenet Petrus Anchar. in conſ. 134. principale, & ſubtiliter allegatum.

156 Secundò † adducitur pro intellectu huius c. ſi aliquem, ꝙ nō habeat locū, ubi inueſtituræ tenor eſt pro ſe, & hęredib. de ſuo corpore deſcendentibus, prout ex And. de Iſer. in cōſt. ut de ſucceſſionib. tenent doctores noſtri in regno interpretationem c. ſi aliquem ubi Blaſcus lancea, nec Boniornus in allegationibus cauſæ baroniæ Spaccaſurni diſſentit. dum reſpondet ad quintum argumentū. & hanc opinionem in terminis c. Papę Honorii, ꝙ dicunt aliqui eſſe hoc capitulum ſi aliquem. tenet Bal. inter conſ. Angel. in conſ. 110. & Afflict. deci. 293. ubi dicit ita fuiſſe iudicatum.

157 Et ratio † poteſt eſſe illa, quam dat Martinus laudo. in c. 1. C. de his, qui feudum dare poſſ. dum dicit, quod in feudis iſta eſt maxima, ut primo reſpiciamus tenorē inueſtituræ, quæ derogat omnī iuri feudorum. allegat Bal. in l. quoties. C. de ſucceſ. & leg. hærede Lotfred. primo conſ. 5. col.

158 Et dicit Gulielmus de Perno in 4. cōſ. ꝙ ideo ſunt appoſitæ formæ, ut ſeruētur, & nō ut fruſtra, & fatuē intelligant̄. & ideo dixit Bal. in conſ. 119. in 1. quem refert, & ſeq. Curt. in conſ. 1. poſt tract. feud. impreſſ. quod tenor inueſtituræ non eſt reſtringendus, ſed indiſtinctè interpretandus: ſicut uerba ſonant. ſi ergo inueſtitura loquit̄ de deſcendentibus de ſuo corpore, qui poſſunt uerificari in alios non deſcendentes ex eo, ut præmiſſis deſcēdentibus ad alios trāſeant, quod forte ſecus eſſet non exiſtentibus. in quo caſu uoluiſſe uidetur dictum capitulum ſi aliquem.

159 Alia † plura fundamēta pro corroboratione huius intellectus ponit Franciſ. Antonius Villanus in allegationibus Cauſæ Comitatus S. Marci. licèt ipſe teneat contrarium: & reſpondeat argumētis huius intellectus. in eadē cauſa ēt conſuluerat ēt Io. Angellus Piſanellus, quę conſilia habes impreſſa poſt retentiones Cannetii c. ſi aliquem. & c. nolentes. cōſuluit ēt in eadem cauſa Cannetius, qui ēt ſuper c. ſi aliquem. incipient. prætermittendū eſt ēt. & omnes ſupradicti conſuluerunt pro don Octauio Lācea in cauſa poſſeſſionis d. Comitatus S. Marci quorū reſponſiones, & argumenta cōtraria nō intendo hic examinare, quoniam ſua die in alia cauſa examinare intēdo. nec eorum authori-

tates obſtant huic cõmuni intellectui.poſtquã cô
tra eos fuit deciſum in dicta cauſa côitatus ſancti
Marci . quia fuit excluſus don Octauius Lancea
frater uterinus & hæres inſtitutus ultimi Comitis
defuncti:& fuit manutentus in poſſeſſione dicti
côitatus dõ Petrus Filingerius patruus,& eius de
ſcẽdẽs,q ꝓcedebat ex linea, uñ ꝓuenerat comita
tus,licèt remotiori gradu q̃ ẽt fuit deuoluta uia re
cognoſcendi ad catholicã maieſtatẽ,& eius ſacrũ
conſilium: & uota fuerunt confirmata,modo prę-
dicto.hunc intellectum tenuerunt prçallegati do-
cto. regni in prędicta cauſa dimidii catuſi. & pro
hac opinione in illa cauſa pronũtiatum , ut refert
Can.in loco prçallegato .

160 Nec obſtat,ꝙ† poſſit dici, ꝙ ſi erat hic côis in
tellectus, ad qđ impetrare c. regni à rege Carolo
c.258. qa reſpo.ꝓut in dict.c.fuit dictũ, ad tollen
dã dubietatẽ. quia nõ deſinebat , q côtradiceret.
in dubiũ uertere tentabant.& iã ſucceſſerat caſus
côitatus S.Marci. qa ob id fuit obtentũ c.regni
258.in anno 1557.& in ea cauſa fuerat conſ.red
ditũ ꝑ Ioan.Angelũ Piſanellũ in anno 1555.& iã
dictũ c.258.ſentit, ꝙ regnũ hũc intellectũ eſt am
plexus, & ab omnibus hic intellectus fuit habitus
pro uero , ꝓut ſentiunt uerba dicti c. ibi (& per
che la uera intelligentia deue eſſere,&c).

161 Tenendo † igiť opinionẽ iſtã , q̃ facit ꝓ fratre
côiuncto ex uno latere tãtũ, reſpõdeo in côtrariũ
adductis : & dico primò ꝙ primũ argumentũ ꝙ
nõ dicantur correcta iura diſponentia ꝓ utrinque
côiuncto,ꝑ cõſtitutiones regni , nec ꝑ c.ſi aliquẽ.
& in dubio legis correctio nõ intelligiť,ſed intelli
ganť l.ſaluis legibus cõpatibilibus.reſpõdeo quod
c.ſi aliquẽ.interpretari debet ſecũdũ ius feudale:
nec corrigit ius feudale,quo ad differentiã agnati
onis,& cognationis admittit cognatos deficienti-
bus agnatis.erat etiã hæc diſpoſitio de iure anti-
quo ante ius authenticorũ.& ſic ſi c.ſi aliquẽ.cor-
rigere intendit , corrigit potius hãc rationẽ ſubla
tionis differentiæ agnationis,& cognationis,cũ ra
tio legis nouæ diſponentis . ꝙ utrinque côiunctus
ꝑferat cõſanguineo tantũ , nõ ſit alia,niſi hæc 53.
ꝙ in illa cõſiderať cognatio, ſicut agnatio d.auth.
ceſſante.& dicta auth.poſt fratres,& ꝑ cõſequens
utrinque côiunctus habet duo uincula , & cõſan-
guineus habet unũ tantũ: ſed ut ſuprà firmaui ex
aliis argumentis ꝓ cõſanguineo,c.ſi aliquẽ.ex cõ
muni intellectu facit differentiã inter agnationẽ,
& cognationẽ.& ſic ratio , qua motus fuit ius au-
thenticorũ ad præferendũ utrinque côiunctũ cõ-
iuncto ex uno latere tantũ,eſt qa ſub lata differen
tia agnationis , & cognationis , ſequiť à primo ad
ultimũ,ꝙ potius quoad ipsũ ſtatutũ debeat cẽſeri
correcta lex ciuilis ꝑferens utrinque côiunctionẽ
& reducať res ad ius cõmune antiquũ , ꝙ utrinq;
côiuncti nõ præferebanť. prout in l.1.C.de legit.
hæred. ubi Bal.Paul.de Caſtr. Corneus tex.in §.
primo de legitima agnati.ſucceſ.ꝑſertim,qa huiuſ
modi ius antiquũ , & diſpoſitio ſtatuti côueniunt
excludendo cognatos exiſtentibus agnatis, ita in
terminis arguit.Soccin.cõſ.25.col.fin.in tertio ẽt
in terminis eius ſequiť Mand.in ꝑdicto cõſ.81.nu.
19.20.21.ergo dicendũ eſt,ꝙ nõ poteſt dici , ꝙ re
cipiat interpretationẽ à legibus cõpatibilibus,ſci
licet auth.ceſſante auth.itaq;.qa leges incõpatibi
les ſunt , uel leges feudales:ubi cognati nõ admit
tunť qñ adſunt agnati.qa ex diſpoſitione c.regni,
licèt admittanť deficientibus agnatis, ut prędixi,
& infra dicã,& recipiet interꝑtationẽ , ubi cogna
ti nõ admittunť exiſtentibus agnatis.qa abſurdi-
tas orireť potius referri,& interpretari ꝑ iura,quę
admittit ſimul cũ agnatis cognatos, quã interpre
tari ꝑ iura,q̃ tantũ cognatos admittit nõ exiſtenti
bus agnatis de iure habeť in dicta l.1.C.de legit.
hæred . idem firmat reſpondendo prædicto argu-
mento Berous conſ.143.nu.20.21.in 2.

162 Ad ſecundũ,† ubi lex antiqua diſtinguit,& po
nit caſũ ſpecialẽ,ut lex noua,loquiť generaliter,ſi
nõ apparet ꝑciſè illã diſtinctionẽ uelle corrigere,
nunquã intelligiť corrigere, ſed interpretationes
recipit à lege antiqua,reſpondeo ꝑdicta intelligi,
qñ ius antiquũ diſponit ꝑciſè, & particulariter ſu
per eo,ſuper quo diſponit ſtatutũ , nõ admittit co
gnatos exiſtentibus agnatis , nõ debet referri ad
illud ius antiquũ: ubi cognati admittunť cũ agna-
tis,ſed ad illud ius antiquũ, ubi agnatorũ tãtũ cõ
ſiderabať ſucceſſio, de quo in l.1.C.de legit.hęre.
ſeu potius ad ius feudale , quã ad ius cõmune lo-
quens de allodialibus. ita arguit Mand.dicto cõſ.
81.nu.33.38.idem firmat Berous cõſ.143.nu.21.
22.in 2.

163 Non obſtat † tertiũ, dũ diciť,ꝙ c.ſi aliquẽ.lex
generalis poſterior non tollit priuilegia , & iura
ſpecialia:& quòd utrinque coniunctus præferatur
coniuncto ex altero tãtùm,eſt ꝑuilegiũ ex §.reli
quum ubi huiuſmodi autem priuilegium. in auth.
de hæred.ab inteſtato uenient.

164 Quia reſpondeo † ꝙ c.ſi aliquẽ . in fine habet
clauſulã , ibi de cætero præcipimus obſeruari qua
libet cõtraria cõſuetudine,uel cõſtitutione ceſſan
te.q̃ clauſula importat , ut uideať tollere nedũ le-
ges , & cõſuetudines, ſed etiã priuilegia Paul.de
Caſtr.in cõſ.278.nu.1.uer.2.eſt notandũ in 1.cõſ.
3.nu.6.uer.nõ obſtat prædictis.eodẽ.Ruyn.conſ.
226.n.11.12.& cõſ.228.n.4.in 1.ubi ẽt ampliant
ꝑdicti,ſi priuilegia habẽt clauſulã derogatiuã.qa
ſufficit clauſula nõ obſtãte,generalis.Fider.de ſe.
conſ.47.nu.3.Alex.conſ.111.nu.24.in 6.

165 Non obſtat † quartũ, ꝙ qñ nõ eſt de iure feu
dore deciſũ,recurriť ad ius cõmune nã reſpõdeo
ꝙ ſi attẽdimus ad ius feudorũ, iã eſt deciſum dũ
do d.omnes ſupra allegati dicũt de iure cõmuni
feudorũ nõ dari differentiã inter fratrẽ utrinque
côiunctũ,& côiunctũ ex uno latere tãtũ.qa côiun
ctio matris, quoad feudũ proueniens ex Patre eſt
impertinens. & ideo iure optimo c.ſi aliquẽ.non
tollit differentiã in totũ , nec diſponit dando præ
lationẽ inter côiunctũ utrinque , & côiunctũ ex
uno latere , ſed ſemper pertranſit . & ſi uellemus
referre ad ius cõmune,referendũ eſt ad Ius cõmu
ne,ꝙ concordat cũ diſpoſitione ſtatuti, pro ut ſu-
prà dixi , ſcilicet ad ius feudale , ſeu ius cõmune
antiquum:ubi diſponitur,quòd exiſtentibus agna
tis nõ dicũtur uocati neque admittuntur cognati.

166 Et ſic † etiã & quintũ tollitur. qa dũ arguitur
ꝙ per c.ſi aliquem maſculus prçferatur fęminę, &
inter maſculos maior natu intelligitur cæteris pa
tribus , & ſic data habilitate , ꝙ maſculi concur-

rerent

rerent inter ſe.nam reſpondeo, ꝙ in terminis noſtris cętera ſunt paria, & cócurrur maſculi omnes & ſunt eiuſdem gradus frater utrinque cóiunctus cum fratre coniuncto ex uno latere, & ex eo latere, à quo prouenit feudũ in qua cauſa idem eſt diſpoſitum tam de iure cõi feudorum, quam iure antiquo romanorum l.iuris cõſultus.§.2. ff.de grad. Afflict.& l.1.C.de legit.hæred. l.de emancipatis. C.de legit.hæredibus, cum quo concordat capitulum ſi aliquem. ut ſupra firmaui in 4.argumento.

167 Secundo † dico, ꝙ non procedit in terminis noſtris illud, ꝙ dicitur, quod ubi ceſſat diſpoſitio ſtatuti, ꝙ expreſsè de eo caſu nõ loquit, recurrimus ad ius cõe romanorũ. quia attenta ratione, qua de iure cõi romanorũ nouiſſimè pręfertur utrinque coniunctus cõiuncto ex vno latere tñ. quia in ſuccedendo illo iure romanorũ nouiſſimo eſt ſublata differentia agnationis, & cognitionis in auth.poſt fratris auth.ceſſante, cũ ibi nota.in corpore, unde ſumitur.C.de legit.hæred.§. nullam in auth.de hęred.ab inteſt.& ex hoc reſultat duplicis uinculi ratio uidelicet agnationis, & cognationis, quę cõcurrunt cum fratre utrinque cõiuncto, cum fratre aũt coniuncto ex uno latere tñ ſimplex uinculũ agnationis adeſt: ut probatur in auth.itaque C.cõia de ſucceſ.ubi Decius, & Cynus.& ibi doct.oẽs, ut gl. & in auth.ceſſante.ergo à ceſſante hac rõne, ut qa ſit differentia in ſuccedendo inter agnatos, & cognatos, cùm nõ tollatur per c.ſi aliquẽ differentia quæ de iure cõi feudorum erat, ut ſupra dixi, quia admittuntur cognati deficientibus agnatis per c.ſi aliquem ceſſare debet differentia, quæ ſit inter utrinque cõiunctos, & ex altero latere cõiunctos: l.adigere.§.quãuis. ff.de iure patronatus.c.cũ ceſſante de appell. in terminis ponit Bal.in l.1.C.de legit.hæred.ubi tex.præſupponit, ꝙ tẽpore illius legis, ſi fratres utrinque coniuncti, & fratres coniuncti ex uno latere, ſcilicet conſanguineus tantũ cõcurret, ſimul admittantur.non obſtat ratio duorum uinculorum, ꝙ uincat unũ uinculũ: quia procedit ſecundum Bal.in d.lege prima, qñ duo uincula ſunt in conſideratione, & pertinentia tũc procedunt d.iura auth.itaque auth. ceſſante, & auth. poſt fratres.at quãdo alterũ eſt impertinens, tũc à pari procedunt duo uincula coniuncta. & aliud uinculum, quod eſt ſimplex ita interminis eſt tex. in l.1.C.de legit.hæred.ubi ſecũdũ illud tempus, uinculum unde cognati, non erat in conſideratione nec pertinens, cõcurrente capite, unde agnati.

168 Sed † in terminis noſtris feudalibus caput, unde cognati, eſt impertinens, ſi feudum prouenit à cõi patre.ergo &c.nec conſtitutio, ut de ſucceſſionibus, & cap. ſi aliquem.admittunt cognatos exiſtentibus agnatis, ſed eis deficientibus, ſtante cõi intellectu ipſius capituli, ſi aliquem. ut ſuprà dixi licet c.unde cognati, ſic admiſſũ pro ut erat de iure cõi antiquo, in terminis.l.1.C.de legit.hęred.& non pro ut eſt de iure nouiſſimo prædicto authenticorum. ergo facilè ad ius primum antiquum reducitur.& l.ſi unus.§.de pactis uerſ.quotiẽs de pactis, & tunc frater utrinque coniunctus non eſſet conſanguineo tantum præferendus.hoc in terminis noſtri ſtatuti firmat Berous cõſ.143.n. 12.13 34.111.2.ubi dicit hoc etiam tenere Socci.in cõſ. 304 uiſo ſtatuto ciuitatis in 2.& in cõſ. 25.& in ſi. in 3.& conſ.89.circa primũ in 4. Paul.de Caſtr.in d.lege prima.& idem Berous in d.conſ.143.n.15. ſubdit, quod quando ad ſucceſſionem feudi concurrent, frater utrinque coniunctus, & frater conſanguineus tantum, ambo ſimul admitterẽtur ad ſucceſſionẽ feudi, quia caput, unde cognati, nihil prodeſt. quia in ſucceſſione feud. eſt impertinens ex Ale.in conſ.9.in 5.col. Bal.Iac. Ardizo.& Iuniores in c.1. de ſucceſ. fiat a latis grad.ſucceſ.& Prępoſitus dicit communiter feud.iſtas tenere in c.1. §.& quia in ultima col.qui feud. dare poſſ.

169 Ad ſextum † dum allegatur abſurditas, ponendo caſum de eo, qui duceret uxorem, quę haberet filium ex primo uiro: & cum eo ſuſcepit et duos filios alios mortuo filio, qui ſucceſſit in feudo, ſuccederet ille, qui eſſet maior ex primo uiro.nã hæc abſurditas nõ põt dari in terminis noſtri, quia prędictæ concluſiones ſuprà firmatæ clarè præſupponũt, quoad prædicta procedunt in fratribus ex eodem patre, à quo prouenit feudum, pro ut dixi ſupra, & infrà dicam.& ſic hæc abſurditas adaptari non poteſt in terminis noſtris, & de uno ad alium non infertur.l.papinianus exul.de minor.

170 Ad ſeptimum, † dũ arguitur ex tex. in conſt. ut de ſucceſſionib.in §.ex collaterali, ut in feudo indiuiduo uocetur utrinque cõiunctus, ex ordine literæ, quia primo in illa conſtitutione uocatus, ſicut gl.ibi arguit ex ordine literæ quòd pręferatur ſexus ætati.reſpondeo, quòd prædicta militarẽt, ubi dubia eſſet diſpoſitio per capitulum ſi aliquẽ quando plures uocarentur ad feudum exiſtentes in uno gradu.& non diceret, quis in feudo indiuiduo ſuccedere deberet.ſecus ubi etiam lex procedit, ultra diſponendo, & præferendo maiorem minori, quia tunc ubi habemus expreſſam diſpoſitionẽ nõ attẽditur ordo literæ, ſed mens diſponẽtis.

171 Non obſtat † octauũ, dum allegantur authoritates, & primò authoritas Ancha. in c.1. in 14.q. n.319.uerſ.modo quędam habens.de conſt.quem refert Deci.in conſ.444.n.16.ſed ipſe dicit eas deciſiones in caſu ſuo nõ conuenire.& in conſ.484. n.9.refert, ſed non cõcludit.interminis noſtris refert Socc.in conſ. 252.n.17. verſi.2.reſpondeo, ꝙ Tiraquel.de retract.lignag.§.14.gloſſ.2.nu.6.

172 Reſpondeo, † quòd non procedit in caſu nr̃o, interminis, ubi expreſsè eſt diſpoſitũ ex dicto ſtatuto, ſeu c.ſi aliquem.quis debeat ſuccedere inter maſculos eodem gradu exiſtentes primogenitura ſeruetur, ſ.maior natu minori præferatur, & in terminis Anchar.ſtatutum diſponebat, ꝙ decedente ab inteſtato, ſuccederent proximiores conſanguinei ex linea paterna: & ſic in illo ſtatuto non erat diſpoſitũ inter proximiores, quis deberet præferri: ſicut in nr̃o ſtatuto c.ſi aliquem.ubi diſponit inter ꝓximiores ſeruari primogenit.ętatis, & ſexus.

173 Non obſtat † nonum, dum dicitur conſt.ut de ſucceſſionib.diſponit ibi uerſi. ordo ſucceſſionis. quia reſpondeo, quod tollitur, dum per c.ſi aliquẽ ultra proceditur diſponendo inter ſucceſſores dãdo ordinem primogenituræ.& ſic non debet attẽdi alia diſpoſitio tacita, referendo ad ius cõmune quod eſt contra expreſſam diſpoſitionem ſtatuti.

174 Ad decimũ, † ubi allegant doct.iſtã opinionẽ

 tenen-

tenentes,ſcilicet gloſſ.in conſt.ut de ſucceſſionib. in uerſ.ex utroque in illis uerbis, ſeruato tñ ordine, qui ponitur in auth.ceſſante in uerſi. ex altero Andr.de Iſern.ubi in uerbo fratres. ibi, ſed ſi eſſent plures ubi Afflict. ibi n.19.

175 Reſpondeo,† ꝙ idem Afflict.ibidẽ n.18.refert contra eius opinionem deciſum ex tex.cõſt. ſi qñ & tex.in c.1.de natur.ſucceſ. feud.& c. 1. de ſucceſ.fratris,ſeu grad.ſucceſ.& hunc intellectum ſecutũ fuiſſe Bal. in prædicto conſ. ſanctiſſima,& Illuſtr.dña regina. licèt ipſe dicat contrariũ uerius.

176 Non obſtat† authoritas Loffredi in paraphraſe feudal. in pen. cart.col.3.uerſi.erga finitimã ſuperiorib. fol.70. Ioannes Aloyſij & Blaſci lanceæ præallegatorũ.nam reſpondeo,ꝙ mouentur prædictis argumentis quibus eſt ſupra reſponſum & Petrus de Greg.in tract.de ſucceſſione feudi q.9. uerſi.2.infero parte 4.mouentur ex auth.Blaſci in d.c.ſi aliquem ex And.de Iſern.& ratio,quam ipſe allegat,ꝙ maior coniunctio eſt in uno,quam in alio,nihil facit in ſucceſſione feudorũ quia una cõiunctio ex parte matris,ubi nõ prouenit feudũ eſt impertinens,& non habetur in cõſideratione,nec aliquẽ effectũ producit,quoad ſucceſſionẽ,pro ut ſup.firmaui:itẽ idem Petrus de Greg.in d.trac. de cõceſſ.feudi part.4.q.8.in 1.col.p.ampliatione tãgit latius hunc punctum, plures allegãs pro parte contraria, & reliquit cogitandum. & ſic dubium.

177 Præterea ratio† fundamentalis, ſuper qua fundantur præallegati doct.Loffred.Blaſcus, Aloyſi. & Petrus de Greg.qui eos ſequitur, eſt quia ſunt admiſſi collaterales ad ſucceſſionem feudi,& etiã cognati ſimul,& ſic ſublata eſt differentia cognationis,& agnationis,quia reſpondeo ꝙ hoc nõ ꝓcedit in terminis c. ſi aliquẽ:ea igitur ratione ceſſante ceſſat diſpoſitio, prout ſupra firmaui,q̃a tũc diceretur ſublata,qñ in totũ eſſet ſublata: ſecus ſi ſunt admiſſi poſt lineam deficientẽ, à qua feudũ prouenit, & ſtante cõi intellectu c.ſi aliquẽ, & ſic non ſunt admiſſi cognati agnatis exiſtẽtib. pro ut firmat in propriis terminis Berous cõſ.143.n.22. uerſ.non obſtat in 2.ubi dicit in n.23.& ex quo ſumus in illis agnatis, de quibus loquit̃ ſtatutum,ꝙ ſint præferendi ſimpliciter cognatis. ſequit̃ ergo, quoad iſtos agnatos ſatis dicit̃ introductã differẽtiã inter ipſos,& cognatos,ſic ut ſimpliciter, & abſoluta eſſet introducta inter agnatos,& cognatos. quia ſat eſt,quoad perſonas de quib. loquimur ſit introducta differentia, & diſtinctio agnationis,& cognationis quamuis nõ generaliter arg.eorũ,quę uoluit gl.in c.ſi contra.in fi.& c.fin.de officio delegat.in 6.& habet̃ in c.ſuper eo de appel.& melius Abb.& doct.in c.conſtitutis.de appel.& in c.tranſlato.de conſt.ubi ad hoc, ut caſus dicat̃ ſimilis ſatis eſt ꝙ ſint ſimiles,quoad id,de quo diſputatur, quamuis quoad alia,differãt,ergo eorũ,quę habentur in l.quod nerua.ff.depoſit. per gl.in d.auth.ita que cum his,quæ ibi uolunt doct.in regno,cum inter perſonas de quibus.loquit̃, hoc eſt introducta differentia agnationis,hmôi differentia tñ debet operari,quoad iſtas perſonas,quantũ operaretur, quoad oẽs,ſi ſimpliciter eſſet introducta inter agnatos,& cognatos, & indiſtinctè.ergo concludẽdum eſt quod, quoad perſonas,de quibus loquit̃ ſtatutũ,res reducta fuit ad terminos.l.1. C. de legit.hæred.& qũo procedat hæc reſponſio, & eius intelligentia apparet clarius in intellectu capituli ſi aliquem. de quo latius ſupra retuli.

178 Et in terminis † noſtri ſtatuti conſiderat ſtatutũ gradũ,& nõ ius ſuccedendi,quãdo uocat proximiores,& propinquiores,ꝙ utrinque cõiunctus ſit in eodẽ gradu ſucceſſionis cũ cõiuncto ex uno latere.q̃a nõ obſtat quòd gradu ſit proximior, licèt aliũ præferantur ei nõ prouenienti ex linea,à qua prouenit feudũ.probatur per tex.in l.iuris cõſultus.§.2.ff.de grad.& propter differentiã inter agnatos,& cognatos,& ubi cõiunctio ex parte matris eſt impertinens, & aliis prædictis rationibus Berous conſ.144. in 2.determinat utrinque coniunctum non præferri coniuncto ex uno latere.

Imò uulgari inſtitutione, uel fideicõmiſ.quicq̃d. ſit in pupi.firmat Berous in cõſ.145.in 2.cõiunctũ utrinque non præferri coniuncto ex uno latere tñ.

Authoritates aliorũ doctorũ allegatorũ ex aduerſo ꝓ parte cõtraria cõtra opinionẽ hãc firmatã pro parte fratris ex altero latere tñ,nõ obſtant:q̃a omnibus eis ſigillatim reſpondet Mãdellus d.cõſ. 81.n.25.uerſ.authoritates.& ſeq.uſque ad fi.conſ.

179 Ad alia† firmata per Boniornum in reſponſionibus fundamentorũ huius partis adductorum ꝓ fratre cõſanguineo reſpõdeo,ẽt ſigillatim Boniornus reſpondendo ad primũ,ꝙ c.ſi aliquem.habet interpretari,ne inducat̃ legũ correctio.reſpõdeo, pro ut ſuprà dixi.itẽ dico ꝙ lex cõis authenticorũ eſt exorbitans, dum præfert cõſanguineo utrinq; cõiunctũ propter cognationẽ eſt deuiãs à cõibus regulis iuris:quòd in eodẽ gradu exiſtẽtes æqualiter ſuccedant & contra l.maximũ uitium.C.de li. prætet.& l.prima C.de legit.hæred.ideo debet in quantũ fieri poteſt reſtringi,& non extendi ad alias diſpoſitiones,uel per actiuã, uel per paſſiuã interpretationẽ,ut deducit Corneus in conſ.219. licèt in hac in 3.maximè per ea,quę tradit Bart.in l.poſt cõſanguineos.ff.de ſucceſ.& legit.hæred. ideo reſtrictè hoc iure nouiſſimo, ut non dicatur diſponere in his caſibus.ubi adeſt differentia,& diſtincto inter agnatos, & cognatos:& ubi ceſſat ratio,propter quã fuit facta diſpoſitio iuris nouiſſimi authenticorũ,dicendũ eſt,quòd debeat ſtatutũ interpretari ita, ut nõ dicatur inducere correctionem legis feudalium:ubi in prædictis noſtris terminis diſponit,uel iuris romanorum : ubi adeſt diſpoſitio in caſu, quo adeſt differẽtia inter agnatos, & cognatos, in quibus non intelligitur diſponere ius nouiſſimum authenticorum.

180 Ad aliud,† dum dicitur a Boniorno,reſpõdeo ſecundo argumẽto pro parte conſanguinei,.quod aliàs ſequeretur abſurdũ,& prauus intellectus ponendo caſũ de eo, qui capit duas uxores,& cũ prima unũ habet filiũ,cũ ſecũda duos,& ſuccederet unus ex hac uxore,à quã ꝓuenit feudũ,& deinde unus moritur,ꝙ præferatur ille ex primo uiro,tãquam maior,ꝙ eſt abſurdũ,reſpõdeo,ꝙ prędicta argumẽtatio de abſurdo euitando,licèt poſſit eſſe æqualis conſiderationis in aliis terminis, quàm c. regni:tñ in terminis noſtri c. regni ſi aliquẽ uidet̃ clara reſolutio,dũ capitulum tollit hãc difficultatem. nam etiam ꝙ admittat fratres non cõmunes

ſimpli-

ſimpliciter,& cum fratre cõi,uel non cõi, a quocunque parẽte prouenerit feudum:quia, cũ ſimus
in feudalibus recipit intelligentiam à iure cõi feu
dali,ut cognati dicant admiſſi nõ exiſtẽtib. de a-
gnatione,ut ſupra dixi.& ſic ſucceſſiue, qa dũ ſta
tuit d.c.ſeruari debere ius francorũ,ſ.ius primo-
geniturae.iuxta tradita per Affli.in conſ.ut de ſuc
ceſſionibus n.74.75.& ius primogeniturae; ꝙ eſt
inductũ per dict.cap.ſi aliquem.eſt fauorabile in
ductum ad conſeruationem familiae,& eius digni
tatis ſecundum Crauet.conſ.256.n.3.in 2. maxi-
mè in regno,ubi eſt prouiſum aliis maſculis de ui
ta,& militia,& ſororib.de dote.cõſt.comitibus &
conſt. ut de ſucceſſionib,& in conſt.in aliquibus.
ideo debent praeferri agnati cognatis, quae de iu-
re communi feudorum praeferebatur, cum agna-
tio non habebatur in conſideratione,pro ut ſupra
in intellectu capituli ſi aliquem.latius dixi.

181 Secundo dico†iſtud abſurdum, & intellectus
prauus non põt dari intelligendo cap.ſi aliquẽ. ſe
cũdũ intellectum, ꝙ maior natu agnationis illius
ultimi morientis etiã quod ſit cõſanguineus prae-
feratur alteri fratri utrinque cõiuncto maiori. qa
ille abſonus intellectus à cõtrario nõ põt adapta
ri,qũquidem cap.ſi aliquem.ſemper habuit hunc
ſenſum, ꝙ intelligatur de fratribus cõmunibus,
& non cõmunibus cõiunctis ab illo latere, à quo
feudũ ipſum prouenit.& ſic non põt habere locũ
caſus ſupra poſitus:& ꝙ cap.regni ſi aliquem.ha-
buit,& habet ſemper praedictum ſenſum,ultra no
ſtrates in regno hoc aſſerit Blaſcus lãcea ſuper d.
c. ſi aliquem.q.5.& Affli.infra ait fuiſſe in c.Papae
Honorij,quem aliqui dicunt eſſe capitulum, ſi ali
quem. & ſecundum hunc intellectum dicit gloſſ.
in dicta.conſt.ut de ſucceſſionibus a pluribus ten.
tum,quoad dictá conſtitutionem,ut de ſucceſſio-
nibus,dicit ibi Afflict.in 7.not.n.17.18.19.

182 Ad aliud, † dum reſpondet tertio argumẽto,
reſpondet ꝙ non eſt uerum,ꝙ Andreas firmet,ꝙ
inter collaterales non datur praerogatiua,& nõ at
tendatur praerogatura inter eos, & ꝙ contrarium
teneat idem And.in c.1.§. his uero.de ſucc.fratr.
ſeu grad.ſucceſ.& gloſſ.in d.conſt.ut de ſucceſſio
nibus, imò ẽt de iure cõi feuda erãt indiuidua in
hoc idem uoluit Gulielmus de Perno in add.ad
capitulum uolentes.in fine.ſed ſi pater refutauerit
feudum hæreditarium filio ſuo tanquam proximè
ſucceſſuro. & ille præmoriatur, uiuo adhuc patre
refutante,relicto filio uel filia tranſmittit feudum
hæreditariũ ad filiũ, uel filiam ſuã, ſic ad nepotẽ,
uel nepotẽ ex auo.& ita Bernar. de Medico in cõ
pendio ſucceſ.feud.in titulo de ſucceſ.ab inteſta
to in prima forma,uerſ.ſi baro in ſua uita.& ita uo
luit Iacobus de S.Gregorio in tractatu de ſucceſ.
feud.in uerbo.& unus ex dictis uaſſallis refutauit
feudum.in 3.col.uerſic.ſed tamen 10.prædicta.&
ratio eſt, quia in feudo ex pacto, & prouidentia
ius primogenituræ, & proximitas in ſucceſſione
feudi cõſideratur tempore mortis baronis, & nõ
ante,ut concludit Andreas de Iſer.in ca.Imperia-
lem. in §.prçterea ducatus. in 7.col.de prohiben.
alien.feud.per Fideri.in cap.primo. §.præterea ſi
uaſſallus in 3.colu.quæ fuit prima cum benef.ad-
mittendi. dum allegat tex.in l.cum ita.§.in fidei-
comm.ff. de leg.2.uide etiam Andr. de Iſern. in
c.1.in 5.colu.de matur.Succeſ.feud.& Aluar.in c.
1.in 2.not. & latè Soccin.in repet.l.ſi agnatis.in
pen. colu. & ſeq. uerſiculo 7.concluſ. ff.de rebus
dubiis, & eſt tex.ad literam in cap.ſi aliquem: ibi
ille,qui ſupererit tempore mortis defuncto proxi
mior, de quo uide latius per Iuniores in rep.capi
tuli uolentes.in 5.cart.& ſeq.2.notab.
275 Et hanc † opinionem firmat Petrus de Greg.
in dicto tractatu de conceſſione feudi par.4.quæſ.
10.nu.12.uerſic.3.infero.ubi etiam firmat ex do-
ctrina Bar. relata per Iaſ.in l. poſt mortem.C.de
fideicommiſſ.illa ratione quòd declaratio poteſt
recipere functionem in tempore,& non poteſt fie
ri ante tempus in præiudicium eorum:qui ſunt in
tempore.per tex.in l.cùm pater.§.à filio.ff.deleg.
2.& per Iaſ.poſt alios in dicta lege poſt mortem
dum ait,quia cum teſtator uult,quòd hęres eligat
pauperes in mortem ſuam,in quos fieri debeat di
ſtributio patrimonii ſui,ſi hęres eligat in uita pau
peres, qui tempore mortis hæredes habeant, an
ualeat,in præiudicium pauperum, qui inueniũtur
tempore mortis hæredis. l.cùm pater. §.à filia.ff.
deleg.2.& ibi legitur.& not.in l.poſt mortem.C.
de fideicommiſſ.ubi ſi debet eligere proximiorẽ
defuncti in morte hæredis, & ipſe eligit in uita,
ut in d.iurib.ita in caſu noſtro, cũ proximitas con
ſideratur tempore mortis:ut dictum eſt,refutatio
facta in uita,non præiudicat proximiori,qui inue-
276 nitur tempore mortis.3.facit opinio † Petri de
Monte.dum ait, ſi pater dat antiquũ feudũ pacti,
& prouidentiæ in dotem filiæ inde moritur filia,
feudum deuenit ad nepotem,quod ſi poſtea mori
tur auus, præferatur in feudo ſecundo genitus, ſi
tempore mortis reperitur primus: quia nõ potuit
pater in præiudicium eius alienare. uide gloſ.in
cap.1.de grad.ſucceſſ.in feud.& not.in cap.1.de
eo,quod ſibi,& hæred.ſuccedit.hæc illa ratio quæ
potuit eorum mentem concludere, potuit eſſe,
quòd ius primogenituræ, & proximitatis ſucceſ-
ſionis feudi conſideratur tempore mortis, ut con
cludit And.de Iſern.in cap.1.in 9.colu.de natur.
ſuc.feud.& in cap.1.§.hoc quoque de ſucceſ.feud.
& in regno eſt tex.in conſtit.in aliquibus.& conſt.
ut de ſucceſſion.in cap.ſi aliquem.refert Blaſcus
Lancea in cap.uolentes.in 2.not.in nu.22.uerſic.
iſtam ultimam limitationem uerſic. item quòd
Petrus de Monte, quarto. item Cannet.ut ipſe
aſſerit ſuper cap.uolentes.fol.86.in c.& quatenus
eſt dictum confutando rationem Blaſci in nu.15.
pro opinione Petri de Monte allegat tex.in l. ſi fi-
277 lius familias.§.diui.il primo.ff.deleg.1.ubi † de ci
ditur, quòd hæres grauatus reſtituere per fidei-
comm.

tomm. hæreditatem ad tempus filiis ſratris non poteſt reſtituere ante tempus in præiudicium illorum, qui expectabant fideicommiſſ.& præiudicium conſiderat text. quia poſſet eſſe, quòd aliqui ex filiis, quibus debebat reſtitui morerētur ante euentum conditionis, non potuit hæres reſtituendo ante tempus præindicare ſuperſtitibus, quanuis in præiudicium hæredis ualeat. Paul.de Caſtr.ibidem. ſed ſeudatarius tenetur reſtituere feudum poſt eius mortem ſequentibus in gradu proximioribus, ut declarat Andr.in cap.1.§.hoc quoque.ſcribit Decius in conſ.445.ergo non pōt reſtituere in pręiudicium ipſius,qui reperitur proximior tempore mortis,quanuis poſſit in præiudicium ipſius refutantis.

278 Imò Bal.&†Imol.in dicto §.diui,dicunt,quòd quando euentus conditionis poteſt mutare formā ante exiſtentiam conditionis, nō poteſt grauatus reſtituere:quia poſſet accidere, quòd alius haberet fideicommiſſum quàm ille, quē uoluit defunctus:pariformiter in caſu iſto cùm per formam inueſtituræ,& capitulum ſi aliquem. ſuccedit proximior defuncto, ſi poſſet feudatar. diſponere poſſet accidere, quòd alius ſuccederet, qui non eſſet proximior defuncti contra tenorem inueſtituræ.

279 Pro† hac parte ponderatur etiam tex.in dicta lege cùm pater.§.à filia.ff. delegat. 2. ubi iuriſcōſult.decidit quòd filia grauata fideicommiſſo reſtituendo hæreditatem filiis poſt mortem eius, non poteſt uni filiorum reſtituere ante mortem. rationem adducit, quia in eum diſtinctio matris familias dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter cęteros habiturus eſt citra matris electionem:quę ratio ponderanda eſt nam inſert, niſi emolumentum medii temporis.ideo ſi mortuo donatario ab inteſtato non ſuccederet filius refutantis, quòd nihil prodeſt refutario.

280 Hanc † opinionē Petri de Monte refert, & ſequitur Gualt.de Paternione ſuper cap.uolentes. Blaſcum in ſua prima lectura Philippus de Predīcario in allegationibus cauſæ Sclafani.Ioan.Aloys de Septimo in cauſa Calatabillottæ mag.Curiæ iuſtificationib. feudi deli Miri. & Goffredus Riczar in ſuo conſ quod fecit pro Iacobo de Anſalone ſecundo genito. ubi dicit hanc communem Chriſtophorus de Benedictis conſulens in eadem cauſa Cannet.ipſe in cauſa Caſtri, & conſulens in cauſa terræ Verię,& alii in eadem cauſa.hanc etiam opinionem tenet Ioſeph.Cumia in rep.cap.ſi aliquē. in uerbo antiqui in 2.limitatione nu.371.& ſeq. uſque ad numerum 360.ubi allegat tantum Petr. de Gregorio pro ſua opinione & Petr.de Monte ſubſequendo. tenet hanc Ioannes Vincentius de Anna in rub.de uaſſal.decrep.ætat.à n.187.uſque ad.numerum 535.

281 Etiam†pro iſta parte faciunt argumenta Ioannis Vincentii de Anna in dicta rub.de Vaſſall.de crep.ętatis, qui tenendo contra camerarium,quę per eum deducuntur ultra prædicta, & primò arguit in nu.190.ex doctrina And.in cap.1.col.5. uerſic.hæc eſſent uera de natur.Succeſ.feud.ſcilicet inſpiciendum eſſe tempus mortis, ait quis primogenitus dicatur.l.ſi libertus patruo.§.fin.ff.de bonis liberis.idem Andr.in cap.1.in principio, & in §.hoc quoque col.2.uerſic.ſi ergo uiuens.de ſucceſ.feud.in dicto capitulo Imperialem.§.præterea ducatus. in fine.uer.ſemper dicit inſpici tempus mortis,ut quis primogenitus dicatur.

282 Et in † nu.193.dicit 2.ad hoc,ut dotata excludatur à ſucceſſione dotantis dicunt debere eſſe dotatā tēpore mortis illius de cuius ſucceſſione agitur.Bal.in l.maximum uitium.C.de liber.præterit.Alexan.conſ.83.col.3.uerſic.non obſtat.Soccin.conſ.5.nu.16.in 2.

282 Tertiò quòd † eſt quartum eius, nu.196.dum ait quòd multa ſunt dubia tempore actus geſti, quæ poſtea tempore declarantur,& cū declarantē habentur,ac ſi ab initio ita eueniſſet l.proponebatur.ff.de caſtr. pecul.ita.Andr.in c. 1. col. pen.de natur.ſucceſ.feud.idem in cap.1.in col.penult.de natur.ſucceſ.feud.idem in ca.1.col. ſexta qui ſucceſ.teneat.in d. c. Imperialem. §. præterea ducatus.in add. unde uidetur ſpectari tempus mortis, ut quis ſit proximior.

283 Arguit † etiam in nu.102.ex tex.in dicto cap. 1.in princ.de alien.ſeud. paterni ubi aliena.feud. paterni non valet niſi cōſentientibus his, ad quos feudum peruenturum,eſt aut ſucceſſurum. & ſic inſpicitur dies mortis, & reuerſionis.

284 Item † idem ex Andr.in cap.1.§.& ſi libellus in principio,vbi And.ait conceditur alienatio proximiori agnato, qui ſucceſſurus eſt.ſed nemo eſt hęres uiuentis.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hęred. ergo tempus ſucceſſionis inſpicitur.

285 Item† in nu.204.allegat Bal.in cap.1.col.4.de alien.feud.uer.idem agnatus, dum dicit, poterit dare illi agnato,qui poſt mortem ſucceſſurus eſt. item in n.205.ex doctrina And.in cap.1.§.ſi libellus uerſic.quod ergo dicit, iſta uerba in uno caſu concedit refutationem illi agnato,ad quem ſeudū erat,peruenturum. uidetur in alio prohibuiſſe.& ſic And.in dicto §.ſed & res uera.item hæc cōſuetudo,ibi ſucceſſurus ſit cōiuncto.& tamen ſemper inſpicitur tempus ſucceſſionis. ſed quando moritur primogenitus,proximiores ſunt filii,quos poſt refutationem procreauit. meritò illi admittendi ſunt,& non frater,cui erat facta refutatio.

286 Item in n.†234.dicit,quòd actus refutationis ſapit uim ultimæ uoluntatis, cùm ſit quædam pręuentio,ſeu præmatura ſucceſſio,& retinet omnes qualitates ultimæ uoluntatis.quia ſoluitur releuiū uita,& militia, & paragium ſororum licèt fiat inter uiuos,prout latiùs dixit idem de Anna in allegatione 53.& fuiſſe deciſū in illa cauſa mag.Fabii de Ieſualdo.Cumia in capitulo ſi aliquē.in uerbo antiqui.dum diſputat hanc quæſtionem à nu.370. & ſeq. allegat Petrū de Greg. in loco præallegato & deinde diſtinguit plures caſus, & dum in nu. 376.ad caſum quæſtionis noſtræ in uerſic.aut refutatio eſt facta collaterali, arguit pro iſta parte,ꝙ feudum defertur ſecundum ordinē gradus And. in cap.1.nu.de alien.feud.patr.per text.in cap.1. an ille,qui interfecit fratrem.

287 Item†confirmat ex quadam concluſione,quā ponit Curt. In tract. de feud. part.4. ex quibus cauſis feudi.amitt.nu.146.uerſic.tertia igitur eſt regula quòd ſi uaſſallus ſine cōſenſu proximioris agnati in ulteriorem gradu feudum alienat, non

præiu-

præiudicat agnatis medii gradus, qui poſſunt poſtea reuocare alienationem ex mente Mar. laud. in §. Titius filios. ad finem. ſi de feud. fuerit cõtrouerſ. Riminal. conſ. 383. n. 17. uol. 2. qui etiam adducit, quòd ſi non poteſt Vaſſallus teſtari in præiudiciũ agnatorum. c. 1. in principio de ſuec. feud. ergo multo minus poterit contrahere. l. ſeruum filij. §. eũ qui chirographum. ff. de leg. 1. in auth. diſponat de nupt. idem refert Curt. ibidem hæc dicit Cumia in loco prædicto, ultra prædicta alia ſunt ſupra. & iam eſt reſponſum infra in ſuis reſponſionibus, & conſiderationibus.

288 Pro contraria parte, † quòd attendatur proximitas, ut proximus dicatur tempus refutationis, & non tempus mortis, etiam ſi ille, cui eſt facta refutatio, moritur: quia feudum deuoluitur ad eius ſucceſſores, & nõ ad eum, qui eſt proximior tẽpore mortis baronis refutantis ipſi baroni refutãri, firmo, ꝙ quia alienatio poteſt fieri proximè ſucceſſuro: & ſi fieret, eſſet refutatio, & reſolutio iuris dantis, ex quacunque ſpecie alienationis fieret, eſt tex. & ibi And. in c. 1. pro quo fiat inueſtit. unde ſi ille, cui fuiſſet facta talis refutatio, decederet in uita refutantis, relictis filiis, quãuis morte refutantis, iſti filii non eſſent proximiores in uita refutantis: tamen præfertur ex iure refutationis patris tranſmiſſo ad eos filios, ex quo tunc nõ tractaẽ de ſucceſſione mortui refutãtis, ſed eius, cui refutatio facta fuerit, ita And. tenet in hoc ultimo in c. 1. ubi eſt tex. de eo, quod filii, ſeu agnati. ita ibi tenent omnes. & in c. 1. §. ſi libellus. in 3.
289 col. de alien. feud. pater † ubi dicunt, quod ſi tali caſu ille, cui refutatio facta fuit, decedat ſine filijs ſuccedit in feudo refutans: & pro iſta ſucceſſione refutantis ſoluit releuium. & idẽ tenet And. in dicto capit. 1. §. 1. in ultima colum. per quos fiat inueſtit. hoc argumento utitur primo Blaſcus lancea in dicto cap. uolentes. 2. notab. num. 22. uerſic. iſtam ultimam limitationem Vincentius de Franchis deciſ. 3. Ioachin. centur. 3. obſeruat. 93. & Ioannes Vincentius de Anna in repet. capit. 1. à nume. 350. uſque ad numerum 405. de Vaſſall. decrep. ætat.

290 Pro iſta parte facit, quod refutatio facta proximiori eſt perpetua, licèt moriatur donatarius ante donãtem, quod probo per tex. in d. c. primo de alienatione feud. pater, ubi poteſt fieri alienatio in proximiorem ſucceſſurum in præiudicium aliorum agnatorum. & ibi tenent oẽs, licèt clarũ ſit quod aliorũ preiudicium nõ tangit, ſi ſuper uiuat donator: quia proximiori præiudiciũ erat, ſi ante donantem moriatur. præterea, & ea faciendo in alijs refutatio eſt reſolutio Iuris donantis, & translatio in donatarium proximiorẽ: ac ſi donans eſſet mortuus qui ad hoc debet pro mortuo reputari. tenet Andr. de Iſet. in d. c. 1. §. 1. 6. colu. ad finem, per quos fiat inueſt. iuncto eo, quod dicit in cap. primo. de alien. feud. paterni, dum declarata eſt quędam refutatio.

291 Et ſic † per ſucceſſoriũ edictũ, ficut deuoluiẽ per mortem ita, ut per refutationẽ ad ſubſequẽtẽ in gradu per totũ. ff. & eod. de ſucceſ. edicto. quia non ſine miniſterio iſtã alienationẽ uocant refutationem. quia ſicut hæreditas refutata proximiori tranſit ad ſequentẽ, & non conſideratur amplius ſuperuenientia refutãtis iſta & in feudo in d. c. 1. uerſ. refutatio. dicit Bal. & Aluarottus, ꝙ ex eo ꝙ alienatio eſt facta proximiori, & refutatio. eo mortuo ſine liberis, feudũ deuoluaẽ ad alios agnatos. prædicto c. 1. de eis, q. ſucceſſerũt: agnati ergo, ſicut liberi liberis ſuccedunt: q2 1. cauſa eſt liberorũ, ut exinde de gradu in gradũ ſucceſſ. edicto.

292 Tertio † pro iſta opinione eſt tex. expreſſus in d. c. 1. de eo, qui finem facit agna. ubi donatario mortuo tranſit feudum ad filios, ſi habet, ſi uero filios nõ reliquit, remanet quæſt. inter refutantẽ, & agnatum, ut proximiorẽ, qui ſuccedat, & ſic cũ filijs nulla erit q. & illud magis clarũ uidetur decidere Andr. in d. c. 1. §. 1. in pen. col. per quos fiat inueſtit. ubi tenet, quod mortuo filio, cui erat facta refutatio ſine filijs, tunc ſuccedit pater, uel frater, ergo filii excludunt omnes.

293 Quartò hoc † decidit, in indiuiduo Bern. de Medic. dictus Saccuraſa in ſuo cõpendio: ubi tenet, quod ſi eſt facta refutatio primogenito, & moritur uiuo patre refutante, relicta filia, quod iſta primogenita excludit ſecundogenitã ex iure quæſito patri per refutationem: & iſta deciſio apparebit clarior ex reſponſionibus ad contraria. hoc etiam uidetur decidere Præpoſit. in cap. Titius. in pen. col. ſi de feud. fuerit controuerſ. vbi tenet, quòd alienatio facta in proximiorem ualet irreuocabiliter. idem tenet diſputando latè Bal. quẽ ſequitur ibi Aluarottus, Prepoſit. in cap. 1. §. ſi cliẽtulus de alien. feud. vbi ait, quod nullus poteſt dare feudum in perpetuum, niſi in proximiorem ut eſt tex. in fortioribus terminis in cap. 1 §. primo de natur. ſucceſſio. feudi. prout declarat Prepoſit. in cap. primo in 2. col. vbi uerò de grad. ſucceſ. in feud. Campixanus in cauſa terræ Veriæ. ut addit Mart. laud. in dicto cap. 1. §. & ſi libellus. & in cõſ. 119. nu. 17. inter conſ. Bruuor.

294 Hanc † opinionẽ arguendo prędictis argumentis firmat Blaſcus lancea ſuper cap. uolentes. in 2. notabili nu. 22. uerſic. iſtam ultimam limitationẽ. & nu. 23. 24. 25. 26. 27. 28. vbi nu. 29. limitat iſtam concluſionem, niſi refutatio fieret in fraudẽ agnati ſequentis in gradu tenet And. de Iſern. in cap. 11. col. 2. ad finem de alien. feudi paterni ponit exemplum. quando nõ caderet in aliquam ſpeciẽ alienationis, ſi tantũ diceret refuto tibi feudũ ex iſta deciſione, apparet †, quòd ſi aliter apparet de fraude, eſſet idẽ uidelicet. ſi pr̃ hẽt primogenitum ex eo nepotem, & ſecundo genitũ, & primo genito ægrotanti donationem facit in feudo, intelligitur in fraudem ſecundogeniti, & non ualet ſi moritur primogenitus in uita patris. facit primum capitulum. §. 1. & ibi gloſ. & doct. per quos fiat inueſtitura. & ſicut dicimus de mutuante ſtatim conſumpturo. l. ſi quis cũ ſciret. de uſu capio. pro emptore.

295 Hãc † opinionem Cannet. in loco pręallegato refutant omnia ſupradicta fundamenta ex cap. primo de feudorum alienatione. vbi permittitur fieri alienatio in proximè ſucceſſurum. ergo eſt ibi caſus legis. & ideo nullus relinquitur dubitationi locus. l. ancillæ. & ibi Bal. C. de fact. & magnatis ſit illi. l. ſi reſtringatur cũ indiſtinctè loquatur.

ergo indiſtinctè debet intelligi, etiã ſi eſſet maior
ratio in uno, quàm in alio.l.1.§.1.ff.de aleat. nam
iudicis eſt ſequi.l.non reſtingere interpret. Lucas
de Penna in l.1.col.2.C.de impon.lucra.deſcrip.
li.1.& in l.fi.col.6.7.C.de his, qui ſponte munera
ſuſcipiunt. ſi enim conditor dicti cap.uoluiſſet re
mouere præiudicium agnatorum, ſciuiſſet bene
explicare. ergo cum omiſit, ſignanter omiſit.l.1.
c.ſin autem à deficient.C.de cad.tollend.ibi Bal.
eleganter docet, dicit Cannet.ibi ideoque in illo
textu, tanquam ſuper firmam petram fundatur
iſta opinio, quę magis apparebit uera ex reſpõſio
nibus ad contraria.

297 Hanc† opinionẽ tenendo cõprobat Camerar.
in cap.Imperialem in princip. fol.30. litera,p.de
prohiben.feud.alie.per Fidericum, quòd attendi
tur tẽpus refutationis, ut refutatio fiat proximio
ri tempore actus, qui eſt proximior. quia refutans
tollitur de medio, & refutarius capit ſuo iure ſeu
dum in ca.1.de eo q finẽ fecit agnato 2.auth.Nea
pod. in cõſueti ſi qua moriens in glo.in uerbo tã
tum, ubi quærit in terminis illius cõſuetudinis, in
qua firmatur, quod non poteſt diſponere de doti
bus mulier. niſi decimã partẽ, ſtantibus filiis, non
poteſt diſponere de nouẽ partibus ſtantibus filiis
etiam ſub conditione filiorum, ſi moriuntur quia
inſpicitur dies teſtamenti, & ſic actus geſti.

298 Non obſtant† reſponſiones Ioannis Vincentii
de Anna.ibi à nu 209. uſque 222. ꝙ in caſu Iuriũ
allegatorũ per Neapodanũ erat prohibita teſtari
perſona teſtantis tẽpore teſtamenti. ſecus in caſu
noſtro. quia res eſt prohibita alienari. ſcilicet
feudum aliis, quàm proximè ſucceſſuro. quoniã
licèt Iura hoc dicant tantũ in caſu ſuo, res ẽt erat
prohibita, ſcilicet ultra decimã, & non perſona.

299 Nec ẽt† alia reprobatio Neapod.in n.213.uſq;
ad 219. qa de hoc nõ cõtendimus & nõ eſt mate
ria nr̃a, nõ me extendo: qa ſatis eſt dotata hæc q.

300 Nec† obſtat, dũ dictus de Anna dicit in mate
ria feudali non conſideratur actus ſine aſcenſu a
die actus geſti, ſed à die effectus: & ſic aſſenſu a
præſtiti, & tũc ualidatur actus. Afflict. deciſ.385.
& 286.cum aliis reſpondeo, ut infra dicam in ar-
gumento eiuſdem de Anna.in.nu.222.223.

301 Nec† obſtant contraria, & primo non obſtat
deciſio Petri de Monte, quia deciſio eius proce-
dit ſtante deciſione iuris cõis ſeudorum.c.1.§.1.
verſi.his, qui feudum dare poſſ. ubi fœmina non
admittebatur ad ſucceſſionẽ feudi: quod ipſe in-
telligit. nam ſi primogenitus moritur relicta filia,
ei frater ſuccedit in feudo, & non ſęmina, qm̃ ma-
ſculus quantumcunque poſterior, præfertur ſęmi
næ primiori, & in caſu illius capituli, ſed hoc ceſ-
ſat in regno. quoniam filia primogeniti ſi tractaẽ
de feudo patris, excludit fratres patris, ut p cõſt.
regni in aliquib.ꝗ declarat expreſsè And. de Iſer.
& And.de Piſcis in d.c.de his qui ſibi, & hæredi-
bus ſuis: ſed non conſiderauit Petrus de Monte
cauſã refutationis, uel ſi ita uoluerit intelligere,
nõ fuit bened. ita reſp. Blaſ.in ſupradicto loco.

302 Nõ obſtat† 2.quia ibi poteſtas erat coarctata
certo tẽpore, ſed in caſu noſtro cõſideratur tẽpus
duplex, ſcilicet mortis, & refutationis, ut conſide
rãt ſupra allegata iura. itẽ hinc non tractamus de
ſucceſſione refutãtis, ſed eius, cui eſt facta refuta-
tio, ut ſupra concluſum eſt: & ſic apparet defenſa
hæc opinio ſecundum eum in prædicto loco, ut
feudum pacti, & prouidẽtiæ poſſit refutari in præ
iudicium aliorum agnatorum.

303 Nõ obſtat† textus in l.ſi filius lun.§.diui. ff.de
legat primo. quia reſpondet Cannet. in prædicto
loco.n.23.ubi fuit collata diſpoſitio poſt mortẽ in
filios, qui incerti erãt, qui ſuper uiuerẽt hęred.iõ
hæres ante mortẽ non poterat eligere, & reſtitue
re alicui filiorum. quia hoc nõ permittebaẽ ei, cũ
poſſet contingere, ꝙ non ſupereſſent ei tẽpore
mortis hæredis, pro ut cõſiderat tex.at in nr̃o ca-
ſu plenè ꝓuiſũ eſt, ꝙ baro poſſit diſponere in pro
ximè ſucceſſurum, & ſic diſponit ex poteſtate ſi-
bi tributa à lege, quæ ſtatuit, & diſpoſuit ſuper
certo merito, talis diſpoſitio redditur firmiſſima
& irretractabilis. argum.tex.in l.cũ pater.§.quin-
decim.ff.de legat.ſecundo.

304 Ad aliud† de doctrina Bal.Imol.in d.§.diui. qa
dicta eorum fundãtur ex illo textu, eadem diſpo-
ſitione hoc fundamẽtum tollitur. ad l.cum pater.
§.à filia.ff. delegat.2. reſpondet idem Cannet. ꝙ
ille textus ẽt iũcto c.1.§. ſi libellus de alien.feud.
paterni determinat iſtã q. dicit enim Iuriſconſul-
tus, ꝙ in eũ diſtinctio matris familias dirigi põt,
qui inter cæteros fideiccommiſſarios, ẽt citra ma
tris electionẽ habiturus, merito in eũ potuit diri-
gi diſpoſitio in uita, ꝙ cõfirmatur per text.in d.c.
1.de feud.alienat. quę non urget in oppoſitũ in ca
ſu d.§.à filia, ut eam adducit iuris conſultus, qui-
nimo in iſ o caſu rectè quadrat & dicere, qđ hoc
intelligatur in præiudiciũ refutãtis, eſt nimis hoc
coarctatum, & extortũ cum leges, & rõnes ſint ge
nerales nullã patiuntur reſtitutionẽ, & hoc uideẽ
uoluiſſe Paul.de Caſt.in d. §. à filia dum dicit, ꝙ
ideo in d.§.à filia ſtatuitur, quòd dicta diſpoſitio
erat rationabilis, & refutatio in primogenitũ eſt
irretractabilis: merito non obſtat ille text. imo in
ratione ſui dicti decidit hunc caſum.

305 Ad† authoritates in cõtrarium adductas pro
parte cõtraria reſpondetur, ꝙ pro iſta parte ſunt
etiam authoritates, & autho. & numero non im-
pares, imò maiores, hanc opinionem attendere
tempus refutationis, non tẽpus mortis. tenet Ioã.
de Anſalano in conſ.in feudo formicæ. & idem te
net Antonius Mantellus ſuper feudo Caydumi.
Blaſcus ſuper ca.uolentes, & in allegationibus in
cauſa Caſtaniæ, in qua obtinuit. idẽ tenet idẽ Bla-
ſcus in cauſa Palatioli: ubi multi alij in eadẽ cauſa
conſuluerunt. idem Blaſcus in cauſa linguæ groſſę
Hieronymus de fimia in cauſa palatioli. & dũ con
ſuluit pro Andriotta, quod habui poſt hanc deci-
ſionem compilatam. Boniornus præallegatus in
cauſa Buccherii: iſtã opinionẽ tenuit Bernardus
de Medico d.Saccuraſa, & Blaſcus & Ioan. Aloy.
in cauſa Palatioli, dicũt ꝙ omnes eũ ſequunẽ, nec
eſt uerum, ꝙ Saccuraſa loquaẽ in tenore inueſtitu
ræ feudi hæreditarii. quia loquiẽ de filia primoge
niti, & ſecũdogeniti, ut apertè teſtanẽ eius uerba
qa q.in feudo hæreditario eſſet ridicula, & iſta o-
pinio cũ fulciaẽ maioribus, & in conuincibilib.ra-
tionibus, eſſet tenẽdã ait Cannet.ex auth. doct.in
c.1.de conſt. & dicit ita uidiſſe iudicare in cauſa

feudi

feudi Criſtiæ,in qua ipſe Cannet.tenuit contrariã partem,& ſuccubuit.

306 Et ipſe Cannet.†ibidem dixit:quòd quia hæc quæſtio eſt dubia,& anceps, & quando ipſe tenuit unam,quandoq; alteram,non determinat.& dicit,quòd opus eſt deciſione cæſarea.

307 Pro iſta opinione tenuerũt in cauſa Veriç bene dictus de Porcariis in eadẽ cauſa Fideric.Campixanus & licèt in ea cauſa fuerit primo loco per magnã regiã Curiã deciſum, in fauorem partis don Vincentii,pro quo allegabatur refutationis ualiditatem eſſe tempus conſiderandum, habito reſpectu ad tempus mortis, & nõ ad tempus refutationis: tamen de ea ſede unus antiquior, & magnæ authoritatis iudex fuit in contrario uoto, & deinde per tribunal. conſiſtorii ſacrę regię conſcientiæ fuit reuocata: & ſecũdũ hãc opinionẽ attendi debere tempus refutationis fuit iudicatum, quæ cauſa fuit deuoluta ad ſacrum conſilum catholicę maieſtatis & fuit deciſũ, ꝓ ut uotũ erat cõſiſtorij ſacrę regię cõſciẽtię.& eadẽ cauſa deinde cępta ſuper meritis, uoluit ſucceſſor don Vincentii proſequi litẽ uſque ad finẽ, & fuit tranſactione ſopita.

308 Hanc†cõmunẽ dicit don Raimundus Ramon detta in allegationibus cauſæ feudi de Mangiada yni hanc tenere Cammerarium ait Io.Vincentius de Anna in rub.de uaſſal.dectep. ætatis in n. 168. licèt ipſe in nu.230. teneat opinionem Blaſci in prima lectura quem ſequitur Cumia ſuper cap.ſi aliquem.in uerbo antiquis.2.limitat.nu.37.

309 Nec † refert dictũ Cannet.quod uideatur dubia,& indigeat cęſare,uõ enim uidetur opus eſſe, cũ habeamus hãc opinionẽ approbatã teſtibus, rationibus,& authoritatibus doctorũ maximeçauthoritatis, & huius regni principalium:& authoritates aliorum & rationes, qui in cõtrariũ allegantur,ſũt reiectę,& reprobatę per plures ſententias & deciſiones,nã in cauſa Caſtaniæ.& in cauſa Criſtiæ fuit etiã deciſũ cõtra illos,qui tenebant attendi tempus mortis:& etiã in cauſa Veriæ,licèt primo loco fuerit, non per omnes iudices deciſũ in fauorem don Vincentii, qui prætendebat attendi tempus mortis:tamẽ deinde fuit reuocata, & per tribunal Conſiſtorii ſacræ regæ cõſcientiæ ſecuta ea opinio,ꝙ attẽdatur tẽpus refutationis. & hæc ſẽtẽtia ſacri cõſiſtorii,& uota fuerũt ꝑ ſacrũ ſupremũ cõſiliũ catholicæ maieſtatis cõfirmata,ita deinde pronũciatũ, cũ confirmatione ſacri ſupremi cõſ.idẽ fuit deciſũ in cauſa Palatioli, dũ fuit libe ratus cõuẽtus,& dixit Corſettus in cauſa Veriæ.

Et in cauſa Miſirindini,in qua conſuluit Firmia ꝓ parte Andriottæ Corberæ,fuit cõcordata inter Antoninũ,& don Petrũ Corberã filiũ Andriottæ.

310 Nec obſtãt† argumenta Ioannis Vincentii de Anna, quæ in præſenti q.ponit in rub.de Vaſſall. decrep. ætat.à nu.190.uſque ad nu.227.nã reſpondeo primò, quoad primũ, dicto c.1.in princ.de alien.feudi paterni, quod ille text.nõ loquitur,qñ alien. facta eſt cũ conſenſu proximè ſucceſſuri.qa eſſet adaptare ad caſũ, qui nõ poſſet accidere in rerũ natura: quia ſi nulli alii ſunt tẽpore refutationis,cui feudũ eſt recaſurum,niſi illi cui eſt facta refutatio, ſatis dictũ pro nobis facere uidetur tex. cũm cõſentiat ille, in quem feudum eſt recaſurũ, ſeu reuerſurũ eo tempore. quia dũ ponimus caſũ proximè ſucceſſuro,intelligimus de eo,in quẽ feudũ ſit peruerturũ,& reuerſuru uec lex,ſeu diſpoſitio ad caſũ triſtis euentus adaptatur. l. inter ſtipulantẽ.§.ſacrũ.ff. de uerb. obligat. ſcilicet mortis eius,cui eſt facta refutatio,præueniet mortẽ refutantis, & ſufficit quòd tẽpore actus geſti termini ſint habiles, maximè quia dicta diſpoſitio tex.in dicto capitu.1.contradiceret ſupradictis iuribus, & concluſionibus: quod refutatio ſit perpetua, & irretractabilis, & reſolutio iuris refutantis. & ſic nõ eſt tractandum amplius de ſucceſſione refutantis:quia dicitur refutans ſublatus de medio, & pro mortuo habetur, ut ſuprà eſt firmatum.

311 Et ad†aliũ de dicto And.Iſer. §.& ſi libellus, dũ Anna interpretatur illa uerba proximè agnato,qui aliàs ſucceſſurus eſt in uerbũ ſucceſſurũ de hærede Intelligat.

312 Reſpondeo † quòd eſt cõtra naturã feudorũ, maximè in feudis ex pacto,& prouidentia nõ deuoluiẽ feudũ iure hæreditario,ut reſpiciat qualitatẽ,& ius ſucceſſionis,ſed tantũ edictũ ſucceſſoriũ & ſic qualitatẽ,& ius ſucceſſoris:& cũ dicunẽ ſucceſſuri ſcilicet de uocatis in inueſtitura, nõ habẽt reſpectus uſque ad tempus mortis, nec ad tẽpus, à quo ſucceſſio defertur, cũ ab illo initio cõceſſionis habeant, & capiant ſucceſſores, uõ à tẽpore mortis, & propter mortẽ maximè, cũ ex ſupradictis ꝓbatũ fuerit ꝙ & ſi admittanẽ,& uocati dicanẽ ordine ſucceſſiuo: tñ omnes deſcẽdentes uocanẽ.& licitũ eſt inter eos,qui pręcedũt poſſe alienare in ſubſequentẽ, & ꝓximũ ẽt nõ expectata morte. ergo attẽdi debeat ꝓximitas tẽpore actus quando geritur,& perficitur.

313 Ad aliud†Bal.d.in c.1.dũ diciẽ,ꝙ poterit dare illi,q poſt mortẽ dantis eſt ſucceſſurus, reſpondeẽ,ꝙ nõ reſtrĩgiẽ tex. ad ſucceſſurũ poſt mortẽ, ſed generalis.ergo generaliter &c.ut in prima dictũ fuit,& ſufficit, ꝙ ſit ſucceſſurus in potẽtia, & nõ in actu:qa eſſet reducere actũ refutationis ad tẽpus mortis, quo nõ poteſt ꝑ mortuũ fieri, nec Bal.dicit,ꝙ ſi in tẽpore actus geſti eſt poſt mortẽ ſucceſſurus, ſi deinde præmoritur donatarius, retractatur donatio quia iam ſi uiueret, ſuccederet donatarius ipſe poſt mortem.

314 Eodẽ modo † tollitur, & aliud de dicto And. in dicto §.& ſi libellus, coadiuuantur hæ duæ reſponſiones ex eiu,quæ dixi ſuprà, & ꝙ aliàs eſſet cõtra iura, q̃ diſponunt, ꝙ refutatio facta ꝓximè ſucceſſuro,ualet,neque retractaẽ, & eſt perpetua.

315 Ad aliud†de perfectione actus,ꝙ attendiẽ tẽpus actus perfectionis,& nõ actus,qñ fit,& ſic qñ interuenit cõſenſus, reſpondeo,ꝙ termini ꝑdicti ſũt diuerſi a nr̃is, dũ loquunẽ in caſu qñ alienatio nõ tenet ſine cõſenſu dñi.qa ſit facta ſine cõſenſu dñi ſtat in pendenti & habet ſpẽ recõualeſcentiæ donec habeẽ cõſenſus, actus nõ eſt perfectus de quo latè dixit idem Vincentius de Anna in cõſt. cõſt.diuæ memoriæ à n.204.uſque ad n.210.ſed in terminis nr̃is actus eſt perfectus,ex nũc quo tẽpore fit refutatio,nec reqriẽ dñi cõſẽſus nec agnatorũ.qa,ut dixi ſuprà ipſe eſt ꝓximior,q debebat cõſẽtire, & ꝑfectus & ualidus de iure eſt actus eo tẽpore,quo fit,& nõ requiriẽ aliqd aliud poſt eũ.

316 Nec ultimű† Ioannis Vincentii de Anna, q̃ di
cit ꝙ refutatio haber uim ultimę uoluntatis, cũ ſit
q̃dã ꝑuentio, ſeu ꝓmatura ſucceſſio. q̃a reſpondeo
magis fortificat hoc argumentű opinio quòd at-
tendatur tempus refutationis: quia poſtquàm per
hanc pręuentionem, & pręmaturam ſucceſſionẽ
eſt ingreſsű feudű lineam unius ex ſucceſſoribus
uocatis in inueſtituram, non poteſt deuenire ad
aliam lineam, niſi finita linea iſtius, cuius feudum
ingreſsű eſt: ut ſuprà latius firmaui in alia præce-
denti quæſtione. ergo donec ſuper ſűt deſcenden
tes refutatarii, non poteſt ad alios deuenire feu-
dum, nec alius quàm eius ſucceſſor poteſt dici tẽ-
pore mortis proximè ſucceſſurus in feudo.

317 Ad dictű † per Cumiam in dicto ca. ſi aliquẽ.
in uerbo antiquo. n. 376. uer. aut refutatio, reſpon
detur etiam quod dictű And. per eű allegatű nõ
poteſt adaptari ad caſum noſtrű, vbi feudum nõ
deuoluitur ex ſucceſſione ſed iure permittente
exit de dominio unius ex uocatis ad inueſtiturã,
tunc domini poſſeſſoris, & tranſit in aliű etiam
de uocatis, ex diſpoſitione à Iure permiſſa ſcilicet
refutando. & ſic lex habet oculű, & reſpicit requiſi
ta actus tempore actus geſti, ſ. quòd ſit pręuentio
in ſucceſſ. de iure permiſſa, & præmatura ſucceſ-
ſio. ergo ordo gradus, eſt ille, q̃ reperit tẽpore a-
ctus, & deinde feudű cű ſit ingreſſus unam lineã
per illű modű, & mediű refutationis, nõ redit ad
aliam, niſi ea finita, ut dixi latiùs in præcedenti q.

318 Nec† etiã obſtat aliud dictű Cumiæ ibidẽ nu.
377. quia reſpondeo, ꝙ agit in caſu ꝑ eű poſito in
alienatione facta, nõ in caſu ꝓmiſſo, ſcilicet in re-
futatione facta ꝓximè ſucceſſuro, qñ fuit facta alie
natio in priorem, & permitti proximiori fieri locű
alio immediato, & proximo, & ſubſequenti, pro
ut in nr̃o caſu: ſecus in remotiorem permittendo
& conſentiendo in præiudiciű tertii, & immedia
torű, qui ſunt magis propinqui tempore actus ge
ſti, & refutationis, quàm materiam latè ponit Pe-
trus de Gregorio de conceſſione feudi, parte 4. q.

319 Et etiam† aliis, quæ in reſponſionibus argu-
mentorű Blaſci, & dicit Cumia in n. 380. 381. 382.
383. ſatis ex ſupradeductis patet reſponſio.

320 Et quia in fauorẽ Andriottæ Corberæ, & ſuo-
rum filiorum in cauſa huius baroniæ Miſirindi-
ni, ad quẽ debuiſſet ſpectare poſt mortẽ Ioannis
Corberę baronis refutantis Hieronymus de ſimia
diſputauit, & cõſuluit firmando omnes prædictas
quæſtiones contra Boniornű: qui de ſimia ex quo
fuit magnus feudiſta, & ſuo tẽpore de principali-
bus doctoribus huius regni, ideo eius conſultum
poſt hanc deciſionem tranſcribere uolui pro con-
firmatione prædictarum concluſionum. quia hoc
conſiliű habui poſt explicitã hãc deciſionẽ: licèt
hic de eo faciã mẽtionẽ, nec tẽpore huius deciſio
nis mag. reg. curię. nec alteri Iud. fuit exhibitum.

320 Ex ſupradictis† omnibus quęſtionibus cõcluſis
& ſuprà concludendum in dubitanter, & ſine du-
bio, quod ſucceſſio in baronia Miſirindini ſpecta-
uit, & ſpectat ad filium Andriottæ, poſt mortem
Andriottæ. & ſic ad Petrutium Corberam, & poſt
mortẽ Ioãnis fuit uſus fructus cõſolidatus cű pro
prietate, q̃ erat penes filios Andriotę nõ obſtante
narratiua in tranſactione facta cű tutore prædicti
Petrutii, & dicto Antonio. & ſic per trãſactionem
fuit acquiſita baronia prędicta Miſirindini per An
toninum patrem iſtius Vincentii Corberæ, & non
poteſt prætendere ſpectaſſe uti legitimum ſucceſ
ſorem poſt mortem Ioannis, ergo ipſe Antoninus
321 dicitur primus acquiſitor, † & tanquam primű
acquiſitorem ſub quacunque forma ſit feudű per
Antoninű potuit ad ſuę libitű uoluntatis alienarĩ
& ſubiugari And. de Iſern. in conſt. conſtitutionẽ
diuæ memoriæ. in prima col. in principio. & in c.
1. §. & ſi libellus in 3. col. n. 9. uer. ſed nunquid. de
alien. feud. pater. & in cap. 1. §. Titius. uer. quid ſi
Titius. & in fine ſi de feudo fuerit controuer. quẽ
allegat, & ſequitur Petrus de Greg. in tractat. de
conceſſione feudi, quęſt. 7. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. part. 3.
& per totam quæſtione nu. 56. dicit, quod eodem
322 modo† poterit primus acquiſitor feudi prædicti
de ipſo feudo liberè diſponere & illud non nomi-
nato in conceſſione aſſignare, ſeu præallegare, &
etiam ipſi feudo, quodcunque onus, & grauamen
imponere, & diſponere de fructibus feudi à ſolo
ſeparatis, poſt mortẽ ſuã in perſonis aliorű filiorű
ſuorű in his terminis loquitur Bal. in l. 1. in ultima
col. uer. non quæro. C. per quas perſonas, & Bal.
in c. 1. in princ. in 4. col. ver. quæro, utrű pater in
fine de prohib. feudorum alien. per Fidericű Bal.
in dicta auth. ſi quas ruinas. in pen. col. de ſacro
ſanct. eccleſiis & Franciſcus Aretin. in dicta lege
apud Iulianum. ſiquis aliam. ff. de legat. 1. & Iaſ. in
dicta lege 2. nu. 207. ver. 22. vltimo quęro cum plu
ribus aliis concord. de iure empt. Franciſus Curt.
in tract. de feud. in 1. parte nu. 131. titulo, an teſta
tor Aretin. in conſ. 52. incip. diligenter & quod
323 primus† acquiſitor poteſt quodcunque, onus, &
grauamẽ imponere in ꝑiudiciű ſucceſſorű ſuorű:
& in eo grauare fideicõmiſſo uniuerſali, vel par-
ticulari, vbi per eű, & Afflict. deciſ. 252. incip. ma
gnificus in princ. deciſ. 138. incipient. ſtante con-
ſtitutione regni in fine, dű loquit̃ de legato facto
per patrem primű acquiſitorẽ de certa portione
fructuű feudi noui filio ſecũdo genito quolibet an
no præſtandorű à filio primogenito à ſolo ſepa-
ratorű. quos refert, & ſequit̃ Petrus de Greg. idi-
dẽ in dicta q. 7. n. 56. 57. 58. & latè Can. in repet. c.
uolentes. folio 79. incipient. Quibus explicitis. qui
ultra doct. hanc dicens communem, pro ut Iaſ. in
§. flauius dicit ex Io: Aoys. de Septimo in cõmen-
to cap. uolentes. in 8. effectu omnes ſiculos tene-
re hãc opinionẽ, tã in gloſ. quã in conſiliis, ſecun-
dű quã declarat. mag. reg. Curiæ nulla in hoc ad-
miſſa diſputatione, & ſecűdű eã iudicaſſe regẽ Al
phonsű, & ipſe Can. nunquã uidit de hoc dubitari
in magna regia Curia licèt ipſe teneat contrariű.

Sed idẽ Cannet. ibidem in dicto cap. nolentes.
ibi in alio ver. ſeu cap. incipient. quid ſi fuerit. ſol.
81. 82. refert plures ſiculos tenere hanc opinionẽ,
etiam quòd primus acquiſitor habeat feudum cű
clauſula iuris francorum: & dicit ex Perno in cõſ.
11. hanc opinionem æquiorem, & ueriorem &
quod hæc opinio in regno ſit recepta, nemo au-
det diſputare ab eà nõ eſſe recedendű in iudican-
do. q̃a ſecundű eű minimè ſűt mutanda, quę inter
pretationẽ certã ſẽper habuerűt. l. minimè. l. ſi de
interpretatione. ff. de legibus. Dec. in C. at ſi cler,

col. 17.

col.17.de iud.ubi dicit Dec.ꝙ illa opinio eſt tenẽda, ſecundum quam ſępe, & ſæpius fuit obſeruatũ quanuis cõſtet alteram opinionẽ, & apparet eſſè ueriorem, & communiorem. Et Cannet.dicit ibi: ideoque tenenda in iudicando opinio iſta, cũ fuerit recepta, & obſeruata. comprobatur hęc opinio ex Vincentio de Franchis deciſ.1.n.30.31.& deciſ.363.n.5.poſt Iulium Clarum de feud.q.41.ergo ſubiugationes factæ per Antoninũ primum acquiſitorem tenent, & non opus eſt ingredi difficultatẽ, an ſtante forma feudi ſubſiſtant, & an proceſſerint, & ſubiugationes fuerint factæ ex cauſa legitima, ut præiudicet ſucceſſoribus: cũ primus acquiſitor non ligetur aliqua forma, & poſſit ſicut in totum ita in parte præiudicare ſucceſſoribus, onus, & ſubiugationes imponendo ſuper feudo, pro ut etiam latius dixi in alia mea deciſione.

324 Quoad † aliud caput deductũ per aduocatos Vincentij Corberæ prætẽſi baronis, ſcilicet quod refutatio facta per Ioannem Corberam Andriottę Corberæ eius fratri fuit nulla, quia facta cum reſeruatione uſusfructus durante uita Ioannis, quo caſu tam ſi conſideramus uſum fructum, pro ut iuris eſt, quã pro ut facti, ſemper dicitur pars feudi. ex not.ind.l.uſum fructum ff.de uerb.obligat.& l. rectè ff.de uerbor.ſignifica.quo caſu alienatio eſt nulla cõtra diſpoſitionẽ cõſtitutionis cõſtitutionẽ diuæ memoriæ. quæ conſtitutio quoad hoc quod feudũ alienatur integrũ, & nõ diuiſum, non dicaẽ correcta per c. regni uolentes. quoniã diſponit, & permittit alienationem abſque cõſenſu regis, dicit feudo ipſo indiuiſo, & integro perdurãte.late ita firmat, & cõcludit ex pluribus Cannet.ſuper c.uolentes, in c.Incipiente. & quia permittit fol. 154.& c.ſeq.fol.157.refert idẽ tenere Blaſcũ lanceã ſuper eodẽ c.uolẽtes.Loffred.cõſ.3. & ita fuiſſe iudicatũ in cauſa franci fontis, & ita aliàs ipſe Cannet.in cauſa feudi Chabicę.& ego ita tenui in cauſa feudi Giroſæ. Beneuent.in c.imperialem litera,t,ã fol.30.31.32.33.

325 Cui argumento, † & motiuo in pręſenti cauſa facto ex aduerſo facilis eſt reſolutio. qa quicquid ſit de ueritate iſtius cõcluſionis, an poſſit feudũ ex diſpoſitione c.uolentes. alienari reſeruato uſufructu, ut in totũ annulletur, an ꝓ parte, ſ. uſus fructus tantũ, & dicatur tm̃ reſeruata perceptio fructuum, ut eſt facti, & quòd non dicatur diſmembratio ꝙ allegat, & firmat Blaſcus lancea in cauſa baronię Calatabillottę ꝓ ut refert Can.in p̃dicto loco ſuper c.uolẽtes.in c.primo, & corellarie.

326 Attamẽ † qñ fit refutatio proximè ſucceſſuro tempore donationis, & refutationis ualet donatio cũ reſeruatione uſusfructus ratione illa fundaẽ.qa nõ remanet ſub prohibitione conſtitutionis cõſtitutionẽ diuę memoriæ, diſpoſitione cap.uolentes. qa nec conſtitutio conſtitutionẽ, nec.ca.uolentes, corrigũt c.primũ.§.ſi libellus.de alien.feud.paterni.& ibi & cõiter And.ibi qa refutatio de iure cõi ualet abſq; cõſenſu regis facta ꝓximè ſucceſſuro ut, ſuprà firmaui: nec de iure cõi erat prohibita diſmembratio, cũ de iure cõi per illũ §.& ſi libellus. poterat refutari feudũ in proximè ſucceſſurũ ꝓpter ſpẽ neceſſariæ cõſolidationis, & in regno noſtro.& hæc opinio & limitatio ad p̃dictã concluſionẽ fundata, & corroborata ex c.regni ſub rege fiderico c.11.fol.35.incip.corũ fraudibus ĩ p d. c.firmat hãc opinionẽ, & limitationẽ Bernardus de Medico d. Saccuraſa in ſuo cõmẽtario in tit.de ſucceſ.ab inteſt. in prima forma Blaſcus lãcea ſuper c. uolentes.in 2.& in 4.notab.Io.Aloyſ.de Siptimo in cõſ.cauſę linguęroſſæ.Petrus de Greg.in tractatu de cõceſſione feud.part.8.q.16.n.51.uer. ex quibus inſero ꝙ:quos refert, & ſequiẽ don Raymundus Ramondete in allegationibus cauſæ feudi poſſeſſorũ de mangiadaini, hãc ꝓ limitatione ad ſupra firmata ꝓ cõtraria parte ponit idẽ Can. in repet.c.uolentes.incipien. & corellarie. nec eſt n.36. in fine & hãc opinionẽ ꝓ indubitata in regno haberi, & omnes eã tenere dicit Can.& in d. loco ꝓximè allegato in fi. & equidẽ dixi in allegationibus cauſę feudi Iroſę de membris baroniæ Reſuttanni.nec aduocatus aduerſæ partis in præſenti cauſa negabat hanc limitationem, ſed replicabat Andriottam nõ fuiſſe proximè ſucceſſurũ: & in hoc iam fuit in præcedentibus quæſtionibus ſupra diſcuſſis reſolutũ Andriottam fuiſſe proximè ſucceſſurũ tẽpore donationis, ſeu refutationis.

327 Imò plus † ex parte cõuentorũ in cauſa oppoſitoria, ꝙ deberent executiones procedere, addebant ex alio ſubiugationes ſubſiſtere debere, & nõ potuiſſe reſpectu Vincẽtii prætẽſi ſucceſſoris feudo impediri exactio, & ex fortiori effectum ſuum nam dicebaẽ, quòd tempore mortis Ioannis Corberæ ultimi baronis refutantis Andriottæ ſupererat Iſabella Bonet. ſoror. utrinq; cõiuncta Ioanni & ſicut ſupra fuit firmatũ per argumenta, quæ fuerũt adducta ꝓ Antonino in illa q. ꝙ frater utrinque cõiunctus præferatur cõiuncto ex uno latere, faciũt pro Iſabella q eſſet defuncto proximior, nec Antoninus nepos præferebaẽ tam reſpectu utrinque cõiũctionis, quã ſubintrationis ut ſupra firmaui.ergo quia Iſabella in ſecũdo gradu & Antoninus in tertio ut ſuprà dixi ſexus præferẽ inter exiſtentes eodẽ gradu nec fęmina excludiẽ per maſculũ in remotiori gradu exiſtentẽ.hãc q.pro ſorore baronis ultimi defuncti cõtra nepotem filiũ ex altero fratre non barone pro mortuo ponit, & firmat Ioannes Aloyſius de Septimo in c.ſi aliquem.& hanc dicit opinionem tenere Bernardum de Medico dictus Saccuraſa, & amplecti omnes.& fuiſſe iudicatũ ſecundũ eam per magnã regiam Curiã cõtra baronẽ Militelli: & pro ea cõſuluiſſe Bal.Nouellũ, & Philippũ de Paternione in cauſa Comitatus ſclaſani.& in cauſa fluminis Dionſiii primo, & ſecũdo iud. & iſtã partẽ tenet Bal.in auth.ceſſãte.C.de legit.hęredib.& in l.quoties C. eodẽ & Io.Aloyſ.de Sept.ponit hãc, & firmat ex pluribus per totũ cõmentũ d.c.ſi aliquẽ uſque ad finẽ reſpondet contrariis adductis pro parte nepotis hãc opinionẽ tenet & firmat Petrus de Greg.in tract.de conceſſione feudi par. 4.q.4. vbi per totã queſtionẽ diſputat reſpondẽdo cõtrariis argumẽtis.hãc tenet Cannet.in rep.c.ſi aliquẽ. in c.incipi.& multò magis fol. 293.Ioſeph.Curia in c.ſi aliquẽ in uerbo gradu n. 104.uſque ad n.108.

328 Nõ obſtat † aduerſus prædicta, dũ dicebatur, ꝙ erat exceptio iuris tertii ex l.11.ff.excep.rei iudica.allegabaẽ ẽt in materia feud. And.in cõſt.ſi

dubitatio uerſi. ita ſit poſitum Pernus in conſilio
uigeſimo ſecundo.

329 Item† quòd hodie feudum eſt, quod loquitur
cum lingua poſſeſſoris pro propria exoneratione,
& quod poſſeſſorem non oportet probare ſe do-
minum, quod ſatis eſt, quòd quis poſſideat ad
effectum detinendi. allegabatur gl. in conſt. cõſti-
tutionem diuæ memoriæ. Pariſ. de Put. in tract. de
reintegrat. feud. folio 526. ubi allegat And. in titu.
de controuer. inter maſculum, & fęminam.

330 Nam† dico, ꝙ non obſtat, ꝙ dicebatur ex par-
te iſtius Vincentii, & ẽt inquilinorum, qui fuerant
coacti præſtare ẽt, quod ſoluiſſent, quòd allegare
Iſabellã Bonet. fuiſſe nerã ſuccedittricem in feudo
& baronia ipſa Miſirind. eſt exceptio iuris tertii.

331 Quoniã† reſpondeo, ꝙ allegare, ꝙ hypotheca
coutracta ſuper baronia, & ſubiugatio, ꝙ fuit reſo
luta per mortẽ Antonini prętẽſi baronis, poſtquã
mortuo Ioanne ſi ſucceſſiſſet Iſabella, & poſt eius
mortẽ ſucceſſores ex ea, uel alii ſucceſſores dice-
re, ꝙ hypotheca, & ſubiugatio fuit extincta, hæc
exceptio, & allegatio nõ pertinet ad Vincentium
tertiũ, nec ad inquilinos, & ſic retorquetur argu.
cõtra eũ, quia dicere de reſolutione iuris, & hypo
thecę, & eius nullitate ſpectat ad eñ, ad quẽ domi
niũ ſpectat cuius fauore actus reddiť nullus, & in
ualidus nõ ad tertiũ Socc. cõſ. 78. n. 4. 5. 6. 7. 8. n. 4.

332 Vbi Soccin.† dicitur, ꝙ quando obiicitur pri-
uatio iuris ipſo iure ſi aduerſarius noluerit, nõ po
teſt tertius talem exceptionem opponere gl. in l.
ſecunda ff. ſi ager uectigal. & glo. communiter ap
probata in l. 11. C. de iure emph. Bar. in l. 11. ff. de
except. rei iudicat. 2. arguit ex Bal. doctrina in l.
333 cũ ſeruum quiſpiã C. de ſerui fug. ubi dicit† ꝙ
aut obijcitur tertio priuatio ipſo iure cũ effectu,
& poteſt: aut fit priuatio ipſo iure, ſed non cum ef
fectu: & tunc obijci non poteſt. iuxta tradita per l.
is, cum ſeq. §. 1. ff. familia herciſcun. vbi dicit, ipſa
bona ſint ipſo iure translata in filium, tñ poſſet nõ
acceptare talem trãslationem. & ſic cum effectu,
ipſo iure dicitur facta priuatio, & reuocabiliter: ſi
cut ẽt dicimus à die mortis dominium rei legatæ
trãſit, dicitur ipſo iure translatũ in legatarium. tñ
non cũ effectu. & in nu. 8. & ex Raphaele fulgo. in
334 d. l. 11. C. de iure emphit. vbi vult, ꝙ† ſi ego emo
ab eccleſia ſine ſolennitate, licet contractus ſit ip
ſo iure nullus, tñ ſi ago contra tertium, non poteſt
hæc mihi opponere: & ita dicit de facto fuiſſe iudi
catum. & Socc. ſeqnẽdo Crotus in conſ. 119. n. 11.
dicit eam ueram, & a pluribus ſecutam Menoch.
conſ. 20. nu. 52. & ſeq. in 1. lib. ait, ꝙ declaratio eſt
335 neceſſe, quia quando† nullitas, & reſolutio eſt in
ducta in fauorem alicuius, habet in ſe tacitam cõ-
ditionẽ, ſi ille uoluerit l. 11. ff. de leg. commiſſor.
& ait, quod hic contractus ipſo iure nullus intelli
gitur, Si is, cuius fauore annullatur, declarauerit.
l. Iulian. §. ſi qs à colludẽte. ff. de actio. empt. Bar.
in l. & eleganter, ff. de dolo. & ibi cęter. doct. Iaſ. in
l. trãſact. finita. n. 3. C. de trãſact. Anch. cõſ. 147. Be
336 rous cõſ. 61. n. 34. 32. in primo, † q loquiť in ter
tio poſſeſſore uolente ſe iuuari à tertio, à quo non
habet ius, & cauſam. fuſius in ſuis ſing. in uerbo
actus nullus. & Surdus conſ. 9. nu. 56. 57. in primo.
latè in conſ. 119. n. 7. & ſeq. & per totum.

337 Non obſtat† de cõſ. Cephal. quod poſſet in cõ
trarium allegari conſ. 133. quia loquitur in tertio,
qui habebat ius, & cauſam à cõtrahẽte, uel ab eo,
cuius fauore inducta erat nullitas. & quia eſſet ſuc
ceſſor, ꝙ põt cõtingere in ſucceſſorib. Iſab. Bone.

338 Nec† obſtat Burſat. in conſ. 82. quia agebatur
de nullitate inducta contra formam legis, & ſtatu
ti, quo caſu etiam partes poſſunt actum nullum,
& expreſsè paciſcendo facere eum, ut tale, ſed ut
aliud factum: eodem modo reſpondetur ad conſi
lia Ruini conſi. 39. & conſ. 40. in 5.

339 Et ſic† ſecundũ Crotum in conſ. 119. n. 6. in fi.
poteſt replicari huic Vincentio Corberę præten-
ſo poſſeſſori, licèt iniuſto, baroniæ prædictæ Miſi-
rindini, & inquilinis conuentis, ꝙ quoad nos libe
ras ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer-
uit. uendicetur. quia ille, cuius intereſt opponere
de nullitate ſubiugationis ſuper ipſo feudo ad eã
Iſabellã ſpectante per Antoninum prętenſum ba
ronem, & illegitimũ poſſeſſorem, dũ non excepit
de nullitate ipſius ſubiugationis, uideť quoad ſui
prę iudiciũ conſentire. Ruyn. cõſ. 93. n. 8. in 3. imo
in terminis noſtris ſufficit, ꝙ interuenit cõſenſus
don Petri Corberæ, dũ Antoninũ fecit obligare,
& cõſenſit ſubiugationi dõ Petri de Greg. in actu
tñ ſucceſſionis, à qua ſubiugatione aliqua pars ꝓ
ſoluendis interuſuriis procedit capitale illorum
reddituũ, & ẽt interuenit eius conſenſus in aliqui
bus ſubiugationibus, de quib. agitur, & d. don Pe
trus Corbera eſt uerus ſucceſſor, ut ſupra firmaui

340 Et dum† ſupradixi, ꝙ ex quo nullitas ſubiuga
tionũ eſt fauore Iſabellæ ſuccedittricis: ſi hoc eſt
eſt uerificata conditio in uita, quæ eſt, ut intelliga
tur, ſi uoluerit, cum ipſa, & ſui deſcendentes, ni-
hil dicunt, ut ſupra firmaui, & ſi interuenit con-
ſenſus don Petri Corberæ ueri ſucceſſoris in hac
baronia, qui modo uiuit, qui don Petrus eſt ue-
rus ſucceſſor, ut ſupra firmaui, fortius procedunt
prædicta.

341 Non obſtat† aliud, quod feudũ ipſum loquať
cũ lingua poſſeſſoris. de gl. in cõſt. cõſtitutionem
diuę memorię. & in And. de reinteg. feud. fol. 126.

342 Quoniam† reſpondeo, & dico, ꝙ diuerſi ſunt
termini prædicti a noſtris, quia ubi alienatio fit ſi
ne conſenſu domini, alienatio nõ tenet, & eam ẽt
poteſt idem alienans reuocare. & quando eſt pars
feudi ſic diminuta, dum feudũ ipſum petit reinte
grationem: & ſic quatenus prædicta uera eſſent,
quia pro nunc non pono pro conſt. termini ſunt ſa
tis diuerſi: quia, pro ut dixi in alia mea deciſione
incipiente. facta petitione.

343 Feudum † de iure etià abſque conſenſu regis
in regno hypothecari põt, & ſubiugari ex diſpo-
ſitione c. uolentes, quod non permittit diſmẽbra
ri, & partis feudi alienationem, & quoad ſubiuga
tionem permittit expreſsè pragmatica ſuper bul
la regis Alphonſi, ſuper feudis fieri poſſe, & etiam
ſub rege Ferdinãdo. c. 6. ſub eodem rege c. 59. Pe
trus de Gregorio de conceſſione feudi, par. 8. 16.
q. 78. & Cannet. ſuper c. uolentes. licèt ſibi contra
rius, prout dixi in dicta mea deciſione: & ſic non
ſumus in terminis conſt. conſtitutionem diuæ me
moriæ, nec aliorũ iuriũ prohibentiũ alienationẽ,
& hypothecã, ſine cõſenſu dñi, ſed in caſu, ubi eſt

permiſſa,

permiſſa, & non eſt nullus actus: licèt ad præiudi-
cium ſucceſſorũ poſſit per ſucceſſores reuocari,
pro ut latius dixi in alia mea deciſione. ergo eſt
mera exceptio iuris tertii, & argumentum retor-
quetur contra opponentes.
344 Et tanto † magis omnia prędicta de plano pro
cedunt in regno: poſtquam eſt permiſſa alienatio
feudi, ſtante diſpoſitione capi. uolentes, per quod
capitulum eſt correcta diſpoſitio legis communis
feudorũ, per quam prohibebatur alienatio, & per
diſpoſitionem c. uolentes, eſt alienatio permiſſa,
cuiuſcunque ſit naturę feudum. & licèt in præiudi
cium agnatorum teneat in uita, & nõ poſt mortẽ,
quia intelligitur permiſſa cum temperamento: ſe
345 cundum cõmunem intelligentiam, ſcilicet † for
ma feudi non repugnante. hoc tñ habet declara-
tionem, ut ualeat ẽt forma repugnante. ſed ſubia
ceet reuocationi, quoad agnatos non cõſentientes.
tñ ipſa alienatio eſt ualida, & tenet, & non eſt nul
la ipſo iure, ſed opus eſt agi reuocatoria. per not.
per Ioannem Aloyſium de Septimo, ſuper c. uolẽ
tes. in nu. 18. & ſeq. in uerſic. quinta intelligentia.
Blaſcus Lancea ſuper c. uolẽtes. in 2. notabili uerſ.
feudis uerò antiquis, & uerſ. ex iſta interpretatio
ne. n. 19. 20. 21. ubi concludunt, quod natura feu-
dorum in regno eſt mutata per c. uolẽtes, & facta
ſunt feuda alienabilia: quia eſt permiſſa alienatio
ſine conſenſu regis, licet permiſſa intelligatur abſ
que tamen agnatorum præiudicio, quibus eſt quæ
ſitum ius ex inueſtitura. quia ex quo non expreſſit
de iuribus agnatorum, non uidetur text. uoluiſſe
tollere ius tertio quæſitum, ergo ualet, & tenet a-
gnatis, quibus competit non reuocantibus, pro ut
ſupra eſt firmatum, & non eſt ipſo iure, nulla ſtan
te diſpoſitione capituli uolentes. & latius dixi in
allegationibus, quas feci ꝓ donna Ymara bene ui
des, & Santapau principeſſa Buteræ in cauſa Mar
chionatus Licodiæ, quã habebat etiam cum don
Fabritio Brãciforti Comite Mazareni, modo prin
cipe Butere.
346 Alia fuerũt † deducta capita oppoſitionũ pro
retractandis executionibus in cauſa oppoſitoria
quæ diſputari potuiſſent, ſi non fuiſſet firmatum,
pro ut magna Curia cenſuit illum Antoninum ſub
iugantem partem iſtius Vincentii Corberæ prętẽ
ſi poſſeſſoris fuiſſe primum acquiſitorẽ, ita ut non
fuiſſet opus diſcutere de legitimatione cauſę. nã
potuiſſet quodcunque onus, & ſubiugationem ſu-
per feudo, & baronia imponere, pro ut etiam dixi
ſupra & infra dicam, & in alia mea deciſione.
347 Sed † ut omnia guſtaſſe uideatur magna Cu-
ria, uenio ad alia, quæ dicebantur etiam in oppo-
ſitionibus iſtius de Corbera. & primo, quòd capi
tale ſubiugationis depẽdebat ab interuſuriis red-
dituum ſolutis creditoribus reddituũ, & cenſuũ.
eſto, quod eſſent hi annui redditus impoſiti ſup
baronia (cuius interuſuria fuerũt ſoluta) ex cauſa
dotis, & ſic ex cauſa legitima, ſubiugatio eſt nulla
& quoad hoc allegabatur opinio Petri de Grego.
in tract. bullæ, q. 3. uerſ. 4. uoluit eã dici. ſeq. Aloyſ.
de Septimo in conſ. Rinal. de Murſia & Nauarr. in
tract. de uſur. n. 24. Corroboratur ex text. in l. fin.
C. de uſur. ex l. fin. C. de uſur. rei iudicatæ dicẽdo,
348 quod † in dies, licet uidemus ſeruari contrarium
cõmuniter. dicebatur procedere, quando quis ſub
iugat tertio cique annuum redditumm uẽdendo,
& eius uenditionis pretium, ſeu capitale conuer-
titur in ſatisfactionem interuſuriorum, uel annuo
rum cenſuum debitorum creditoribus ſubiugata
riis: ſecus ſi eidem creditori ſubiugatario ſit ſub-
iugatio pro annuis redditibus maturatis, uel alte
ri ceſſionario, qui ſoluerit, & haberet iura ceſſa à
creditore: cum idem ius ſit in ceſſionario, ꝙ erat
349 in cedente, & ſecundo dicebatur † ꝙ ſubiugatio
quæ prætenditur ſuper feudis, ẽt pro cauſa dotis
de paragio, licet ſit legitima, & afficiat feudũ, &
impoſita ſit perpetua, & tenet quoad ſucceſſores:
tñ reſtringitur ad ſortem tantum, & non quoad in
teruſuria reddituum hanc opinionem tenere di-
cebatur Cannet. in repet. c. uolentes, ſol. 93. in c. in
cipiente, ar non erit otioſa.
350 Sed † prædictis non obſtãtibus fuit in his duo
bus capitibus reſolutũ contrariũ: & primo quoad
primum caput. iam opinio prædicta eſt indubita
ta in tertio, cui fuit facta ſubiugatio, & preciũ ſeu
capitale conuerſum fuit in ſatisfactionem inter-
uſuriorum, ſeu annuorum cenſuum maturatorum
poſſe fieri ſubiugationem. & hoc iure utimur in re
gno, & de hoc nunquam uidi diſputari in regno.
idem ẽt ſeruandum dico, quoad aliud caput, ſcili-
cet qñ interuſuria, ſeu annuus cenſus ſoluitur cre
ditoribus ſubiugatariis, à quibus habet iura ceſ-
ſa. ratio fundamentalis, & uera huius ſecundi ca-
ſus eſt: quia ille ſoluens creditori, & habens iura
ceſſa contra ſubiugãtem, & poſſeſſorem feudi, &
recuperare uolens ab eo pecuniam ſolutam, eo re
cuſante ſoluere, ſibi adiudicare feudum poteſt: &
ob id dñs, & poſſeſſor feudi, qui poteſt cogi pro
ea pecunia ſoluenda ad euitandam moleſtiam co
gitur ſubiugare. ergo ſi ſubiugat, ꝙ interuſuria, &
annui cenſus non debeantur, non apparet ratio
351 diuerſitatis, quia † ſicut interuſuria ſoluenda di-
cuntur ſors, quoad eum, cui ſit ſubiugatio, quãdo
pretium cõuertitur in ſatisfactionem interuſurio-
rum, & annuorum cenſuum, in 1. caſu, ita etiam
quoad illum, qui ſoluit interuſuria, nulla præcedẽ
ti ſubiugatione, & uenditione annuorum reddi-
tuum recipiendo iurium ceſſionem à creditore,
cui ſit ſolutio. quia quoad hunc ceſſionarium, qui
ſoluit interuſuria, & habet iura ceſſa contra debi-
torem, & ſubiugantem dicuntur ſors. pro hoc ſe-
cundo caſu habemus expreſſam deciſionem gloſ.
in l. ſi prior. §. primo glo. in uerbo geſſit. ff. qui pot.
in pignor. habe. dũ gloſſ. ait geſſit. in actione enim
negotiorum geſtorum, & uſurarum, uſuræ, quas
gerendo negotium dependet, ueniunt, quoad eũ
enim etiam totũ eſt ſors. & ſic gloſſ. ibi ponit ca-
ſum in eũ, qui pro alio ſoluit uſuras, ut quoad eũ
vſuræ ſolutæ dicantur ſors. facit etiam gloſ. in l. 1.
verbo vſurarum C. de dolo. per quę iura, & alias
doctrinas ita in terminis noſtris firmat Vincẽtius
de Franchis in deciſ. 254. a n. 11. uſque ad finem,
& per totam deciſionem: & in terminis noſtris fa
cit Ruyn. in conſ. 55. a nu. 18. uerſi. non obſtat ille
352 tex. in 2. ubi concludit, † quod quando illud in-
tereſſe, ſeu vſura petitur, non propter moram, ſed
principaliter tanquam ſors, ut lucrum in ſocio, &
fructus quartæ, & legitimæ: & qñ non debentur,

acceſſorie, ſed principaliter uſuræ uſurarum de-
bentur, & in fortioribus terminis, etiã quoad prin
cipales ſubiugatorios, creditores reddituum, ut
quãdo eis facta eſt ſubiugatio pro interuſuriis eis
ſubiugatarijs debitis; quod debeantur, firmare ui
detur Cagnolus in l. 1. col. 8. n. 46. & ſeq. uerſi. ter-
tia maior, & utilis dubitatio. C. de ſententiis. pro
eo, quod intereſt: ubi di cit fuiſſe iudicatum per
ſenatum ſeu ducis, intereſſe hoc deberi, ſcilicet
intereſſe, intereſſe, & pro ea opinione, item pro
hac ultima concluſione facere dicit idem de Fran
353 chis. † quia fructus fructuum peti poſſunt ſecun-
dum gloſſ. in l. cum autem. §. cum redhiberetur in
354 uerſic. probat. ff. de ædilic. edicto, † & fructuum
a ppellatione uenit intereſſe. dicit gloſſ. in l. 1. §. in
c onfeſſoria. ff. ſi ſeruit. uendicetur, quem allegat
Decius in rubr. de ſententiis, pro quo intereſt.
column. fin. in fine. & pro hac opinione dicit con-
ſuluiſſe ipſe de Frãchis in cauſa Comitiſſæ planę.
355 Non obſtant † modo authoritates in contra-
rium allegatæ: quia ultra, quod contra eos urgent
prædicta: attamen pro modo reſpondetur, quod
quatenus eorum dicta forte procederent, prout
ipſi de Gregorio, & Ioan. Aloyſius de Septimo in
locis prædictis dicunt in creditore, & debitore,
ſcilicet quando debitor interuſuriorum, & annuo
rum cẽſuum pro eis interuſuriis ſubiugaſſet alios
annuos redditus eidem creditori ſubiugatorio.
quia iſto caſu licet Cagnol. in loco præallegato, &
Vincentius de Franchis in cauſa per eum allega-
ta contrarium tenuerint, tamen fuit, ut ipſe dicit
ſeruatum contrarium, pro ut etiam alias fuit deci
ſum per conſiſtorium ſacræ conſcientiæ, me exi-
ſtente Iudice. d. tribunalis in cauſa contra Anto-
nium Morſo, ſeu Vincentium Morſo, & in hoc ca
ſu ita ſeruare, ſacrum cõſilium Neapolitanum ait
dictus de Franchis, licet ipſe dicat in cauſa ſupra
dicta conſuluiſſe pro contraria parte in quo caſu
nos non ſumus.
356 Sed † quoad tertium in terminis noſtris ſecus
concludit ipſe de Franchis, & in terminis uidi eo
tempore uotatum pro hac opinione ualere cõtra-
ctum, & ſubiugationem, & interuſuria deberi, &
poſſe licitè peti per doctores noſtri regni, uideli-
cet Antoninum de Marchiſi & Benedictũ de Por
carijs, & alios doctores regni.
357 Ad textum † in l. fi. C. de vſur. reſpondet Ca-
gnol. in dicta lege fin. n. 46. quod ille tex. loquitur
de uſuris, quæ ſunt odioſæ, & reſtringendæ, & pro
hibitæ: ſecus in intereſſe, quod eſt licitum omni
iure fortius, & in terminis noſtris cẽſus iuxta for
mam bullæ, qui dicuntur fructus reddituum.
358 Ad text. † in l. fin. C. de uſuris rei iudicatæ, re-
ſpondetur ex doct. Ruy. in prædicto conſ. 55. n. 18.
19. 20. in 2. dictam legem finalem procedere quã
do uſuræ, & intereſſe debentur acceſſorie, ſecus ſi
principaliter, ut in lucro ſocii, & fructibus quar-
tæ, & legitimę. & ubi de per ſe principaliter debẽ
tur, debentur uſuræ licitæ Ruyn. conſ. 55. ſequen-
do ſupradictum punctũ diſcutit reprobando opi
nionem Cagnoli Ioannes Baptiſta Geminian. in
cõmen. 1. l. curabit C. de actio. empt. §. 6. n. 119. 120.
359 Item † conſidera, quòd doctrina Ruyn. in di-
conſ. 55. num. 18, 19. 20. in 2. facit multum pro prę
ſenti deciſione noſtra, & etiam pro illo caſu, quã-
do ageretur de ſubingatione noua facta per debi
torẽ eidemmet creditori, cui debetur annua præ-
ſtatio iuxta formam contractus uenditionis cen-
ſus ſecundum bullam, ut pro cenſibus maturatis,
qui dicuntur, poſtquam cedit dies, ſors, ut pro
eis uti ſors, poſſit fieri ſubiugatio: & etiam fa-
ciunt not. per Soccin. Sen. in conſ. 41. & ſeq. uſque
ad numerum 11. in 4. & credo ſi bene mihi ue-
niat in mentem, in ea deciſione facta in conſiſto-
rio, dum eſſem Iudex in eodem tribunali contra
illum de Morſo, de qua feci mentionem ſupra ob
prædictas authoritates fuerim in contrario uoto:
quod pro modo nõ firmo. in terminis caſus, quã-
do ſubiugatio fit a debitore annui cenſus credi-
tori ſubiugatario pro inter uſuris decurſis.
360 Ad ſecundum, † quod quando ſubiugatio ſu-
per feudo eſt facta pro cauſa legitima, tamen pro
interuſuriis ipſarum ſubiugationum non erit legi
tima cauſa, & ſubſiſtat ſuper feudo in præiudiciũ
ſucceſſorum, etiam quod dos de paragio, & dos
reſtituenda, pro qua eſt facta ſubiugatio, debea-
tur ſuper feudo: & allegatur Cannet. ſuper cap.
uolentes. ſol. 93. reſpondetur, quod licet Cannetii
quæſtio, quam diſputat ex Aloyſ. de Septimo nõ
ſit in terminis contractus ſubiugatorii, & uendi-
tionis annuorum reddituum pro debitis dotis de
paragio: tamen quia ipſe in fine ex eiſdem argu-
mentis; & in eadem quæſtione concluſis infert ad
præſentẽ. q. ideo omnia árgumenta hinc inde re-
feram reſpondendo argumẽtis opinionis Canne-
tii, & Ioannis Aloyſij de Septimo, quibus ſuam
opinionem firmant Ioannes Aloyſ. de Septimo. &
Cannet. in d. c. uolentes. incipien. & non erit otio-
361 ſa † primo mouẽtur, quia baro non poteſt in feu-
do pacti, & prouidentiæ aliquid diſponere ſuper
feudo in præiudicium ſucceſſiorũ. ex And. in c. 1.
an agnatus, etiam ſi ſit ualoris unius Candelæ ſe
baceæ, & quanuis conſtitutio dotis, ex reſtitutio
ſit onus feudi: attamen interuſurium non pôt, nec
debet eſſe onus feudi. quia eſt debitum proprium
ipſius baronis debitum ex ſua mora, & ſic ex de-
bito proprio: ideo non debet habere priuilegiũ,
ꝙ habet principale debitum ex tex. in l. ideo, ubi
362 Paul. de Caſtr. ff. diſpẽſat. ubi ex tex. elicitur, † ꝙ
ſi ſors principalis habet aliquod priuilegium non
extenditur ad id, quod debetur ex mora non ſol-
uentis. & ex Paul. quod quando aliquis habet pri-
uilegium uel actionem, uel hypothecam priuile-
gia tñ in certo caſu: tñ ſi debitor in illo caſu priui
legiato tenetur ad aliquam pœnam in illa pœna
353 creditor non habet aliquod priuilegiũ † ſed huic
fundamento datur facilis reſolutio: quia cũ dotis
conſtitutio, ſeu dos de paragio eſt onus feudi, ut
firmat etiam Cãnetius ſuper c. uolentes. ſol. 88. &
ſeq. in c. incip. & cum ſuperius, ubi dicit hanc opi
nionem eſſe adeò ueram in regno, ut nõ diſputetũ
amplius de ea, nõ obtineretur cõtrariũ in regno.
364 Ergo non eſt dubium, † ꝙ pro ſatisfactione do
tis de paragio dotis reſtituẽdæ cauſa, poſſit feudũ
alienari. firmat idẽ Cannet. ſuper eodẽ c. uolentes
in c. incip. ſed quid ſi feudum fuerit. ubi dicit alie
nationem fieri irreuocabiliter pro dote de para-
gio. & in c. antecedenti, & ante eũ tenuit Blaſcus

lancea

lancea ſuper c.uolentes.in 2. limitatione.n.32.uſ
que 42.Ioan. Aloyſi. de Septimo ibidem à num.
92.uſque ad numer. 100. Petrus de Gregorio in
tract.de conceſ.feud.part. 2.quæſtione 10.nu.17.
uerſic.ſic etiam poteſt alienare pro dote.

365 Ergo† à fortiori pro dotibus de paragio, & re
ſtituendę dotis ſatisfactione, poſſunt uendi annui
redditus cõſtituendi ſuper feudo, quod eſt minus
cùm in uenditione corporis feudi tansferatur in
extraneum,& feudum,& fructus feudi alienati:in
uenditionem autẽ annui redditus dicitur tantùm
contrahens transferre obligationem perſonalem,
& hypothecam contractam ſuper ipſo feudo,& ac
quiritur creditori nõ dominium, neque poſſeſſio,
ſed ius annuæ præſtationis ſuper ipſo feudo,ratio
ne impoſitionis, & hypothecæ quæ fit ſuper ipſo
feudo,quod poteſt fieri etiam ſine conſenſu domi
ni de iure cõi feudorum. iuxta tradita p Ludoui
cum Montaltum ſuper bulla, quem tranſcripſi in
alia mea deciſio. & ponit latè Rodoanus in tract.
de reb.eccle. non alien.in rub. de conſtitutione
annui redditus n.12.uſque 18.& n.36.37.38.& Fol
lerius ante eum ſuper bulla nu.6.uſque ad 16.&
Petrus de Gregorio in tractatu de conceſ.feudi
part.8.quæſtione 16.nu.78.uerſic. & ideo infero
ad contractum ſubiugatorium refert, & ſequitur
Cannet.in cap.uolentes.in cap.incipient. Sed prę
ſtat quærere.licèt idemmet Cannetius teneat con
trarium in cap.incipienre ſucceſſiue.quæ hæc ulti
ma opinio Cannetii non eſt recepta in regno imò
ſeruatur præcedens opinio aliorum. in terminis
firmat ſupradictum argumentum Franciſcus Pur
purat.in conſ.458.nu.12.13.in 2.

366 Et in † terminis, quòd pro dote de paragio
poſſit feudum,& etiam feudi pars obligari, & hy-
pothecari eſt cõſtitutio regni in conſtit. fratribus
& hodie adeſt capitulum regni nouiſſimum, ad
huc non impreſſum.

367 Et maximè † ſubſiſtit. ſubiugatio etiam, quo
ad præiudicium ſucceſſorũ,cùm ſit facta ex cauſa
quæ ligat, & obligat ſucceſſorem in feudo conſt.
comitibus vbi Afflict.& alii & conſt.fratribus.vbi
etiam doctores, & obligat ſucceſſorẽ nõ obſtante
quòd prædeceſſor perceperit fructus feudi, & nõ
ſoluerit interuſuria, & cenſus annuos:quia eſt ſuc
curſum ſucceſſori contra bona prædeceſſoris. Mo
lines de primogenitis hiſpanorum in cap. 27.nu.
8.lib. 1.ſed fortiùs eſſe onus ſucceſſoris,& non prę
deceſſoris, uidetur eſſe doctrina in terminis Vin-
centii de Franchis deciſ.49.

368 Coadiuuatur† hæc ſubiugatio ex diſpoſitione
capituli regni uolentes,nec repugnat forma feudi
quia cuiuſcunque ſit forma eſt ſubiecta diſpoſitio
ni conſtitutionis in aliquibus, et conſt.ut de ſuc-
ceſſionibus & cap.ſi aliquem,per quas conſtitutio
nes regni, & capitulum regni dos de paragio de-
betur,& dotis reſtitutio ex auth.res quæ.C.com-
munia deleg.& l.Marcellus.§.res quæ ff.ad trebel
lia.Blaſcus lancea in dicto cap.uolentes.nu.49.di
cit in regno teneri pro liquido, & ſine ſcrupulo.
confirmo prædicta,quia ſi poſſeſſori feudi eſt per
miſſum unum de tribus feudis baroniæ pro dote
alienare,& ſic partem Comitatus & baroniæ, erit
etiam permiſſum à fortiori etiam obligare.tex.ex
preſſus in l.magis §.non paſſim.uerſic.item præ-
ter.ff.de rebus.pro contraria parte allegatus.vbi
in rebus minorum, ſicut eſt permiſſa diſtractio pi
gnorum minoris,vbi urget æs alienum:& maximè
ſi eſt pro debito, pro quo uſuræ eodem modo de-
bentur, & obligatio prædiorum minoris, nec ille
tex.diſponit id, ad quod pro contraria parte eſt
inductus, ſcilicet quod pro ære alieno potius de-
beat uendi res minoris, quàm ſupponi ad uſuras:
ſed tantùm textus ibi aduertit prætori quòd de-
beat inuigilare, ne pecuniæ capiantur cum obliga
tione cum uſuris in plus quã ſit debitum minoris.
imò habemus diſpoſitionem expreſſam conſt.fra
tribus ibi partem feudi permittitur obligari, &
ibi alienatur,uel obligatur.

369 Non obſtat†modò textus in l.ideo ff.de com
penſat. quia interuſurium annui redditus non eſt
pæna,nec ſunt uſuræ,ſed annua præſtatio,quæ ſol
uitur loco ſortis. & ſic eſt ſors, quoniam ſors non
poteſt peti pro ut latè firmat, & tradit Socci.Seni.
in conſ.41.nu 5.uſque 11.in 4.& interminis Vin-
centius de franchis in deciſ.254.per totã,& ſupra
dixi: & ſic non procedit etiam dictum Paul.de
Caſtr.in dicta l.ideo quia debitum ex cauſa iſtius
contractus uenditionis annui redditus, ex quo
procedit pro debito, ad quod feudũ eſt obligatũ,
& omnes ſucceſſores in eo feudo tenentur,ſequi-
tur, quòd debitum contractum ſuper eo feudo ha
bet idem priuilegium,quod habet debitum,& ex
quo contractus, & hypotheca ſuper feudo pro an
nuali præſtatione impoſita dicitur ex cauſa legiti
ma,pro qua feudum, & ſucceſſores tenentur. &
ſicuti uenditio eiuſdem feudi eſſet pro ea cauſa
perpetua eſſet in præiudicium ſucceſſoris eodẽ
modo hypotheca ſuper eo feudo, & ſuppoſitio
pro annua pręſtatione erit perpetua,& ligabit ſuc
ceſſorem, nedum reſpectu ſummæ dotis de para-
gio debitæ,& ſolutæ per ſubiugationem, ſed etiã
reſpectu cauſæ annuorum redditũum, & pro qua
fuit contracta illa hypotheca ſuper feudo, & ſup-
poſitio perpetua & ligat ſucceſſorem.

370 Secundum † argumentum ex l.magis.puto.§.
item præter ff.de rebus eorum, quòd vbi prohibe
tur alienatio regulariter, & permittitur in caſu
urgentis debiti,& neceſſarii pro eo caſu potius de
bet uendi, quã ſupponi ad uſuras: & p cõſequens
ſi feudum, quod prohibitum eſt alienari, niſi ur-
geret æs alienum neceſſarium. ergo magis ex-
pedit undique onerari pro inter uſurio.& dum cõ
firmabatur ratione abſurdi,quia aliàs ſequeretur,
quod p modica portione ſociis dotis de paragio
quæ reſpicit certam ſummam totum feudum alie
naretur, ſiue maior pars, quòd permitti non de-
bet res magna uendi.auth.hoc ius porrectum C.
de ſacro ſanct.eccleſiis.

371 Item etiam† ex alio coadiuuabantur,quòd ul
tra paragium excluditur ſoror à fratre ex conſt.in
aliquibus.quia præfertur fratri,ſi ergo illud, quod
eſt ultra paragium conſequitur frater ex diſpoſi-
tione legis feudi. ergo quod conſequitur ſoror
ultra paragium, conſequitur ex contractu, & di-
ſpoſitione fratris, & non ex lege:ſed talis contra-
ctus,& diſpoſitio nõ poteſt operari in præiudiciũ
agnatorum.C.1.ubi And.an agnatus. & And.in

ocaſt.

conſt.in aliquibus in ultima col.dum ponit, quòd frater non poteſt dare ultra paragium, ut æquali nubat grauando ſucceſſorem.

372 Quoniam huic† ſecundo argumento reſpõdetur, quòd tex. in dicto uerſic.item prætcr.non dicit id, ad quod inducitur, imò determinat contrarium, ut ſuprà dixi & ex eius lectura apparet nec aliquis doctor, quem uiderim, dicit hoc, ad quod ille tex.inducitur.

373 Nec † ualet argumentum ab abſurdo: quia magis abſurdum eſt in præiudiciũ ſucceſſorum alienare corpus feudi, & ſucceſſorem priuari, & feudo, & fructibus, quàm permittere hypothecam, & onus ſuper feudo, nec eſt præſumendum, quòd in fraudem ſucceſſoris poſſeſſor non ſatisfaciat interuſurio ex fructibus feudi, & quod ualiditatem contractus non attenditur, nec aliquid operatur triſtis euentus lege: inter ſtipulantem. §.Sacram.ff.de uerb.obligat.

374 Nec de auth.† hoc ius porrectum conſideratio poteſt adaptari ad caſum noſtrum quia iſtud, quod uendatur feudum eſt ex obligatione, quę deſcendit ex lege & natura feudi, per quam diſponitur, quod pro dote de paragio, & reſtitutione dotium feudum alienari poſſit.

375 Item † etiam permittitur ex lege feudi, quòd in ſubſidium feudum poſſit capi, & diſtrahi, etiã pro debito priuilegiato, & pro cauſa legitima. ergo reſpicit ſucceſſoris fauorẽ, ut poſſit ſubiugari potius quàm uendi, & ualidus contractus conſideratur, habito reſpectu ad tempus, quo perficitur non quod inde ſequitur ex non obſeruantia contrahentis. itẽ etiã intentio cõtrahentium tempore contractus attendatur, dum de eius ualiditate cognoſcitur. latè Decianus.cõſ.59.in primo.

376 Et eodem†modo etiam euitatur illud de lege feudi, quòd non datur ſorori ultra paragium: quia non conſequitur ſoror ultra paragium, quando loco dotis de paragio pro ſumma dotis uenduntur tot redditus ſuper feudo: ergo iſta ſubiugatio ſuper feudo, & uenditio annui redditus ſuccedit loco feudi, quod deberet dari pro dote. nam per ſubiugationem annuorum redditnum ceſſat petitio dotis de paragio: quia dicetur dotata. & ſic faciet ceſſare neceſſitatem dandi feudum in dotẽ, ex qua traditione feudi in dotem ſoror acquireret dominium, & fructus feudi, & per ſubiugationem acquiritur ſorori, ſeu eius uiro tantùm annua præſtatio, quæ poteſt conſiderari etiam loco fructuũ dotis non ſolutæ. confirmantur prædicta, quia ſi eſt ſine difficultate ſecundum Cannet. hęc opinio Blaſci lanceæ, quoad interuſuria dotium ante factam ſubiugationem per prædicta, tollitur etiã argumentatio, quoad annuos redditus debitos ex contractu uenditionis redditnum iuxta formam bullæ. donec ſors ſoluatur. quia per ſubiugationẽ plus non conſequitur ſoror, quàm dotis de paragio ſummam: nam interuſurium dum non ſoluitur dos, & capitale eſt loco feudi, ſeu dotis debitæ, & interuſuria dum capitale non ſoluitur, ſunt loco fructuum dotis, quæ debentur non ſoluta dote; quæ dos ſuccedit loco legitimæ, & interuſuria in reſtitutione dotium debentur de iure non ſoluta dote. & ſic non mihi uidetur ratio inter unum, & alium caſum, cum non magis in uno, quàm in alio caſu agatur de læſione, & præiudicio ſucceſſoris in feudo. ut magis damnum, & intereſſe afferat in uno caſu quàm in alio, ut debeat in uno permitti, & in alio ꝓhiberi: licèt interuſuria actione diuerſa conſequantur, cùm ex eodem facto proueniant, ſcilicet ob non ſolutam dotem.

377 Diſſolutis † igitur argumentis contrariæ partis ſine difficultate ꝓcedit opinio Blaſci lanceæ, quæ fuit contraria Ioanni Aloyſio de Septimo in cauſa, de qua per Blaſcum in cap.uolentes.à nu. 48.uſque 53.in 2.limitatione uerſic.ſed nunquid pro interuſuriis, dum Blaſcus in uerſic.quibus nõ obſtantibus, dicit quòd uaſſallus pro maritanda filia, uel ſorore poteſt conditionem feudi facere deteriorem in pręiudicium domini, & agnatorum alienando feuda, & dando unum de tribus. ergo multò magis poteſt diſponere cenſum, & obligare feudum, & non ſoluendo interuſuria feudum minuere auth. multò magis C.de ſac.ſan.eccleſiæ.

378 Adducit† ẽt, quia interuſuria habentur, & dãtur loco intereſſe in cõpenſationẽ oneris matrimonii in l.quæ dotis.ſoluto matrimo.Roma.cõſ.117.

Item ſubdit, quòd de hoc eſt caſus in l.lucius. ff.qui potior.in pignor.& l.pignoribus ubi Cinus c.de uſuris.

Item dicit Blaſcus, quod fuit pro hac opinione lata ſententia, & Cannet.in pręd icto loco.nu.9.dicit quòd iſta communiter tenetur, & ſæpe, & ſæpius pro hac parte iudicatum. non obſtant modò, quia ea quæ contra opinionem Blaſci conſiderat Cannet.& quo ad primum, licèt dos de paragio, & legitimæ, quæ debetur ex ſucceſſione Andr.in conſt.in aliquibus. & in conſt.ſi quis poteſt litem & in cap.1.§.quid ergo.de inueſt.de re alien.facta & ad reſtitutionem dotis extenditur pro æquiparatione ex diſpoſitione auth.res quę.C.communia delegat. non reperitur iure cautum, quòd idem priuilegium ſit in uſuris. ergo erubeſcimus cum ſine l loquitnr.l.illa C.de collat.Iaſ.ubi dicit, quod ſufficit dicere non eſt lex, quæ hoc dicat.

379 Reſpondetur† quod iure cautum dicitur, nam habemus expreſſum de iure, quod pro debito dotis de paragio, & reſtitutione dotium feudum eſt obnoxium, & obligatum: ergo debitũ contractum ex cauſa, ex qua ſatisfit ei, cui debetur habet cauſã naturã, & idẽ primi legitimi maximè in terminis noſtris, ubi dum debitum contrahitur, feudum ſupponitur pro eius interuſuriis exoluendis, & hypothecatur, & permittitur. poſtquàm permittitur, quod eſt fortius, ſcilicet alienatio, & uenditio ex diſpoſitione tex.in dicta lege puto.§.item ex caſibus.gloſ. quando ſoluit extraneus ſorori, uel debitor nomine extranei, cùm ſit ſubiugatio, & uenditio.

380 Non obſtat, † dum Cannet. in præallegato loco nu.12.reſpondet ex tex. fui in l.lucius, qui potior in pignor.& Cinus in l.pignoribus. procedit, quando ab initio contractus obligatur res, cũ ſorte, & uſuris, & in illis ſpectatur initiũ cõtractus data expreſſa hypotheca, & non tacita & Soccin. Sen.in cõſ.41.in 4. ſed ab illo initio, quo debetur ſuper feudo dos de paragio, vel reſtitui debet dos, non debentur interuſuria, ſed propter morã

381 Quoniam

381 Quoniam reſpondeo † dicta Cannetii, quod
in meris terminis, quando petuntur interuſuria
dotis non ſolutæ, quæ interuſuria non debebâtur
ab initio, ſed propter morã tunc militare poſſent
dicta per eum.& hæc eſt doctrina Soccin.in dicto
conſ.41.ſed in terminis noſtris agitur, quando
petuntur annui redditus uenditi pro capitali, &
ſumma dotis, & pro ſatisfactione dotis de paga-
gio,& dotis reſtituendę,pro qua ſumma dotis tũc
quia,pro ea cauſa feudum poteſt alienari, fortius
hypothecari,& obligari.& ſicut eſt perpetua,quo
ad præiudicium ſucceſſoris uenditio Corporis feu
di,ita & hypotheca, & obligatio ſuper feudo pro
annua præſtatione, ſeu ſolutione annuorum red-
dituum: & ligabit ſucceſſorem in feudo & in eius
præiudicium ſubſiſtet,donec ſoluitur capitale cẽ-
ſus uenditi,pro cauſa cuius hypothecatur feudũ:
& poſtquàm ab illo initio contractus ualidè obli-
gatur, & hypothecatur feudũ expreſſè ad annuã
præſlationem,non ſoluto capitali ſemper feudum
erit obligatum pro annuis cenſibus, ſeu interus
uriis maturandis propter non ſolutum capitale,&
ſortem. & ſic facit in terminis noſtris diſpoſitio
tex.in l.lucius. & Cinus & l.pignoribus. etiam in
terminis noſtris dictum Cannetii,dũ in terminis,
quando interuſuria deberentur uxori, ante quàm
dos ſoluatur, ipſe Cannet.ibidem nu.20.tenet cũ
Blaſco lancea, & dicit quòd ante ſatisſactionem
interuſuria ſint fructus dotis de paragio percepti
per fratrem:& cum talis dos ſit portio,& legitima
And.in dict.conſt.in aliquibus. & dos, quæ ſuc-
cedit loco legitimæ,& augetur ex fructibus, ſicut
legitima: prout conſuluit ſecundum eum Soccin.
Senior.conſ.57.col.8.nu.40.in 4.Alex.conſ.69.in
1.conſ.88.nu.15.in 5.cùm ſic accepta dos ex fru-
ctibus, dicitur quoddam uniuerſale ſub eodem
priuilegio, ut determinat Bal.in l.unica.§.ſed ue
plenius.C.de rei uxor.act.reſtringendo ſecundũ
382 eum †,quando non dantur eo tempore,quo non
nubit,uxori alimenta, quia idem dicendum eſſet
de fructibus, ſeu interuſuriis cenſuum uenditorũ
ex cauſa ſatisfactionis dotium.quia dicentur ſuc-
ceſſiſſe loco illorum fructuum, ſeu interuſuriorũ,
quæ ſoluuntur,dũ nõ ſoluitur dos, & in contractu
ſubiugatorio permittitur annua præſtatio, dum
non ſoluitur: & tantum differentia eſt ut in caſu
Cannet. ſit in facultate ſororis petere dotem, &
interuſuria, ſed in caſu ſubiugationis non ſit in
eius facultatę petere dotem, quod eſt fortius.ſed
dum non ſoluitur dos,& ſic ſors, ſeu capitale,pe-
titur interuſurium, quod conſiderat Socci. in præ
allegatio conſ.41.potius fortificat hanc noſtram
opinionem,quàm deſtruat.

383 Non † obſtat,dum Cannet.ponit caſum de in-
teruſuriis dotis permiſſæ marito, quod nõ habeat
idem priuilegium, quòd dos dicatur onus feudi
ex eo, quod doti ſatisfactum ex promiſſione l.ſi
neceſſarius.§.omnis pecunia.ff. de pignor.actio.
ex Franc.octoman.in tract.de uſuris par.1.cap.6.
uſurę debebuntur marito non ex alio,niſi ex mora
fratris promittentis,qui non poteſt in feudo pacti
& prouidentię diſponere in præiudicũ ſororis.de
Vna Candela Sebacea,ex And.in c.1.an agnatus.

384 Quia reſpondetur †, hoc argumentũ primò
nõ ꝓcedit, quatenus eſſet facta ſubiugatio marito.
quia tunc procedunt ea,quæ ſuprà dixi, quatenus
autẽ non eſſet facta ſubiugatio, facit ad punctum
noſtræ quæſtionis.ſecundo reſpondeo, quod huic
argumento,& eis,quæ dicuntur,per Bar.in l.ſi cũ
dotem.§.ſi autẽ in ſæuiſſimo ff.ſoluto matrimonio
apparebit declaratio ex diſcuſſis per Soccin. in
dicto conſ.41.præallegato,vbi ponit latè materiã
in præſenti cauſa quia quaſi omnes ſubiugatio-
nes factæ erant per Antoninum, & Heliſabettam
Corberam iugal. & Heliſabetta ſubiugabat ſuas
dotes ex quibus dotibus feuda fuerunt meliora-
ta, fuit dubitatum, & diſcuſſum ex hoc ſubiuga-
tiones ſubſiſtere debere in pręiudicium Vincentii
Corberæ hæredis Heliſabettæ, & poſſeſſoris bene
factorum, maximè quod deberet dici, quòd exe
cutio procedere deberet contra poſſeſſores feu-
dorum, in quibus ad ſunt bene facta. quia quoad
benefacta nulla poteſt dari reſolutio hypothecæ,
385 cum benefacta † in feudo nõ efficiantur feudalia,
ſed ſint, & remaneant allodialia Ruynus conſ.14.
& conſ.24.nu.10.in 1. Berous in quæſtione 11.
quęſtione 96.Clarus in §.feud. quęſtio. 88.Rolan.
à Valle conſ.28.n.28.& ſeq.in.1.Alciat.conſ.181.
& conſ.176.nu.8.Guid. Papa deciſ.169.& tanquã
allodialia poſſunt alienari abſque conſenſu domi-
ni Berous conſ.73.nu.39.in primo Burſat. conſ.
44.nu.6.

386 Sed † reſpondebat huic motiuo ex parte Vin-
centii Corberæ, ꝙ maior pars benefactorum fuit
facta à conductore feudorum de lampugnana,
qui ex contractu locationis debebant computari
in fine arrendamenti, in ultimo anno & eo ultimo
anno erat mortuus Antoninus, & ſucceſſerat hic
Vincẽtius.Arius Pinellus de bonis maternis.part.
3.nu. 71. Molines de primogenitis Hiſpanorum.
cap.21.lib.1.nu.3.fecit. & ſoluit de pretio locatio
nis.ergo ipſe Vincentius de proprio ſoluiſſe dice
tur.Cephal.conſ.460.nu.24.

387 Huic † replicabatur non eſſe vera in facto prę-
dicta,imò vltra bene facta per illum de lampugna
na aderant alia etiam facta ex pecuniis dotis Heli
ſabettæ uxoris Antonini.

388 Secundò,etiã † huic replicationi ex parte Vin
centii Corberæ adducebatur, quod ea benefacta
poſſidebat ex cauſa adiudicationis,tanquã hæres
Heliſabettæ matris pro parte quarta, & ad eam
tanquam hæredem ſpectante, pro unc. 800.& ſic
dicitur mutatum dominiũ, & poſſeſſio ex l.3.§.ex
pluribus.ff.de acquir.poſſ.vbi doct.Anchar.conſ.
229.Cranet.conſ.171.nu.1.

389 Sed aduerſus † hanc defenſionem dicebatur,
quòd ſi poſſidet ea benefacta,quod nõ poteſt dif-
fugere executionem ex obligatione,& ſubiugatio
ne matris tanquam poſſeſſor bonorũ Heliſabettæ
matris ſubiugantis.

Et ob id confugiebat ad aliam defenſionem
ipſe Vincentius,ſcilicet quod ſubiugatio facta per
uxorem pro debito uiri non ſubſiſtit. quia dicitur
fideiuſſor,& ſic ſtante conſuetudine panormitana
11.nõ poteſt ſubſiſtere & licèt ſtatutum loquatur
de fideiuſſione, idem de inſolidum obligatione.
Alex.conſ.41.nu.2.in 5.

390 Reſpondetur † hic, quòd non procedit conſuè

tudo panormitana, ubi interuenit Iuramentum doct.omnes in auth.ſacramenta puber.C.ſi aduerſus uendit.

391 Ideo ad † aliud confugiebat, quòd & ſi hæres Heliſabettæ matris ſit ipſe Vincentius etiam poſſideat partem dotis matris: tamen aliæ ſorores ſunt hæredes, & ipſe Vincẽtius poſſidet unc. 800. tantũ & ſoluit aliis creditoribus prouenientibus multo magis quàm potuit in præiudicium aliorũ 2.loco uenientium ex Beroo quæſtione 63.& Minadoi deciſ. 18.

392 Reſpondebatur†, quod eſt hæres indiſcretus abſque beneficio legis, & inuentarii.& ſic tenetur in totũ.l.ſi.§. in computatione.C.de iure deliber.

393 Non obſtat, quòd † ex beneficio reſtitutionis in integrum nedum antè, ſed etiam poſt ſententiã iuuatur.ex Natta conſ. 17.in primo, & Sfortia.in tract.de reſtit. in integrum quæſtione 89. art. 7. quæſtione 1.& ſecunda, etiam ſi habeat ideonum tutorem, à quo poſſit damnũ ſibi reſeruari.Peruſ. deciſ.55.par.1.sfortia in quæſt.22.art.3. quæſt.1.

394 Sed † huic replicatur, quòd debet obtinere beneficum reſtitutionis in intregrũ parte citata, & probata læſione, aliàs non competit.sfort.de reſtitutione in integrum part.1.quæſtione 34.art.8.9.10.11.12.& part. eadem quæſtione 34.35.36. vbi ponitur modus procedendi & quæ ſunt probanda in hoc iudicio & part.2.q.89.art.7.nu.58.

395 Et ideo† confugiebat ipſe Vincẽtius Corbera ad aliud, ꝙ ſubiugatio nec etiã poterat ſubſiſtere pro dotibus Heliſabettæ, quæ erant uinculatæ in contractu matrimoniali, & non poterat diſponere niſi de unc.600.& in ea dote erat datus modus, & ordo ſuccedendi, & ſubiecta dos fideicommiſſo, & reſtitutioni, quòd poteſt fieri in actu inter uiuos, & maximè in contractu matrimoniali ſauore filiorum.Menoch.conſ.1.nu.192.conſ.92.nu.5.latiſſimè in terminis in conſ.203.Burſat.conſ.357. nu.21.Decius conſ.232.n.5.cõſ.254.in fine Alex. conſ.117.in fine in 5.Decianus in conſ.41.in 1. Petrus Antonins de Petra tract.de fideicommiſ. quæſtione 4.Bal.in cõſ.173.in 1.vbi dicitur, quòd non poſſit reuocari in præiudicium filiorum.Fanutius de lucro dotis. gloſ. 11.num.9.uerſic. in iſta materia.Bal. Rolan.à Valle in eadem tract.quæſt. 82.nu.4.Cagnol.in l.fin.nu. 100.uer.quando autẽ. C.de pactis etiam quòd filii ſint in conditione poſiti: quia ſumus in contractu.Decianus conſ.41. nu.43. Riminal. conſ.632.nu.9.in 4.Antonius de Petra de fideicommiſ.quæſtione 9.nu.126.

396 Nec obſtat dicere†, quòd onus fideicommiſſi non appræhendit portionem legitimæ: quia eſt adiectum in actu inter uiuos. Bal.in dicto conſ. 273.in 1.Gabriel lib.concluſ.2.de legitima concluſione.1.nu.20. quia cum clauſulis uinculis, & ſubſtitutionibus & beneficiis ad contrahendum matrimonium per procuratiorium conſtitutũ conſentiit.ſecundò cùm recipit augmentũ cũ eiſdem qualitatibus referendo ſe ad dotalitiũ, & cum illis ſubſtitutionibus conditionibus, pro ut in eo.& ſic poterat, & debuerat quærere conditiones, & eius qualitates.ex Caſtr.in cõſ.216.nu.3.in 1.Burſat.in cõſ.118.maximè in re magni ponderis. Bertrant. in conſ.71.nu.7.Maſcardus de probatione cõcluſ. 1255.nu.37.& ſeq.in 3.& quòd ratificatio colligitur etiam, quòd non probetur lectura tenoris inſtrumenti. quia ad probandum ſcientiam ſufficit

397 † præſumptiua ſcientia.Burſat.cõſ.259.n.10. 11. ratificatio prçſumit ex ſcientia, dũ facit mentionẽ de contractu matrimoniali, quo caſu præſumitur ſcire omnia contenta in eo.Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres.nu.4 ff.de uerb.obligat.Surd.in conſ. 4.nu.27.conſ.12.nu.37.

398 Reſpondetur†, quòd prætenſum uinculum, & fideicommiſſum non ualet, quoad legitimam: poſtquàm à legitima omne grauamen, & onus fideicommiſſi tollitur.l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſtamento: etiam quòd interueniat conſenſus filii generalis Petrus Anchar.conſ.152.magis cõmunem dicit Rolan. à Val. conſ. 26.nu.23.in 3. Burſat.conſ.92.nu.10.communem, & ueram dicit Vaſquius de ſucceſ.creat.§.10.nu.254. Antonius Curchus in auth.nouiſſima, & procedit etiam, ſi adſit iuramentum, ueram, & communem dicit Romanus in l.prima.ff.ſi quis ita. ff. uerbor.oblig. hoc refert, & ſequitur Michael Craſſus in lib.ſententiarum.§.legitima.quæſtione 38.nu.21.

399 Licèt† idem Michael Graſſis referat contrariã tenere opinionẽ Deci.conſ.26.vbi dicit cõmumẽ, Ripam In conſ.ſexto nu.13.li.1.Gabriel in lib.cõcluſionis cap.de legitima concluſ.1.n.7.Curchus in dict.auth.nouiſſima.in rub.nu.12.

400 Fortiùs† ubi non interuenit expreſſus conſenſus, & particulariter, & expreſsè, pro ut colligitur ex ſupradictis doctoribus: vbi dicunt claram, & particularem, & expreſſam, non præſumptam, & generalem, ſeu tacitam ſufficere: prout latè diſputat Suares in l.quoniam, in prioribus. ampliat.10. quaſi per totam.nec doctores allegati, quòd onus in fauorem filiæ ualet ſuper legitima loquuntur in terminis noſtris, & uideantur, quos allegat Michael Graſſus lib.ſententiarum §.legitima.§.38. nu.14.& nu.15.

400 Ad aliud† de benefactis reſpectu redemptionis feudorum à poſſe don Petri Corberæ ex propria pecunia Antonini dicebatur redempta ab eo, cui ſpectabat ius ſuccedendi ex forma, & natura feudi. & quia ſucceſſores reincidunt in primam cauſam ſucceſſionis ad eum ſpectantis: & ſic remanent reſtitutioni ſubiecta, & ſucceſſores, pro ut Vincentius Capit.ex prima cauſa Bar.in l.in diẽ. ff.de aqua pluuia arce.Cagnolus in l.31.quçſtione 94.C.de pactis inter empt.& uend.Vincentius de franchis deciſ.39. Cephal. in conſ.460. maximè quia redempta ex pecuniis rerum reſtitutioni ſubiectarum, & non propriis. & ſi proprie pro eis fuit facta ſubiugatio ſuper feudis ex Ceph. in loco ſuper allegato & Maccabru.ab Anguillis conſ.29.

402 Reſpõdetur, † quòd ex prædictis quatuor concluſionibus ſuprà firmatis fuit concluſum nullum ius cõpetiiſſe, quoad ſucceſſionẽ baronię Miſirindini Antonino Corberę ſed don Petrum Corberã fuiſſe uerum, & legitimum ſucceſſorem in dicta baronia. & ſic Antoninum ex tranſactione fuiſſe primum acquiſitorem quoad ſuos deſcedentes. nam don Petrus Viuit, & eius filii, & ſucceſſores.

403 Et ſic† ceſſat illud deductum præſupponendo ꝙ Antoninus fuerit indubitatus ſucceſſor. & ita

fuit

fuit habitus in tranſactione ergo talis reputari. ex Surd.conſ.92.nu.8. nam quod tranſactio non potuit mutare naturam, & ſucceſſores capiunt ex forma inueſtituræ, & conceſſionis:tanquam in ea uocati,nec trāſactio aliquid inducit,& innouat in præiudicium ſucceſſorum. ca. 1.de controuerſ. inter uaſſallos,& alium.vbi Bal.Molines de primo geniis hiſpanorum cap.9.nu.18.lib.4. Rolan. à Vall.conſ.100.n.10.in 4.& conſ.55.in 2.Menoch. in conſ.304.nu.8.

404 Quoniam† prædicta facillimè tolluntur ex ſupradictis firmatis. illum quondā Antoninum nō fuiſſe ſucceſſorem in baronia, ſed don Petrum filium Andriottæ, & Antonium quæſiiſſe pro ſuis ſucceſſoribus ex tranſactione.& ſic fuit primus acquiſitor,ergo eius ſucceſſores debent ſeruare legē datam in tranſactione,pro ut latiùs ſuprà firmaui in prima quæſtione.

405 Poſtquàm† omnia prædicta tam ex ſcripturis in cauſis ipſius oppoſitoriis,quàm ex proceſſu pēdente in eodem tribunali,qui etiam hodie pendet in iudicio reuēdicatorio baroniæ Miſirindini,eiuſque feudorum inter Iſabellam ſororem quondam Ioannis Baronis, & eius Iſabellæ ſucceſſores contra Antoninum, & hunc Vincentium filium Antonini erant clara. & probantur ex quo prædictus proceſſus fuit per magnam Curiam uiſus in deciſione huius cauſæ, decreuit ex concluſionibus prędictis ſupra firmatis determinare, pro ut pronunciauit in fauorem creditorum contra hunc Vincentium,& poſſeſſores conuentos,& pronunciauit executiones ꝓcedere debere, licèt aliis iudices deinde, qui non guſtarunt prædictas deciſiones, aliter pronunciauerint:& ob id optarem uidere eorum iuſtificationes, quomodo ſua uota Iuſtificent.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula iuris francorum, facit,ut feudum deferatur primogenito,& ſecundo, & tertiogenito per ſubintrationem.*
2 *Primogenitura tranſit in filium excluſo patruo.*
3 *Cum de ſucceſſione patrui agitur,de iure cōmuni romanorum filius,ſubintrat in locum patris.*
4 *Filius fratris ſuccedit cum patruo per ſubintrationē.*
5 *Frater eſt in ſecundo gradu.83.90.*
5 *Nepos eſt in tertio gradu.83.90.*
6 *Nepos poſtquam ſubintrat in locum patris,eſt in eodem gradu cum patre.83.84.*
7 *Nepos ex fratre coniuncto ex utroque latere præfertur patruo coniuncto ex uno latere, etiam ab eo latere,à quo prouenit feudum. n. 9. etiam quod ſit patruus ætate maior.10.11.*
8 *Primogenitura de iure communi attenditur, ubi agitur de ſucceſſione aſcendentis de iure regni, etiam quando agitur de ſucceſſione collateralium. declaratur.70.99.100.101.102.103.111.*
12 *Stante ſtatuto,quod proximiores ſuccedant,dicitur reuerſum ad ius commune,quod proximus coniunctus præferatur conſanguineo.12.*
13 *Ex capitulo regni nouiſſimo, per quod in ſucceſſione aui diſponitur, quod filius ſubintret gradum patris, arguitur ad ſucceſſionem tranſuerſalium.14.*
15 *Ergo donatio in patruum non eſt in proximè ſucceſſurum.*
16 *Capitulum uolentes.dum diſponit,quod feudum poſſit alienari abſque conſenſu domini, intelligitur forma non repugnante.*
17 *Alienatio de feudo conceſſo cum clauſula iuris francorum alii,quam primogenito, eſt contra formam, & ualet tantum in uita.18.*
19 *Alienatio facta in proximè ſucceſſurum ualet in uita,& perpetuo.*
20 *Clauſula de ſuo corpore legitime deſcendentes excludit collaterales.26.Secus in antiquo.27.Secus de iure regni.28.*
21 *De poſſeſſoris iuſtitia non eſt uidendum, ubi actor nō fouet ius.*
22 *Clauſula iuris francorum,facit,ut dicantur uocati primogeniti. & declarat, quis debeat ſuccedere,31.39.& 159.*
23 *In feudo nouo pro ſe, & hæredibus de iure communi ueniunt deſcendentes,non collaterales.ſecus in antiquo.24.& in regno ſecus.25.*
29 *Patruus eſt ſucceſſibilis in feudo,etiā ſi ex uno latere proueniat,unde prouenit feudum.*
30 *Forma præcipuè,& per omnia eſt attendenda.*
32 *Nepos non poteſt dici frater.*
33 *Appellatione filiorum,ſeu fratrum,non de gradu,non ueniunt nepotes.38.*
34 *Statutum non trahitur ad caſum non deciſum,nec ad caſum ſimilem.*
35 *Appellatione fratrum in ſtatuto nō ueniunt ſorores.*
37 *Nec ueniunt filii fratris,nec frater fratuelis.*
40 *Per pactum licet,quod ſine pacto non liceret.*
41 *De filiis fratrum non iudicamus,ſicut de fratribus in diſpoſitione,ubi uocantur ad ſucceſſionem.*
42 *Feudi conceſſio dicitur contractus nominatus,& ſtricti iuris.71.*
43 *Primogenitus uocatus in ſucceſſionem per ſtatutum differt,ſi uocatus eſt cum additamento filius primogenitus.*
44 *Si dicitur de fratre maiori,non intelligitur de filio fratris minori:Si de filys, non intelligitur de nepute,ſi de primogenito minores natu excludit.*
45 *Filii ſi uocantur ad ſucceſſionem.& eis mortuis,eius filii præferuntur filii aliis fratribus, & nepotibus.*
46 *Clauſula iuris francorum nō ſolum conſiderat gradus proximitatem,& ſexum,ſed etiam maiorem ætatē. & multum operatur expreſſio 50.114.*
47 *Differentia eſt inter uerba ſuccedat primogenitus,& uerba ſuccedat maior natu.*
48 *Filius pr.mogeniti,qui non eſt ætate maior,dicitur ficte primogenitus.*
50 *Aetatis ubi ſit mentio,intelligitur de uera ætate,non de ficta.*
51 *Cauſa feudi eſt radicata in ſeruitio perſonali,& magis cohęret perſonæ,quam patrimon.o.*
52 *Seruitia melius præſtantur per maiorem, quam per minorem.*
53 *Senis umbra plus ualet, quàm enſis Iuuenis in antiquioribus pręſumitur maior ſapientia, & prudētia.*
54 *Ratio unica uidetur,ac ſi eſſet expreſſa.*
55 *Ratio quando eſt certa,licet non expreſſa,poteſt ex ea argui.*
56 *Nepos dicitur per ſubintrationem in eodem gradu cum patruo,non tamen uerè,ſed fictè.*

57 State

57 *Stãte ſtatuto, quod ſtantibus maſculis filia non ſuccedat, patruus excludit nepotem ex filia.*

58 *Maioritas ſi excludit fratres. ergo fortius nepotẽ.*

59 *Tutela deſertur, ſicut hereditas: & tamen ſi non eſt annorum viginti quinque, non defertur, licet proximior, & eo caſu non ſubintrat gradum.*

60 *Filius ſubintrat in gradum patris, tamen non perſona propria attenditur, ſed gradus patris.*

61 *Filius an ſubintret in gradum patris de iure communi: in ſucceſſione aui fuit ardua quæſtio, & fuerunt hinc inde opiniones, & ob id fuit factum capitulum regni. 66.*

73 *Rationes, quare ſubintret. 74. 75. 141.*

62 *In feudi ſucceſſione collateralis non ſubintrat de iure communi. 63. 69.*

74 *Rationes, quare. 76. 80. 89. 108. 109. 112. 113. 116. 117. 118. 119. 122. 123.*

64 *Ius filiationis eſt ſeparatum a iure ſucceſſionis.*

65 *In ſucceſſione tranſuerſalium non eſt ſeparatum ius agnationis à iure ſucceſſionis: & ideo non tranſmittitur.*

67 *Lex correcta poteſt allegari in cauſis decidendis.*

68 *Frater eſt maior, & nepos minor remanet, quando nõ eſt tranſmiſſum ius primogenituræ.*

71 *Filius non ſubintrat in locum patris, quando agitur ex diſpoſitione hominis, nõ ex diſpoſitione legis. 72.*

77 *Patruus in ſucceſſione tranſuerſalium in feudo excludit nepotem. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 120.*

82 *Proximitas gradus ubi attenditur, quia uocatur proximior nepos, non excludit patruum. num. 83. 84. 85. 86. 87.*

88 *Ordo ſuccedendi ubi conſideratur, nepos nõ ſubintrat gradum patris. 104.*

91 *Coniunctus ex utroque latere præfertur coniuncto ex uno latere in ſucceſſione feudi. 92. 93. 94. 95. 97.*

105 *Contrarium. 106. 107. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 128. 129. 130. 131. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139.*

95 *Prærogatiua ætatis intelligitur cæteris paribus.*

96 *Proximiores, quod ſuccedant ſtatutum ubi dictat, reducitur ad ius commune.*

127 *Fratres uterini in bonis maternis præferuntur alijs. fratribus conſanguineis.*

132 *Sorror in ſucceſſione feudi excludit nepotem.*

142 *Emptor ſi quis habet feudum ſub noua forma, quoad eius ſucceſſores, ſub ea debent ſuccedere. 143. 144. & 151.*

144 *Propter nouum tenorem inueſtituræ uidetur receſſum a prima inueſtitura.*

145 *Feudum nouum non habet agnatos.*

145 *Primus acquiſitor poteſt mutare formam inueſtituræ. maxime, quando a ſucceſſoribus fuit ita confirmata. 147.*

150 *Recognitio feudi aliter facta, quam prima inueſtitura quid operatur.*

151 *Clauſula natura tamen, & forma feudi in aliquo nõ mutata, quid operetur.*

152 *Refutatio proxime ſucceſſuro ualet. 153.*

154 *Forma pro te, & hæredibus de tuo corpore deſcendentibus eſt mixta, & excluduntur extranei quia uerbum hæredibus intelligitur de hæredibus ſanguinis. 155. 156. 157. 158.*

160 *Et ſtãte prædicta forma non aſtringitur feudatarius dare primogenito, nec magis uni, quam alteri de deſcendentibus in eodem gradu exiſtentibus. 160. 162. 163. 166.*

163 *Idem in collateralibus.*

164 *Poſtergari non poteſt proximior. & dari feudum remotiori.*

165 *Refutatio proxime ſucceſſuro eſt perpetua, etiam eo mortuo ante mortem refutantis. quia acquiritur filiis refutatarii.*

Illumina domine oculos meos, ut ueritatem uideã, & ea, quæ ſunt iuſta ex ore meo emanent.

VIſis, & accuratè inſpetactis priuilegii, & in
ueſtituris baroniæ, & feudi Miſirindini, &
alijs, quæ pro præſenti conſultatione tranſmiſſa
ſunt & conſideratis, ut decet; his, ſuper quibus
dubitari contingit, ſolùm Deũ præoculis habens,
maximè cùm inter coniunctos agatur, ſubdam
quod de iure uerius, & probabilius eſſe ſentio &
omnibus conſideratis uidebatur primo aſpectu
dicendum dominum Antonium filium quondam
dñi Franciſci, ſecundo geniti præferri debere in
ſucceſſione d. baroniæ in caſu mortis ſp. don Ioan
nis Corberę baronis ſine deſcendentibus, & con-
ſequenter excludere dominum Andriottam fra-
trem tertiogenitum eius patruũ, & ſic donationẽ
ſeu refutationem per dictum dominum baronem
eidem tertiogenito factam nullius eſſet momenti.
quæ concluſio fundari uidetur tum ex natura, &
forma feudi, tum ex iuris communis diſpoſitione,
tum etiam ex diſpoſitione capitulorum, & conſti-
tutionum regni. forma enim eſt natura dicti feudi
1 propter †clauſulam iuris francorum, ſub qua per
regem Martinum diuæ memoriæ conceſſum fuit,
illud defert, primogenito, ſecundogenitus dicitũ
primogenitus, & ita de prædicto ſecundogeni-
to tertiogenitus ſubintrat locũ 2. geniti: & ſic de-
inceps: ut tradit Andr. de Iſern. in cap. 1. §. hoc
quoque. col. 11. de ſucceſ. feud. unde in caſu mor
tis dicti ſp. baronis ſicut dominus Franciſcus ui-
ueret, ſubintraret locum ipſius domini baronis
primogeniti: & ipſe ſuccederet excluſo domino
2 Andriotta tertiogenito. ita diceretur †ipſe Anto-
nius ex pſona patris primogeniti, nã primogeni-
tura trãſit in filiũ ad excluſionem patrui ſecundo
geniti, ut latè ſcribit Oldrad. in 95. 224. incip. iſtę
ſunt allegationes 3. & Franc. de Are. in conſ. 164.
& tradunt latè doctores in l. 15. poſt. ff. de acqnir.
hęred. & in l. cũ antiquioribus. C. de iure deliber.
& latiùs per Prepoſit. in cap. 1. de feud. march. &
latiſſimè Neapol. in cap. 1. in præſenti de ſucceſſ.
feud. ſi ergo dicitur ex perſona patris habere ius
primo genituræ, pater ex natura & forma feudĩ
uocantis primogenitum, ad eum ſpectare ſucceſ-
3 ſionem. ius commune etiã ei defert ſucceſſionẽ. †
nam cùm agatur de ſucceſſione patrii carnalis fi-
lius ſubintrat in gradum patris. §. cum filiis inſti
tu. de hæred. quæ ab inteſt. defer. cum Sy. ſed ſi
pater uiueret, ipſum dominum Andriottam ex-
cluderet, quia maior erat. ergo & ipſe filius. quæ
concluſio etiam de iure communi feudorum pro-
cedit, per tex. coniuncta gloſſ. in cap. 1. §. ſi de na

tura

tura ſucc.feud.ubi tex.uult, quòd in ſucceſſione
feudotarii ſine deſcendentibus mortui ſuccedunt
agnati eiuſdem lineæ. & ſubdit tex. feudum ad
proximiores pertinere. & glo.ibi, quam omnes
4 ſequuntur, dicit, † quòd filius fratris ſuccedit cum
patruo: quia ſubintrat in gradum patris. & ſic pa-
tet nepotē ex fratre dici de proximioribus, unde
licèt dominus Andriotta ſit frater, & ille nepos.
5 † & ſic remotior. quare frater eſt in ſecũdo gradu,
& nepos in 3.l.iuris conſultus.§.ſecundo.& §.ter
tio.ff.de grad.affin.& inſtitu.eodē. tit.§.ſecundo.
6 & §.3.gradu tamen poſtquàm † nepos in gradum
patris ſucceſſit, & ſubintrauit, dicitur eſſe in eodē
gradu Cum patruo, ex quo ſequit, quòd Andriot-
ta non dicitur eſſe proximior eo, ſed pariter pro
ximus. nepos autem ipſum patruum in duo-
bus ante ceſſit: primò, quia habet ius primogeni-
turæ paternæ, quod in eum ex perſona patris tran
ſiuit. ut eſt dictũ. & ſic, ſicut ſi pater uiueret, eun
dem Andriottam excluderet, ita etiã ipſe nepos
7 †. ſecundum eſt, quia deſcendit ex fratre utrinque
coniuncto, & ipſe Andriotta eſt frater ex uno tan
tùm latere: quanuis ab ea parte, à qua feudũ pro
uenit. conſtat autem, quòd nepos ex fratre utrin-
que coniuncto excludit patruum ex uno tantum
latere coniunctum, ut eſt tex. in auth. de hęred. ab
inteſtatenien. in §. ſi igitur. & in auth. poſt fratres.
C. de leg. hæred. & licèt dominus Andriotta ſit cõ
iunctus ab ea parte, à qua feudum prouenit: quia
eſt frater conſanguineus, & feudum eſt paternũ,
hoc non operatur aliud, niſi, quòd facit eum habi
lem ad ſuccedendum ita quod alio non exiſtente
proximiori, uel aliter eum non excludente, poſſet
in feudo ſuccedere. ſed ſi cum eo concurrit frater
utrinque coniunctus, uel nepos ex perſona patris
iam eſt coniunctus ex latere illo, à quo feudum
prouenit: & eſt inæquali gradu, ut eſt dictum. ſed
plus habet, quia eſt dicto baroni etiam ex latere
8 matris coniunctus. & ſic † duo uincula habet. & ſic
præfertur habenti unum. l. de emancipatis. C. de
legit. hæred. auth. ſic itaque. C. commu. de ſucceſ.
& per has ll. & rationes ita ad excluſionem totalis
patrui dicit gloſ. in conſtitu. reg. ut de ſuccęſſioni
bus in uerbo, ex altero, & ibi ſequitur Andr. de
Iſer. in 3. col. & Neapolit. in 7. col. eadē concluſio
in ſucceſſione tranſuerſalium, in qua ſumus, pro-
batur in capitulo ſi aliquem. reg. Iacobi. & in cap.
conſtitutionem. reg. Fideri. ibi ſexus, & primoge
nituræ prærogatiua ſeruata, propter quæ capitula
dicimus quòd licèt And. de Iſer. in dicta conſtitu.
8 ut de ſucceſſionibus col. 3. dicat, † quòd primoge
nitura ſolùm attenditur, & conſideratur, quando
agitur de ſuccedendo patri, non quando fratri:
tamen in regno ex nouitate dictorum capitulorũ,
etiam in ſucceſſione fratris attenditur primogeni
tura. ita dicit Guliel. de Perno in rep. dicti c. ſi ali-
quem. in uerbo ſub feudatarios, & in conſ. 11. in-
cipit, ad primum. in 11. col. quæ capitula licèt uo-
cent proximiores, ibi defuncto proximior, non
excludunt talem nepotem, imo dicendum, quod
talis nepos patruum talem excludat, per ſuperius
dicta in ſpecie in terminis dicti c. ſi aliquem. eſt
in cauſa noſtra terminant moder. Cathinenſes in
9 rep. dicti c. incipiente volētes. & ſi † in ſucceſſione
fratris concurrat frater utrinque coniunctus, uel
eius filius eſt frater ex uno latere, vel eius filius ex
utroque latere: licèt ętate minor, moti ex pluribus
& maximè quod ſucceſſio ex d.c. ſi aliquē. intelli-
10 gitur ſecundum terminos iuris cõmunis. † ſecun-
dum quod eſt dictum filius tenet gradum, & pro-
ximitatem patris in ſucceſſione patrui. ita & ex
cludit patruum ex uno tantùm latere coniunctũ.
dicta auth. poſt fratres cum ſeq. ſup. alleg. & per
doctrinã gloſ. & And. in dicta conſt. ut ſucceſſioni
11 bus ſuccedentes, ut dictum, eſt, † hoc procedere
etiam, quòd patruus ſit ætate maior: nam ætas
maior operatur, cæteris paribus & vbi ſubeſt alia
qualitas, vel ratio, quæ magis attendenda ſit, quã
ætas, ipſa ſuccumbet ætas, ſed maiorem uim, & ra
tionem habet cõiunctio ex utroque latere: eo quia
omnes leges totaliter coniunctũ præferunt. ergo
&c. & ad hoc adducunt etiã de eius. Pet. de Ant.
in rep. c. canonum ſtatuta. in 14. q. incipiē. occur-
runt aliæ quæſtiones &c. extra de conſt. vbi uult,
12 † quòd ſtante ſtatuto, quòd proximiores ſuc-
cedant, dicitur eſſe reuerſum ad ius commune. &
ideo utrinque coniunctus præfertur conſangui-
neo: licèt ſit pariter ꝓximior. plus enim debet at-
eſt communis opinio, Gozad. conſ. 24. num. 10.
103 Item eſt † vera interpellatio, nec oportuit, ꝙ
fuiſſet competens iudex, cum ſuffeciſſet etiam
extraiudicialis, Doctor. in l. uiuum, ibi pręcisè Ca
gnolus, ff. ſi cert. pet.

Et ſi pręedicta militant, prout militare dicũtur,
in facto noſtro, ceſſant oĩa allegata ex aduerſo ad
excuſandũ morã, quòminus ratificari fecerit, &
104 ſic ceſſat, ꝙ replicabat̃ primò, ꝙ † vbi datur pe
titio, nec actio, ibi dat̃ mora, & ſic ubi nulla adeſt

 actio,

actio, nec mora.l.nulla.ff.de reg.iur.l.ſi pupillus.ff.de uerb.allegat.Bal.in l. acceptum in 6.oppoſitione.C.de uſur.Corneus conſ.312.nu.4.in 4.Crauetta conſi.89.num. 5. Beccius conſi.38.numero 7.quoniam ex promiſſione rati facta a uiro pro uxore quam primum potuit adimplere, tenebatur, nec ſe ſubmittere caſui futuro mortis, ut ſupra dictum fuit.

105 Item id, quod 2.dicebatur,† quod promiſſio fuit conditionaliter facta ſcilicet diſponſato, & ſolennizato ipſo matrimonio quę cõditio non apparet purificata.nam ablatiuus abſolutus facit cõditionem l. a teſtatore & ibi Bart. & Imola.ff.de condit.& demonſtrat.doctor.in rubr.ff.ſoluto matrimonio,& ibi Iaſon.

106 Maxime ſi futurum†tempus,& quod ſui natura incertum ſit. reſpiciat,cum a futuro euentu dependeat, tunc eſt opinio receptiſſima, ut ablatiuus abſolutus conditionem inducat. ita teſtatur Pedamont.deciſ.145.num.7.& conditio expreſſa.Neuiza.conſ.87.nu.7.

107 Et quod conditio † debet ſpecifice adimpleri l.qui hæred.ff.de cond. & demonſtr. & importat formam Neuiza. ubi ſupra a Vall.conſ.65.nu.25. in 2.qua non adimpleta,diſpoſitio non eſt obſeruanda.Ripa.lib.2.reſp.c.9.n.2.Hippolytus Riminal.conſ.51.n.5.cum ſeq.imo omne, quod fit,redditur nullum.a.Vall.dicto conſ.65.nu.26.

108 Quoniam reſpondetur†,etiam ultra prędicta conditionem purificatam eſſe, præſumitur, cum debeat adimpleri per eum, qui dotem petit iuxta tradita per textum in l.iure ciuili.ff.de cõditio, & demonſtrat.

109 Et etiam ceſſat † illud, quod non tenetur pro ipſo rato quia requirebatr interpellatio, ex quo in promiſſione non appareret certa dies, imo eſt dictum, quod faceret ad omnem requiſitionẽ donãtis.quia de requiſitione ſatis conſta,licet ptendat nõ ſolenis,& iudicaria ab habẽte iuriſdictionem.

110 Nec etiam militabit†,quod interpellatio prima facta 3.die Septembris,ipſo iure eſt nulla,nẽpe die dominico,& ſic feriato in honorẽ Dei.quo tempore exercitium iuriſdictionis eſt de iure ſuſpenſum l.fi.ibi(nulla quenquã urgeat admonito) C.de feriis.& ibi nota.Bald.in 2.notab. & iſta eſt communis opinio de qua teſtatur Lanfrancus in cap. quoniam contra, in uerbo citationes nu.27. de probat.& de communi teſtatur Vãcius de nullit.ex defect.citat.nu.46.

111 Eſt†nulla etiam alia facta 4.die ſeptembris,& ipſa prima,quia abſolutæ ipſę cedulæ per non habentem iuriſdictionem, de qua non conſtat. ergo acta nulla le.1.& 2.C.ſi a non compet.iud.quæ exceptio admittitur etiam ſtante ſtatuto prohibente exceptiones admitti Bal.in dicta lege 1.maxime quod ut cedulæ potuiſſent per habentem iuriſdictionem abſolui requirebatur cauſę cognitio ſi matrimonium erat ſolenuizatum, ut ex pacto in contractu dotali.Vantius de nullit.ex defect.iuris.deleg.nu.93.

112 Nec etiam quod dicebatur nõ potuiſſe † per cedulas mandati pro ipſo rato, ex quo non erat liquida cum non apparebat de ſolennitate dicti matrimonii,ideo debuit prius liquidari tã ex forma iuris cõis.Menoch.ad ipiſ.poſſeſ.remedio 5.n.59.ubi teſtatur de magis cõi. quã ex forma ritus ibi(per prius liquidet):ita dicit Bal.ut quis non cõſtituatur in mora in l.acceptam 6.oppoſitione C.de uſur.Crauetta.in conſ.89.nu.5.

Et ſic con poteſt adaptari ad caſum noſtrum,
113 dum dicebatur nulla aſſerta†interpellatio.quia
ſine termino,quod licet promiſſio ſit facta, quod
ſtatim faciat ratificare de iure, intelligitur cũ ter
mino,nec maximo, nec minimo:eſt textus in l.1.
114 §.ſi ita legatum ibi,& quod dixit† in continenti.
ita accipiendum eſt,cum aliquo ſpatio.ff.ad l.fal.
ubi Bart.hoc notat.nu.2.& alius tex. in l.quod di
115 cimus.ibi†deberet ſtatim ſoluere cũ aliquo ſci-
licet temperamẽto temporis intelligitur. ff.de ſo
lut.ubi Bar.notat.eſſe tempus iudicis arbitrio,ſta
tuendum,& ita ſentit dominus Antonius Lancea
ſuper ritu,licet prædicta non alleget.

Et ſic dum ipſi ſteterunt ſimul poſt matrimo-
116 †niũ contractũ tanto tempore,nõ obſtat,quod
dicebatur quod per aſſertam interpellationẽ non
fuit dominus Franciſcus conſtitutus in mora quia
eo die dña Hieronima,quæ debebat ratificare, ſe
bricitabat morbo ſontico ſcilicet febre continua
quæ cuique rei agendę litiganti impedimento eſt
l.quęſitũ.ff.de re iud.l.morbus ſõticus.ff.de uerb.
ſignificat.& ibi not.Alciat.

117 Et ꝙ febricitabat† apparet ab euẽtu,cñ mortua fuerit infra tres dies a die cedulæ,& pars in oppoſitionibus hoc ſatetur cum dicat quod dña Hieronyma tempore teſtamenti nõ erat ſanę mẽtis,& fuit primo Septembris,& cedulæ 3.& 4.

118 Et non ſolum excuſatur,†uxor non poſſe ratificare ſtante febre, ſed uir promiſſor ob febrem in perſona uxoris c.communis. & ibi gloſ.22.diſtinct. Iaſ. poſt alios in l.2. §. ſi quis in iudicio in primo not. ff.ſi quis cautio. quod morbi impedimentum excuſet a mora, & ſic a pœna damni, & intereſſe l.ſi uehenda §.pen.ibi(ſi probatũ fuerit nautam morbo impeditũ nauigare non potuiſſe) ff.ad l.Rodiam de iact.§. ſi quis in iudicio ibi ſe ſiſtere non potuiſſe exceptione adiuuatur.ff.ſi quis cautio.& iſta eſt cõis opinio, quã teſtatur Rober. Marant.in ſua 7.diſputatione.nu.11.12.

119 Et Idem dicendũ nõ eſſe præſentis noſtrę† q. dicere in obligationib. facti difficultas excuſat a mora ut quandiu durat excuſetur quis ab ea. glo. cõiter approbata in l.quod te in uerbo (inponte) in fi. ff. ſi cert.petatur & ibi alii:de qua communi teſtatur Maranta ubi ſupra nu.13.

Item etiã ſtantibus prædictis non facit aliquid
120 reſpõſio ad tex.in l. sãcimus,C.de fideiuſ.†ubi
habetur,quod ſe obligauit de aliquẽ prę̨ſentando
in iudicio tenetur ad pœnã,etiam quod propter
difficultatem,eñ non præſentauit.

121 Quod ille tex.nõ procedat,qñ difficultas†eſt ob mortem illius,qui debuit prę̨ſentari.quia tunc eſt impoſſibile Alexand. in dicta lege,quod te numer.10. ff. ſi certum petat.2.ille text.procedit in obligatione iudiciali.

122 In caſu noſtro impoſſibilitas†eſt ob mortẽ dominæ Hieronimæ ſecutę, & ſumus in obligatione conuentionali ita dicũt doctore in dicta le.quod te.& Maranta in dicta diſputatione 7.nu.21.

Non

123 Non obſtat† conſuetudo Ciuitatis Cathanię,
quod ceſſio non debet experiri, niſi elapſo anno:
quia nunquã fuit uſu recepta,nec firmata, & con-
trarium ſeruatur.nã conſuetudo, ut poſſit habere
efficaciam, acquiritur, ut in iudicio contradicto-
rio aliquando firmata ſit l. cum de conſuetudine.
ff. de legib.
124 Item†ultra requiritur,quod ſit præſcripta,&
in iudicio per binos actus ſaltem,uel plures firma
ta,alias non dicitur uſu recepta Rocchus in c.fin.
125 de conſuet.† 2.non per hoc ſi experiatur ceſſio
in annum,inducitur nullitas,etiã ſi negatiue con-
ſuetudo loquatur . quia cũ ipſa procedat dando
modum ſcilicet,ut cedens non poſſit in eam teſti
126 ficari.item † quod poſſit cedens ſuper ea inter-
rogari,& quod ceiſionarius nõ habeat maius pri
uilegium ipſo cedente, unde cum ultra procedat
ceſſionem,& probando tunc, & ſi in annum quis
experiatur,eſt ualidũ,quod ſit Bart.in l. prima.§.
biduũ.ff.quando appellat. ſit Dinus in regula quę
contra.ff.de reg.iur.in 6.ſequitur Decius conſilio
127 494.nu.12.13.Tertio de boc†in oppoſitionibus
non eſt exceptum,& obſtat ritus:ut infra quinde
nam ſe opponat.Angel.in l.fin. & ibi Iacobi.ff.de
128 feriis:† quia terminus legalis eſt peremptorius,
non obſtat,quod generaliter:quia non ſufficit,cũ
paria ſint , non excipere:& ille,qui exceptionem
obſcure proponit , ſuccumbit.Bart.Bal.& omnes
in l.Titię textoris.ff.delegat. primo ubi Caſtrenſ.
129 Imol. & Iaſ.ponunt caſum in his terminis † no-
ſtri ritus, quod dato termino ad opponendum ex
ceptiones,ſi generaliter ſunt oppoſitę,& poſt ter
minum uellet illam ſpecificare,quod ſub genera-
li intelligatur in quindena opponente, cum paria
ſint,non opponere,uel non clare.
130 Item non obſtat,quod pecunię† debent depo
ſitari, ut emantur redditus. quia fuit factum pro
cauſa limitata,ſcilicet ſuſtentatione, & alimentis
matrimonii,& filiorum, quæ cauſa ceſſauit ob ſo-
lutum matrimonium ſine filiis.nam limitata cau-
ſa limitatum producit effectum,quæ in teſtam.de
lent. ſicut ceſſante cauſa ceſſat effectus, c.cũ ceſ-
ſante. de appellat. l. adigere.§.quanuis.ff.de iure
131 patrona.†& ſi in aliqua diſpoſitione ponitur ali
qua qualitas, ita demum diſpoſitio habet locum,
& pro eo tempore quatenus qualitas illa viget in
ipſa diſpoſitione l. in delictis. §. extraneus. ff. de
noxalib.ita in terminis obligationis dixit Soccin.
in conſ.31.col.penultima verſic.3. 4. 5. libro. Ti-
raque.ceſſante cauſa in prima parte,in uerbo obli
gationis cauſa.
132 Sed pro intelligentia† ſupradicti capituli Ci-
uitatis Cathaniæ ſub titulo de iure ceſſo dici q
licet conſuetudo ipſa non obſeruetur,quando ceſ
ſio fit ex cauſa onerosa: tamen quando fit ex cau-
ſa lucratiua ſeruatur, & ita diſtringuunt apoſtillã
tes,pro ut Antonius lancea, & Blaſcus lancea, ibi
ſuper eo capitulo. ex notatis per Iſerniam in quæ
ſtione in præſentia,ubi Afflict.Iſernia in quæſtio-
ne ſancimus.
133 Itẽ procedit† dictum cap. conſuetudinis, qñ
fuerit in extraneam perſonam, ita firmant Anto
nius , & Blaſcus lancea ibi ex notatis per Cyn. &
Salyc.in l.1.C.ad leg.iul.repetund.

134 Tertio†intelligitur dictum capitulum conſue
tudinis non procedere,quando fieret donatio ma
xime in coniunctam perſonam. quia etiam quod
in donatione interueniret ceſſio, nihilominus ca-
pitulum non procedit: quia alias eſſet correcto-
rium ad omnes contractus,& omnes actus,in qui
bus in conſequẽtiam apponitur ceſſio iurium, ita
declarat,& diſtinguit Ioannes de Amicis in ſimi-
li diſputatione , quam dicit fuiſſe ritus Neapolis
in conſ.24.nu.7.& ſeq.uſque ad finem.
135 Ex quibus pręallegatis,& plene in magna Cu
ria diſcuſſis fuit determinatum,& deciſum,quod
oppoſitiones ſtarent: cauſa deciſionis fuit ad effe
ctum,ut in cauſa oppoſitoria diſcuſa, & uerifica-
ta quantitate legitimæ portionis maternæ, & por
tionis ſibi competentis, iure proprio ſtante con-
ſuetudine vrbis Cathinenſis , ſecundum quã erat
contractum matrimonium , inter eius parentes,
quia bona confuſa per natiuitatem filiorum ſecũ-
dum prædictam cõſuetudinem auditis partibus,
poſſet cognoſci,ſi datur exceſſus , ſeu læſio ultra
dimidiam habito reſpectu ad ſummam unciarũ
300. pro qua in contractu matrimoniali fuit pacti
tatum, quod poſſet diſponere ipſa ſponſa in caſu
mortis procul filiis.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum de facto factum, de facto reuocari debet.*
2 *Dominium probatur ex ſigno appoſito in mercibus.*
3 *Per apodixam oneratus probatur dominium.*
4 *Item per notam doanæ, & contractus nauli.*
6 *Item per ſolutionem precii merciũ, & eas onerando.*
5 *Scripturæ doanæ dicuntur ſcripturæ publicæ.*
7 *Res aliena uendi poteſt , licet non teneat in præiudi-*
cium dominii.
8 *Nec transfertur dominium.*
9 *Imò,quando uenditur res aliena mobilis, emptor fur-*
tum committit.
10 *Mandatum de conſignando transfert dominium abſ-*
que traditione.
11 *Onerando merces pro altero, & tertio , non quæritur*
dominium.
12 *Conſtitutum nullum transfert dominium, neque poſ-*
ſeſſionem a non domino, neque poſſeſſore adiectum.
13 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*14.
15 *Res aliena non poteſt obligari, neque hypothecari.*
16 *Inſtitutor quando dicatur conſtitutus .*
17 *Inſtitutor non poteſt præiudicare domino,niſi in his,*
in quibus eſt conſtitutus.
18 *Societas quando contrahatur tacitè , uel expreſsè.*
19 *Socius contrahens nomine proprio non acquirit ſocio.*
20 *Sequeſtrum ante ſententiam non poteſt fieri.*29.
21 *Nec poſt ſententiam, niſi aliquibus concurrẽtibus.*
22 *Sequeſtrum non tenet ratione incompetentiæ.*26.28.
27 *Limita in fugitiuo.*
23 *Contra exteros non poteſt exerceri iuriſdictio in ciui*
*libus pro mobilibus.*24.
25 *Iudex competens ratione rei ſitæ,quãdo agitur actio-*
ne reali , uel hypothecaria.
30 *Sententia inter alios lata facit præſcriptionem.*
31 *Sequeſtrum poteſt fieri in re mobili , ubi eſt dubium,*
quod tranſportaretur.
32 *Maximè quando perſona ſuſpecta eſt , quando exter,*
& non

& non poſſidet immobilia.num. 33. 35.& 38.
34 *Etiam ſi habet immobilia,ſed pauca.*
36 *Fideiuſſio extollendo ſequeſtro per exteros quomodo præſtari debeat.*
39 *Conſules nationum habent iurisditionem.40.*
41 *Iudex eſt competens reſpectu perſonarum.*
42 *Inſtitutores obligant principales.n.44. 45. 53. 54. 57.58.59.60.61.62.*
46 *Literæ inter mercatores probant mandatum.*
47 *Mandatum præſumitur durare, donec non eſt reuocatum.*
48 *In rebus uenalibus dicitur præpoſitus ad uendendum.*
49 *Identitas probatur ex pluribus.*
50 *Societas tacita dicitur contracta ex pluribus.*
51 *Societas facit,ut vnus alterum propoſuiſſe dicatur,& ideo ex contractu vnius obligantur inſolidum.*
52 *In rebus uenalibus quilibet ex ſociis poteſt uendere.*
54 *Ex circunſtantiis colligitur facta uenditio nomine ſocietatis.56.*
63. *Sequeſtrum debere ſtari ex pluribus probatur.*

DECISIO XI.

Fuit cauſa deuoluta ad magnam regiam Curiam a curia conſulatus ciuitatis Meſſanæ ſuper ſequeſtro tollendo facto ſuper coriis 4500. exoneratis in ciuitate Meſſanæ à naui traducta in eam ciuitatem patronizatam per Marinum euangeliſtam ſuper ea naui oneratis ad effectum conſignandi Nicolino de Menſa raguſeo in ciuitate Raguſæ uel Anconæ quod ſequeſtrum fuerat factũ per dominos de Scarlati & Corſi procuratores illorum de Caponi degentium uitam in ciuitate Venetiarum prætextu, quod illa coria fuerunt uendita dictis de Caponi per Paulum de Georgio.

EX parte prætendentium tolli ſequeſtrum di
1 cebatur reuocari debuiſſe, † quia quatenus
fuit factum ad Inſtantiam dictorum procuratorum
dictorum de Caponi de facto abſque aliqua
cauſæ cognitione,ſic de facto debet reuocari.iuxta
doctores in l.ſi pacto,quod pęnam.C.de pactis
& in l.fin.ff.quod met.cauſ.Ale.in l.ſi finita. ff. de
damno infect.nu.7.late pedamont. deciſ. 24. nu.
2.diſputantes omnes in teuuta de facto cóceſſa.
Affirmabat hoc etiam procedere etiam, quod
in ſequeſtro diceretur factum, tanquam ſpectantia
dicta Coria ad dictos de Caponi ſtante uenditione
eis facta per dictos de Gregorio ſub die 22.
2 Aprilis 1.Ind.1588. nam apparet quod † ille de
Gundula fuit, qui onerauit merces, & ſic ad eum
ſpectat dominium,quia probatur ex merco ipſorum
Coriorum,quod eſt duorum.gg.quod importat
Gioan Gandula iuxta tradita per Lucam de
penna in l.ſtigmata. C.de fabricenſibus. nume.8.
lib. 11.Stracca de mercatura 2.parte nu. 79. Maſcard.de
probatio.in 2.parte conclu.1048. in uerſic.mercium.fol.381.Rota
Ianuenſ.deciſ.201.quę
loquitur in Coriis.
3 Secũdo probatur† ex apodixa oneratus die 27.
Ianuarii 1588. per quam apparet ad quam ſpectat
ſeu cuius ſit dominium coriorum & ex apodixa
probatur dominium Salycet.in l.cum proponas
nu.4.C.de nautico fœnore. Stracca de aſſecurat.gloſſ.11.num.50.cum
ſeq.fol.89.
4 Tertio ex contractu† nauli facto per Gandulam
cum domino nauis ex nota doanæ,ubi Coria ſunt
onerata,quæ cum ſint ſcripturæ publicæ,probant
uel ſaltem faciunt præſumptionem, ſeu iudiciũ,
dum per legitimas. & indubitatas perſonas non
probatur contrarium Romanus conſ. 340. Rota
Ianuen.deciſ.92.nu.9.
5 Quod autem ſcripturæ doanæ† dicantur publicæ,
tradit Salicet. in l.exemplo.C.de probat. Fely.&
alii allegati per Rotam Ianuę.deciſ.122.n.2.
6 Quarto, † & ultimo dominium Gandulæ probatur
ex teſtibus, quod probant ſoluiſſe pretium
coriorum, & quod ea onerauit dictus de Gandula
& ſic dñs præſumitur Rota Ian. d. deciſ. 122.
7 Et quatenus potuiſſet prætendi † quod fuerunt
ea Coria uendita, licet aliena, & res aliena,uendi
poteſt reſpondebatur,quod hæc uenditio non tenet
in præiudicium domini ſed uendentis tantũ
l.rem alienam.ff.de contrah.empt. & l. nemo. C.
de re alien. non alien. Fabius de Monte in tract.
de emptio. & uenditione in quæſtione 49. & nona
quæſtione quæſtionis principalis. num. 70.fol.
8 80 † nec per eam uenditionem transfertur dominium,quia
in præiudiciũ eius,cuius intereſt alienatio
non ualet l.ſi alien.C.de furtis, ubi Bal.Afflict.deciſ.40.num.3.&
5.Rolan. à Valle conſ.60.
56.57.58.in 4.Caualc.de tut.& curat.poſt n.123.
9 Secundo† quod non procedũt dicta iura, quod
res aliena uendi poſſit,quando agitur de uendenda
re mobili, quia eo caſu tunc uenditio non ualet,
imo facta traditione cõmittitur furtum etiã,
quod emptor ignorauerit.l.1. C.de uſucapio.pro
emptore.Tiraquel.de iur.conſtit. limita.26.nu.3.
10 Nec unquam fuit† quæſitum dominium illi Nicolino
de Menſa,etiam ex mãdato facto per Gandulã
de conſignandis coreis dicto Nicolino quia
abſque uera traditione uel ficta non transfertur
dominium l. traditionibus. C. de pactis cũ vulg.
11 nec† amiſit dominium Gandula onerando pro alteri
conſignãdo,dum nullum fuit dominium quęſitum
alteri, cui conſignatio erat facienda. l.nec
utile, ex quibus cauſis maior Anchar. conſ.422.
nu.2.nec poteſt ſtare in pendenti dominium.Rolandus
a Valle conſ.90. nu.17.uerſic.2.facit in 3.
Gabriel conſ.8.nu.5.Gargiareus patroci. 42.n.1.
12 Si ergo ille de Mẽſa,nullum fuit† quæſitum dominium
per uenditionem prætenſam per illos de
Georgio iſtis de capo. etiam quod in uenditione
adeſſet conſtitutum nullum potuit transferri, neque
dominium, neque poſſeſſio. lege quod meo.
ff.de acquir.poſſ. latiſſime doctores in l. quamuis.
ff.eo Tiraquel.de iure conſtit.limitat.1.
13 Nec ex literis† Nicolini de Menſa datur mãdatum
dictis de Gregorio ad uendendum coria, de
quib.agit̃,ſed alia de quib. in literis & limitata cã
limitatũ producit effectum l.in agris.ff.de acqui.
rerum domi.Rolan.conſ.31.num.12.& ſeq. in 4.
item quia diligenter ſunt cuſtodiendi fines mandati
l.diligenter. ff.mandati ubi Curtius.

Item

14 Item mandatum †eſt limitatum de vendendis
Coriis non de hypothecando, prout prætenditur
in caſu noſtro non vendita Coria, niſi appareat
contractus venditionis, ſed factus fuit actus ven-
ditionis pro cauſa ſecuritatis eorum creditorum,
15 & †licèt aliena res uendi poſſit, tamen non poteſt
pignorari, & hypothecari, l. rem alienam, ff. de pi-
gnor. actio. Fanus, in quarto memb. in 2. par. num.
52. fol. 56. imò intentio ipſorum contrahentium
fuit verè pignorare, non uendere, & plus valet, qđ
agitur, quàm quod ſimulatè concipitur toto ti. ff.
& C. plus valet, quod agit. l. multum intereſt, C. ſi
quis alteri, vel ſibi Bartol. in conſil. 65. incipien.
Petrus Nicolæ.

Nec apparet, quod illi de Gregorio id, quod fe-
cerunt, fecerunt tanquam inſtitutores, quia nõ ap-
paret in perſonam ipſorũ, quod inſtitutores ſint,
16 cum inſtitutor † dupliciter poteſt conſtitutus, ꝓ-
bari, vel tacitè, vel expreſsè, tacitè quoties quis ſe
gerit pro inſtitutore alicuius, eo ſciente, patiente,
& non contradicẽte: expreſſe, quoties verbis ex-
preſſis, per aliquem actum conſtituitur, vt decla-
rant omnes Doct. in l. 1. ff. de inſt. actio. Alex. con-
ſil. 44. lib. 2. Roncagall. in l. ea in prin. nu. 149. cum
pluribus ſeq. ff. de duob. reis, & latiſſimè omnium
Rota Ianuæ plures allegans deciſ. 14.
17 Et quatenus conſtitutus †diceretur, ex quo ap-
paret per literas inter prædictos de Gregorio, &
de menſa, quæ inter eos fuerũt agitata, inſtitutor
non poteſt prẹiudicare domino, niſi in his, in qui-
bus fuit conſtitutus, l. 1. §. non autem, ff. de inſtit.
actio. l. fi. cum ibi notatis, ff. quod cum eo. Rota Ia-
nuæ, deciſ. 12. num. 11. verſi. accedit.
18 Nec apparet aliqua †ſocietas contracta inter il-
lum de Menſa, & dictos de Gregorio, quia ſocie-
tas non apparet contracta, vt ſolet contrahi, l. ſo-
cietatem, ff. pro ſocio, nec tacitè, quia non concur-
runt ea requiſita ad eam ſocietatem contractam
præſumendam de quibus late poſt omnes Meno.
de præſcrip. lib. 3. præſump. 56. fol. 171. & latius
Maſc. de probat. concluſ. 1309. in uerſic. ſocietas,
lib. 3. fol. 297.

Et maxime non dicitur facta per illos de Gre-
gorio venditio dictis de Caponis vti ſocios dicti
19 de Menſa †in eo contractu adiectos, quo caſu ip-
ſe contractus non obligat ſocium, nec proponen-
tem, etiam ſi eſſet ſocius, vel inſtitutor, qui con-
trahit, Rota Ianuæ, dicta deciſ. 14.

Et prædicta dicebantur ex parte ipſius peten-
tis tolli ſequeſtrum prodemonſtranda iuſtitia in
meritis, poſtquàm quoad ſequeſtrum tollendum
dicebant pro eo potiora iura eſſe, ſcilicet quòd ſe-
20 queſtrum †ante ſententiam eſt prohibitum, toto
tit. ff. & C. de prohibita ſequeſtr. omnes Docto. in
tract. de ſequeſtr. Nouell. in ſuis regulis, in verbo
ſequeſtrum, Practica Papiẽſis, in forma ſequeſtri,
ſeu ſaximenti. Caualcan. deciſio. prima, 2. 3. latiſ-
ſime, in prima par. Lancillottus, de attentatis, par-
te 2. c. 12. in 12. limitatione, fol. 269. cum ſeq. Bur-
ſatus conſ. 423. num. 14. in 4. Ancharan. iun. q. 47.
21 num. 12. cum ſequ. imò † poſt ſententiam non ita
ſimpliciter ſequeſtrum permittitur, niſi aliquibus
concurrentibus fortius dicendum in caſu noſtro,
ubi in primo iudicio.

Secundo principaliter dicebatur ſequeſtrum
22 non ſubſiſtere ratione incompetentiæ † iudicis,
quia in regno de meritis ipſius cauſæ prẹtenſis ex
parte illorũ de Caponis ſuper illis Coriis, non po-
terat agitari, tum quia ille de Gandula, ille de Mẽ-
ſa, & illi de Gregorio ſunt exteri, & abſentes a re-
gno, & etiã iſti de Caponis, & ſic nec ratione ori-
ginis, nec domicilij, quia nullus ipſorum habet
23 domicilium in regno, † nec ratione contractus,
quia contractus, de quo agitur, fuit factus in An-
24 cona, †nec ratione rei ſitæ, ex quo iſta Coria ſunt
mobilia, venalia, & non perpetuò manſura hic, vt
loquendo in magis ſtrictis terminis tradunt Ale-
xand. addit. ad Bar. in l. ex facto, in fi. verſic. quem
etiam, de hæred. inſtit. & conſil. 16. num. 5. & 6. &
conſi. 31. num. . . . in primo. Caualcan. deciſ. 3. nu-
me. 8. Iaſ. in §. item Seruiana, nu. 44. inſti. de actio.
Decius conſi. 381. Stracca de mercatura, tit. man-
dati, uerſ. reliquum eſt, fol. 100.
25 Item ille dicitur iudex competens †ratione rei
ſitæ, quando agitur actione reali, uel hypotheca-
ria Franciſcus Marcus, deciſio. 402. in prima par.
Caualcan. deciſ. 3. num. 16. ſequitur ex hoc, quòd
26 †ſequeſtrum eſt nullum, vel iniuſtum, quia vbi qs
non poteſt cõueniri, nec res eius poteſt ſequeſtra-
ri. Alex. conſi. 84. in 3. volum. Caualcan. dicta de-
ciſio. 3. vbi alios citat.

Nec obſtat, quòd mouebat magna Curia, ꝙ ſu-
mus in aduena, non poſſidente, & de re facile trãſ-
26 portabili, quia reſpondebatur, †ꝙ licet quis con-
ueniatur coram non ſuo iudice, ſitque aduena, &
merces habeat, & ſic fugitius, qui caſus eſt ma-
ior, quam non habere ſtabilia, & attamẽ res eius,
ſeu merces ſequeſtrari non poſſunt prẹſtito de ſtã-
do iuri in ſuo domicilio, latiſſime declarando Do-
ctor. & tex. in l. ſi fideius, §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. vbi
eſt materia poſt Curtium, Beroum, Afflic. Rolan.
Decium, Rebuff. Ang. Bal. & alios, quos refert Ca-
ualcan. ſua deciſ. prima, nu. 13. & 39. imò dicunt
28 Doctores, quòd †licet eſſet aduena, & non poſſi-
deret immobilia in loco, vbi conueniri prætendi-
tur, oportet probare eum eſſe inopem in ſuo do-
micilio, ad hoc, vt poſſit fieri ſequeſtrum, ad qđ
euitandum præſumitur diues. Caualcan. deciſ. 3.
per tex. in l. ſi fundum, ff. arbitrium tutelæ cum a-
liis per eum allegatis.
29 Item regulariter de iure ad hoc, vt ſequeſtrum
poſſit fieri, oportet, ꝙ procedat vigore publici in-
ſtrumenti executionem habentis, tradit Soc. in d.
l. ſi fideiuſ. §. ſi. num. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Burſ. con-
ſil. 423. & 25. in 4.
30 Augebantur prædicta ex eo, † quia aliàs in ci-
uitate Anconæ virtute eiuſdemmet contractus, vi-
gore cuius fuerat factum præſens ſequeſtrum, a-
ctum fuit, & ſequeſtrata quædam bona, & per ſen-
tentiam auditis partibus cauſa cognita fuit ſeque-
ſtrum ſublatũ, quę ſententia licet inter alios acta,
facit præſumptionem magnam in fauorem eius,
qui obtinuit, latiſſimè cumulat poſt Alex. in l. ſæ-
pe, ff. de re iud. Gabriel, de citat. cõcl. 1. limit. 53.
num. 402. cum ſequ.

Ex parte conuentorum illorum de Scarlati, &
& Corſi procuratorum illorum de Caponi allega-
31 tur, †ꝙ licet regula ſit, quod ſequeſtrum ſit pro-
hibitum

hibitũ per tex.in l.unica.C.de prohiben. ſequeſt.
pecun.nihilominus iſta regula patitur plures ex-
ceptiones,& inter alias datur communis limita-
32 tio,quod † quando ſumus in remobili, & extat pe
riculum, quod res tranſportetur in alias partes,
poteſt fieri, & tale ſequeſtrum ſuſtinetur ex tex.
in l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatisda.cogant.ibi ſi ſa-
tiſdatum pro re nobili non ſit, & perſona ſit ſuſ-
pecta, ex qua ſatiſdatio deſideratur apud officiũ
deponi debebit:ſi hoc iudici ſederit,donec ſatiſ-
datio detur,uel lis finem accipiat ad idem tex.in
l.litibus.C.de agricol.libro 11.& l.ſi cum dotem.
§.ſin autem in fin.ff.ſol ut.matrimonio,& in l.im-
peratores in fi.ff.de a ppell.& ratio eſt, quia alias
remaneret actor del uſus compilato & terminato
proceſſu & non haberet,unde poſſit ſatisfieri,pro
ut per gloſ.& doct.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.

33 In caſu noſtro, qſuſpecta ſit ſufficit † quod ſit
in atanimo iudicis ſecundum præallegat iura,
& quod prætendat pars contraria coria tranſpor
tare,ut eſt exter,& bona immobilia non poſſidet
& ſic dicitur ſuſpecta,ut teneatur omnino præſta
re,uel bona ſequeſtrari ex tex. in l. ſecundum.ff.
qui ſatiſdata,cogantur,ibi ſciendum eſt poſſeſſo-
res rerum immobilium ſatiſdare non compelli ſe
cus ſi non poſſidet, & ibi Bart. & docto.omnes,
Curtius in tractatu de ſequeſtro.n.72.

34 Idem eſſet,ſi immobilia†,& panca poſſideret,
pro ut dicit tex.in l.creditores.ff.de priuileg.cre
dit. & gloſ. in dicto §.fi. in uerbo officium, & ibi
Bal. in dicta lege unica. C. de prohib. ſequeſt.&
35 Paulus de Caſtro conſ.38.in primo, & † quod ex
hoc ſolo quod perſona ſit ſuſpecta: quia immo-
bilia non poſſidet, quod ſit locus ſequeſtro non
præſtito, tradit Angel.Peruſ.in tract. de ſequeſt.
uolumine 3.parte 2. & Iacobus de Arena eodem
uolumine in tract.de ſequeſtro capitulo 1.num.3.
10.11.

36 Et fideiuſſio † debet eſſe de parendo iuri non
barattanda re,& de ea reſtituenda, aut pretium,
ſentit gloſ. in dicto §. fi.idem Iacobus de Arena,
ubi ſupra n.9.& Curtius in tract.de ſequeſt.n.66.
cum ſeq.Bart.in dicta lege litibus.C.de agricolis
& cenſit.libro undecimo,Cuma.& Alexan. in di-
cta l.fideiuſſor.§.fi.& Panormit.in c.2.de ſequeſt.
poſſeſ.& fruct.

37 Arguebatur etiam,quod in caſu†noſtro hoc nõ
dicitur ſequeſtrum,ſed uere impedimentum da-
tum,ut ille tertius penes quem coria reperiuntur
illa retineat pro ſecuritate creditoris,ne tranſpor
tẽtur,iuxta tradita per Caualca. in dicta deciſ.3.
nu.2.& 12.

38 Item,quando ille†,cuius ſunt bona,non habet
bona ſtabilia,in loco ubi conuenitur, & bona mo
bilia ſunt in loco ſuper quibus prætenditur hypo
theca,iudex illius loci dicitur habere iuriſdictio
nem in ea cauſa,lege penultima, ubi doctores de
iuriſd. omnium iudicum. Capiccius deciſ. 159.
Ancha.in c.canonum ſtatuta.de cõſt.Soccinus in
conſ.62.nu.2.in 3.illa ratione, quia bona mobilia
dicuntur de illa urbe,in qua reperiuntur.

39 Non obſtat†dicere, quod præiudicium debet
agitari coram iudice domicilii ſeu originis illorũ
de Menſa,& de Georgio quia reſpondetur, quod
in regno Siciliæ, & maxime in ciuitate Meſſanæ,
quælibet natio unum habet iudicem, qui uocatur
conſul: per quem conſulem nationis fuit factum
ſequeſtrum prędictum, & conſules habent iuriſ-
dictionẽ in omnibus litibus,& controuerſiis mer
cimoniorum, & rerum exterarum, etiam mariti
marum,& ultra, quod hoc conſtat ex eorum pri-
uilegiis probatur etiam, quia conſulis ſunt creati
a collegio mercatorum,& dicuntur habere iuriſ-
ditionem ordinariã.lege fi.C.de iuriſdictione om
nium iudicum,ſtracca in tract.mercat. in tit. quo
40 modo in cauſ.mercat.proced.ſit nu.34.quo†caſu
procuratores dominorum rerum Meſſanæ exiſtẽ
tium,licet domini ſint abſentes, poſſunt iudiciũ
agitare, conuenire & conueniri coram conſule
iuxta tradita per Antonium Gales. informa cam
oblig.quæſtione 1.nu.8.fol.24.

41 Item etiam eſt de iure†, quod iudex loci licet
non ſit competens,reſpectu perſonarum: tamen
quando agitur actione reali,uel perſonali in reſcri
pta,ille eſt iudex competens, ubi illa res repetit.
Soccin.in c.ſane.extra de foro. compe. & eſt tex-
tus in c.fi.eo.titulo. & l.finali, ubi in rem actio, &
l.forma.ff.de cenſib. ita declarat Purpurat. conſ.
28.in primo uolu. & Ceſal. conſ.215.nu.53.in 2.
Fely.in c.dilectus il 3.nu.10.de reſcript.Alex.in
lege fina.C.ubi in rem actio.in addit.ab Bart. Soc
cin.in c.ſane n.6.in 7. declaratione de for. cõpet.
Caualca.deciſ.3.n.16.qui iſtos,& alios allegat.

42 Et maxime:quia † prætenditur ex parte iſtorũ
de Corſi,& Scarlati nominibus, quod fuerunt de
putati illi de Georgio uenditores coriorum inſti-
tores,ut uenderent coria prædicta,uel alia,prout
in literis, & propoſiti ad quęſtuariam negotiatio
nem coriorum per tex.in l.inſtitutor.la prima,cũ
l.ſeq. ubi docto. & in l. inſtitutor la ſecunda.ff.de
inſt.actio.& eo caſu dominus potuit per illos de
Gregorio obligari,& in contractu uenditionis ui-
detur inſolidum obligatus ad obſeruantiam ip-
ſius contractus ut habetur in toto titulo. ff. & C.
de inſt.actio. & in §.eadem ratione inſtit. quod
cum eo gloſ.Bart.Alex.Iaſ.& Decius in l. inſtitu-
torem.ff.ſi certum petatur, Rota Ionnẽs deciſ.
24.nu.6.& per totam.

43 Item illa ratione†,quia ſicut cõmoda ſentimus
ex actu inſtitutorum,ita etiam obligari nos ex cõ
tractibus ipſorum, & conueniri oportet leg.1.in
princ.ff. eo. l.prætor ait. §.ſed & ſi ſeruus. ff.eo.l.
hæres abſens.§.apud labeonem.ff.de iud.Rota Ia
nuẽs.deciſione 14.n.1. cum multis ſequen.n.6.7.
8.& ſequen.

44 Inſtitutor, † & procurator inter mercatores
ad literas conſtitutus obligat dominum, & ſi ex
contractu procuratorem, & inſtitutorem conſti-
tuiſſet.Pariſius conſ.47. n.14.in 1.l. ſi procurator
ubi gloſ.de procurat.Ripa reſponſo 103. libro 1.
in fine,quos refert Rota Iannenſ. deciſ.178.n.4.
45 & iſto†caſu oritur actio mandati: & mandatum
actionem parit l.licet.§.ea obligatio.ff. de procu-
rat.Rota Ianuẽs.deciſ.ſi nu.4.& melius deciſ.48.
46 249.ubi† inter mercatores prædictæ literę pro-
bant mandatum, faciunt illum procuratorem &
inſtitutorem,& dominus obligatur,ac ſi publicus
contractus interueniſſet,ex tex.expreſſo in l.1.ff.
mandati,

mãdati,& in noſtris terminis Boerius deciſ.221.
num.141.ſecundo libro.
47 Et iſte literę, † & iſtud mandatum ſemper ui-
detur durare donec ſit reuocatũ allegabatur lex
prima §.inuito ff.de off.prefecti vrb. Bart.in l.nu-
da ratio nu.4.ff.de donat.ubi Paul.l. publia in fin.
ff.depoſiti Alexa.conſ.78.n.2.in 1.Pariſ. conſ.19.
nu.104.in 3.Crauetta conſ.73.nu.16.in primo.
48 Et quod dicantur† præpoſiti uenditioni corio-
rum illi de Georgi,apparet, quia in rebus venali-
bus dicuntur præpoſiti ad uendendum.l.eius,qui
in prouinciam.ff.ſi cert.petatur.Galcaula in l.ſti-
pulationes,nõ diuidũtur.nu.21.ff.de uerb. oblig.
46 Et de identitate Coriorum†,quod ſint illa , de
quibus ſit mentio in ipſo contractu uenditionis,
apparet concordantia, tum reſpectu patroni na-
uis, & ipſius nauis , quod fuerant onerata ad no-
men Nicolini de Menſa, & eadem quãtitas:& ſic
data identitate,non poteſt dubitari,qnod uendi-
tio non ſit facta de dictis coriis,quæ in præſentia
rum reperiuntur in ciuitate Meſſanæ. & ſic identi
tas probatur iuxta tradita per Maſcard. de pro-
bat.concluſ.873.cum tribus ſequen.
50 Non obſtat, quod ex quo†mandatum apparet
factum illis de Gregorio per illum Nicolinum de
Menſa,& literæ. per quas colligitur tacita contra
cta ſocietas ex notatis per Socc.conſ.87.nu.12.in
2.ſunt illius de Menſa, & non illius de Gundula,
cuius dominium coriorum probatur ex ſupra alle
gatis ex aduerſo.quoniam reſpondebatur , quod
exquo ſocietas inter Gundulam,& illum de Men
51 ſa eſt probata clare†uidentur ſe ad inuitem pro-
poſuiſſe:adeo ut quilibet inſolidum ex unius con
tractu teneatur. Cuma. conſ.8.Alex.conſ.142.in
2.Roncagallus.in l.eadẽ.ff.de dnob.reis.nu.195.
& Alex.conſ.ſi. nu. 10. in 5. Stracca de mercatu.
tit.de decocto.concluſ.13.parte quinta.
52 Et in rebus uenalibus†poteſt quilibet ex ſociis
de perſe uendere,& diſponere,& conſocium ob-
ligare abſque , eo quod procedat mandatum , &
conſenſus alterius ſocii l.cum te in galliam . C.ſi
cert.petatur . Natta conſ.567.Bart.Bal.in rub.C.
pro ſocio.Galiaula in dicta lege. ſtipulationes nõ
diuiduntur,nu.21.Roncagallus.nu.29.
53 Et maxime, quia † in uenditione mentio facta
non fuit,quo nomine coria uendita fuerunt,prępo
nentes quoque tenentur.Soc.conſ.27.nu.19.in 2.
Decius conſ.510.Natta con 567.
Nec obſtat,quod non fuerit in uẽditione facta
mentio, quod uendebantur ea coria,quę erant Ni
54 colini†, quia ſufficit , quod fuerint uẽdita coria,
& ꝙ de Coriis fuerit facta in ſtitoria , ſiue ſocie-
tas,Bart.conſ.79.Alex. conſ.44. in 2.nam præſu-
mitur fuiſſe factam uenditionem in eam cauſam
ſcilicet inſtitorię,aut ſocietatis.Rõcagallus in di-
cta lege eadem nu.106.l.poſt §. fin. ff. quando ex
55 facto tuto. & ſatis eſt,†quod ex circunſtantiis col
ligatur,quod reſpectu ſocietatis fuerit facta uen-
ditio, quia ad ſolam ſocietatem negotium ſpecta
bat.ex tex.in dicto §.fin.& Roncagallo in dicta le
ge eadem. num.199. & 200.& Rota Ianuenſ. de-
ciſ.14.num.96.
56 Itẽ,quia præſumitur facta uenditio,ſtante†de-
ſcriptione nauis,& identitate coriorum ab eis , q
tenebantur facere.l.quod in rerum. §. & ſic nauẽ.
ff.de legat.1.Bart.in l.nomina.C.arbitr.tutel.Bal.
in l.2.C.de aliment.pupill.pręſt.
57 Nec obſtat,quod iſte de Georgio†pecuniã ac-
ceptam ex ea uenditione dictorum coriorum in
proprios particulares uſus conuerterit , nam ad
huc proponentes tenentur.Caſtren.in l. 1 . §. non
autem nu.4.& ibi quoque Salyc. ratio eſſe poteſt
quia debent proſpicere,quales uiros eligãt.& eis
imputetur,ſi minus diligẽtes inuenerint.l.prima.
58 §.unde quęrit.ff.de exercit.& dolus†inſtitutorũ,
ſeu procuratorum præponentibus potius , quam
cum eis contrahentibus nocere debet. l.procura.
ff.de tributo.l.ſed & ſi pupillus.§. de quo palam.
ff.de minor.uigintique.l.quicunque.§.ſi quis con
59 traxerit†cum inſtitutoribus, ſeu procuratoribus
decoctis , ſi ignorauerit eos fore decoctos , quod
actus & geſtum teneant,& obligentur.Stracca de
60 decoctoribus in 3.parte nu.52.licet†in mandato
hoc ineſſe uideatur , ſi in eodẽ ſtatu mandatarius
maneãt,elegãs tex.in l.Corneiius. ff.de ſolut.ubi
Paul. & Bart.hoc notant Alex.in l.eum. qui ita.§.
quæ ſibi aut filio:ff.de uerbo.oblig.;Stracca ubi ſu
pra.num.51. magis enim imputãdum uidetur, &
61 qui†propoſuerit,ſeu mandauerit, quam ei,qui p
ignorantiam contraxit.Bart.in l.1.§.familiæ.ff.de
publicat.per legem unicam.ff.furt.aduerſ.naut.&
maxime , quia decoctio illorum de Georgio non
fuit ante menſem Iulii , poſtquam per totum illũ
menſem abſque aliqua ſuſpectione negotiati sũt,
& uenditio coriorum prædicta fuit facta die 22.
62 Aprilis anni eiuſdem, & ſic per † menſes tres &
ultra ante decoctionem in actu de eo geſtu præſu
munt,quando eſt factus actus infra biduum , uel
triduum ante decoctionem, ex illo uulgato conſi.
Bal.400.in 5. Stracca de decoctore in 3.parte.ca.
circa.nu.30.fol.305.
63 Dicebatur etiam,quod ſtantibus†prædictis de
ductis circa merita. & quia merita erant proban-
da, ex quo conſtabat de aliquo iure , non poterat
derogari ſequeſtrum,quin manere deberet:& ſuf
ficit in hoc pręſumpta probatio,l.cum proponas.
C.de bon.authoritate iud. poſſid.l.creditores. ff.
de priuileg. cred. Curtius de ſequeſt. quæſtione
prima in fin. Rebuff. de ſequeſtro articulo primo
gloſſ.prima num.10.& poteſt fieri ſtantibus pręal
legatis,& in primo iudicio ſecũdum Caualca.de-
ciſ.3.& Antonium Caleſium. ad formam Camer.
obligat.in ultima quęſt.num.39.maxime quando
conuentus eſt forenſis,imo abſens quo ſit , ut hac
ſolum ratione fieri deberet ſequeſtrum. Bart.in l.
ſi hæres abſens de iudic.Bald.in l.ſi uero donatio
nes.C.de contrah. emptio. & l. cum uenderet. ff.
de pignorat.actio.ſtãtibus prædictis, & quia cau
ſa ipſa meritorum erat reuendicatoria ex uendi-
tione ſi ualida in fine cauſæ,uenditio ipſa declara
retur ex dominio quęſito ex contractu uenditio-
nis , cum conſtituto de re communi uendita per
alterum ex ſociis, & eius inſtitoris, ſeu ſocii,quæ
ualiditas uenditionis pẽdebat ex probationibus
faciendis ab utraque parte in lõginquis partibus
extra Siciliam fuit uiſum magnæ curiæ determi-
nare, quod cum cauſa in hoc regno determinari
debeat, & in loco,ubi ad pñs adſunt ipſa Coria,
ex do-

ex doctrina Socini in dicto c. ſanè, & aliorum, qui eum ſequuntur, ſequeſtrum ſtet, donec fuerit præſtitum de detinendo ipſa coria loco depoſiti, & reſtituendo ad omne curiæ mandatum, & in eorum defectu ad ipſorum pretium.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſi ſe obligat contra formam capituli regni eſt nulla obligatio, & ex ea non poteſt oriri actio.*

2 *Minor iurans ſe maiorem non poteſt probare ſe minorem.*

3 *Et maximè ſtante pacto de non opponendo, & per teſtes ante factam ſolutionem. 6. 7.*

4 *Maximè quando iurat ſe maiorem, & non allegaturum minorem ætatem.*

5 *Et ſi admittitur ad probandum minorem ætatem non poteſt probare per teſtes, ſed per inſtrumenta tantũ.*

20 *Nec etiam cum clauſula, ſaluo iure impertinentiarũ.*

8 *Quomodo procedatur, etiam ſi ſtatutum irritat iuramentum per minorem præſtitum in contractu.*

9 *Etiam ſi ſtatutum annullet contractum iuramento firmatum.*

10 *Amplia etiam, quia non admittitur ad beneficium reſtitutionis in integrum.*

11 *Amplia etiam, quod non poteſt dicere de nullitate maximè, quando iuramentum eſt præſtitum tactis corporaliter ſcripturis. 19.*

26 *Contrarium. 27. 28.*

12 *Amplia maximè ubi adeſt clauſula omnia, & ſingula præmiſſa iurauit eſſe uera. 17. 44.*

18 *Amplia, ſi iurauit ſe maiorem, & iurauit nõ contradicente.*

14 *Abſolutionem à iuramento, ubi eſt petita antea, poteſt dicere de nullitate propter minorem ætatẽ. 15.*

21 *Limita, ſi ſe maiorem iurauit, ita credens per errorem dicendo ſe maiorem: quia admittitur ad probandum minorem ætatem.*

22 *Limita, quando ſtatutum annullat contractum factum ſine ſolennitate, etiam iuratum tanquam metu extortum, & doloſum.*

23 *In dubio non præſumitur, quod ſciuerit eius ætatem, & debet probari ſcientia. 24.*

27 *Sed probata ſcientia, quod doloſè ſegeſſit animo decipiendi non auditur. 29.*

30 *Sublimita, quoad eum, cum quo contraxit, non quo ad alium.*

31 *Sublimita ſecundò, quando ille, qui contraxit, ſciuit eum minorem, qui iurauit ſe maiorem.*

32 *Præſumitur, quod contrahens ſciat minorem eum, cũ quo contraxit, quando eſt coniunctus. 33.*

34 *Item, quia uicinus.*

35 *Item, quia confeſſus eum minorem.*

36 *Vbi dolus aduerſarij interuenit ad iurandum ſe maiorem, auditur minor.*

38 *Idem ſi neutrius dolus interuenit ad ſic iurandum. 39. 40.*

41 *Item ſi pars in productione actorum commiſit falſitatem contra minorem.*

43 *Probatio ſemel admiſſa facit ceſſare omnes controuerſias, & difficultates.*

45 *Exceptio inhabilitatis perſonæ ad ſe obligandum admittitur etiam ſtante pacto de non opponendo.*

46 *Maximè probata inhabilitate, quia etiam non ob-ſtante pacto de non opponendo debet ſuper eis probationibus pronunciari.*

DECISIO XII.

REuoluta cauſa executionis cauſatæ in curiã ciuitatis Meſſanæ ad Tribunal magnę regię Curiæ ad inſtãtiam Honofrij Iurba uigore contractus debitorij contra don. Franc. Lanceã debitorẽ, in qua tã in primo, quàm ẽt in 2. iudicio appellationis fuerat interlocutum in fauorem iſtius de lancea, quòd oppoſitiones preſentatæ per ipſum de lancea ſtarent, & admitterentur, & in tribunali magnæ regiæ Curiæ diſcuſſo negotio ſuper capitibus oppoſitionum fuit in hac cauſa dubitatũ de ualiditate contractus debitorij, ex quo iſte de lancea conuentus tempore, quo contraxit, erat
1 minor, ex quo † inferebatur, quod ex eo contractu
nulla obligatio, nec actio oriri potuiſſet, nec teneri ad obſeruantiam eius contractus ex diſpoſitione capituli regni ſub sereniſſimo rege noſtro, & imperatore Carolo c. 78. diſponendo ſub his uerbis che tali contratti fatti cum minori, etiam cum iuramento, ſine authoritate curatoris, uel Iudicis, ſiano ipſo iure nulli, & preſumanoſi eſſere fatti cũ dolo, & in fraude, non obſtante che lo minore in lo contratto iuraſſe lo contrario, delli quali contratti nulla oriatur actio, nec executio, & li minori non ſiano ullo unquam tempore tenuti all'obſeruantia di quelli.

Sed aduerſus prædictas oppoſitiones primò dubitabatur, quod iſte conuentus dum contraxit
2 † in contractu obligatorio affirmauit cum iuramento ſe eſſe maiorem 18. annis, quod tempus in regno ex diſpoſitione conſtitutionum regni in conſt. minorum iura. facit eum maiorem, quo caſu, etiam quòd uelit minor probare ſe fuiſſe minorem, non deberet admitti ad probandũ, maximè
3 ſtante pacto de opponendo aduerſus contenta in
inſtrumẽto, ſaltem per teſtes ante factam ſolutionem. Imol. in l. 2. n. 3. uerſic. & ſic proprie. ff. qui, & à quibus appell. non licet Bal. in c. paſtoralis. n. 6. de appell. ubi loquuntur, quod ſtante pacto de non opponendo, non admittuntur probationes per teſtes.

Secundò fortificatur ex doct. Bal. in conſi. 213. occurrit dubium in uerſ. porrò modus. in 2. quem ſequitur Ioannes Stephanus Lãbertegno in tract.
4 de contract. in gloſ. 8. uerſic. mariti, n. 72. † ubi ex
eo elicit quòd ſi minor contrahendo iure iurando affirmat ſe maiorem, & etiam iurat non probaturum minorem ætatem, obſtat, ei uolenti probare minorem ætatem iuramentum, & hoc idem Stephanus ibi nu. 73. comprobat ex illa concluſione, quòd quando quis contra proprium iuramentum uenire poteſt, tamen ſi etiam iurauit ſe ipſius iuramenti habilitationem non impetraturum. ex Barba, conſi. 85. illud in medium col. 2. in fin. uerſi, eſt nunc uidendum. & col. ſeq. in 3. ſi non de hac non impetratione fiat mẽtio in abſolutione, nõ audit.
5 Tertiò coadiuuatur etiam, † quia & ſi admitteretur ad probandum minorem ætatem, non poſſet probare per teſtes, ſed debebit probare per inſtrumenta tantum, textus expreſſus in l. 6. circa

medium

medinm,verſi.ſi tamen,& ibi Doct. C. ſi mino.ſe
maior.dixer.Specn.ti.de reſtitu. in integrum,§.ú
quis autem, colum.4.uerſi.item denegatur reſti-
tutio,& ibi Ioannes Audr. in addit.in verſi.breui
ter.Imo.in c.cum contingat.colum.87.verſicu.&
intellige eſſe de iure iura. ſequitur Ioan.Stephan.
Lamberteng.in dicto tractatu dictæ gloſ.8.uerſi.
marit.num.78.Ioan.Petr.Anchar.lib.1.quæſt.16.
num.6.Pariſ.conſi.97. num.15. in primo Maſcar.
de probatione, concluſione 1062.num.76.lib.2.
Berous conſil.180.nnm.6.in primo. Odo.sfortia
in tractatu de integrũ reſtitutione,quæſ.24.act.2.
num.8.ubi communem dicunt.

6 Quartò hæc prædicta fortius †procedunt,cum
ſtatutum hoc diſponat in cõtrarium ex dicto Bal.
in conſi.213.uerſi.cum ergo,lib.2.ergo fortius in
7 caſu noſtro ſtante,†pacto de non opponendo,ubi
non admittitur probatio per teſtes, ut ſupra fir-
maui ex Imol.& Bald.

8 Quintò ampliatur † prædicta concluſio etiam
ſecundum Ancharan.in conſi.126.legitur,colum.
prima,verſi.& præmitto,& colum. ſeq.uerſi.prę-
terea etiam ſi ſtatutum , vbi inquit id procedere,
etiam ſi ſtatutum irritet iuramentum per minorẽ
præſtitum,ſuper contractu ſine debita ſolemnita-
te celebrato,quia dictum ſtatutum,ſecundum ius
commune intelligendum eſt, ex quo ſuper proba
tione minoris ætatis facienda nihil ſtatutum di-
ſponit,& ante eum idem affirmat Angel.in d.l.3.
poſt principium,verſi.& nota ſingulariter, ubi lo
9 quitur etiam,† ſi ſtatutum annullet contractum p
minorem vigintiquinque annis factum, etiam ſi
iurauit ſe maiorem, ut ſcilicet intelligatur tamen
tantummodo per inſtrumẽtum minorem probet
ætatem,quos refert, & ſequitur Dominus Stepha
nus Lambert.dicta glo.8.verſi.mariti,num.76.ex
pluribus in terminis noſtris ſtatuti firmat Ioann.
Petrus Anchar.lib.primo,quæſt.16. nume.6.7.8.
9.& per totum intelligendo, ſecundum eum,quã
do iuramentum eſt corporaliter tactis ſcripturis
præſtitum,& ſine difficultate, quando duplex iu
ramentum adeſt appoſitum,poſt Ruy.conſi.103.
num.13.in ſecundo.

10 Sextò confirmabantur † prædicta ex doct.Bar
to.circa finem.Bald.circa medium,uerſic.ultimò
not.Alber.Angel.Sal.& aliorum poſt textum in l.
3.in fi.uerſic.ubi no.gloſ. in uerbo per teſtes poſt
medium,uerſi.ſecundo caſu,C.ſi minor.ſe maior.
dixer.ubi eliciũt,quod iſte contractus, in quo mi
nor ſe maiorem iuramento dicit, non admittitur
dominus Ioannes Stephanus Lamberteng. tract.
de contractibus,gloſ.8.uerſi.mariti, nu. 80.

11 Immo,nedum a reſtitutione in integrum,†ſed
etiam a remedio dicendi de nullitate excluditur
minor, maximè quando iuramentum eſt corpora
liter tactis ſcripturis præſtitum,latè etiam in ter-
minis noſtri ſtatuti firmat Ioan. Petr. Anchar.lib.
1.q.16.num.5.6.7.8.9.late etiam Ioann.Stephan.
de Lambertengo,tracta.de contrac.gl.8.in uerbo
mariti,num.107.108.109.110.111.112. Ruy.cõ
ſil.103.num.13.in 4.Cornel. conſil.121.num.10.
in 3.Pariſ. conſil.97. numero 32. uſque ad finem
in primo.

12 Septimo confirmatur etiam † in terminis quæ-
ſtionis noſtræ,hoc motiuum,quia nedum maiorẽ
ſe eſſe in contractu iurauit,uerum etiam in eodẽ-
met contractu deinde iurauit omnia, & ſingula
prædicta eſſe vera, & promiſit habere rata, quo
caſu non poſſet minorem ætatem probare, ſecun
dum Barbat. in conſilio 53.præclarè ſcripſit, co-
lumna 1.verſic.ſi qui omnia in 2. in terminis no-
ſtri ſtatuti.Curt.iun.conſi.119.colum.3.uerſi.nec
eſt paruifacienda,& colum.fina. verſi. poſtremo.
Soccin.Iun.conſi.3.colum.5. ver.non diſplicet,in
2.ſequitur Ioãnes Stephan. Lamberteng.in d.tra
ctatu.de contrac.glo.8.uerſi.mariti, num.81.ubi
dicit rationem, qua mouentur Doctores præalle-
gati eſſe,quia diſpoſitio l. 3. eſt pœnalis ideoque
reſtringenda, & quia illa uerba omnia, & ſingula
referenda ſunt ad ea, quæ principaliter tantum,
non etiam enunciatiuè dicta ſunt,potiſſimum qa
iurans in falſitatem incideret,& ius iurandum in
genere præſtitum ad falſa, & illicita non extendi
tur,c.1.de iureiuran.in 6.& no.glo.in cap. ego,in
verſi.nulli pandam etiam in c. ueniens, in uerſic.
præſciuiſſet in fin.in c.quemadmodum, in uer.cõ
dito,& in verſi.oculos extra eodem,de iure iurã.
iam tenet etiam Ruy.conſ.103.num.13.& nu.15.
uer.& ex alio etiam in 4.Maſcard.de probationi-
bus,conclnſ.162.75.80.

13 Corroborat etiam Lambert. ibidem, num.81.
ex not.per Fely.in rub.de præſcrip. colum.6.uer.
fallit 4. ubi in pacto de retrouendendo omni die,
& hora demum inſiurandum pręſcriptionem im-
pedire,ſi ſpecialiter ſuper ipſo facto præſcriptio-
ni derogatę fuit additum, ſecus ſi generaliter, in
fine inſtrumenti de omnibus, & ſingulis prędictis
obſeruandis interpoſitum fuit, quem ſequuntur,
dum ipſe citat ipſe quoque,Cur. Iun.in l.petens,
num.16.in fi.C.de pact.ipſe etiam Soc. Iun. con-
ſil.145.viſo puncto,nu.62.in primo.

14 Et in ſtatuto †dictante, quòd contractus mino
ris etiam iuramento firmatus ſine ſolennitate, de
qua in ſtatuto præſumatur meticuloſus, & dolo
extortus,& fraudolentus, & diſponẽs cõtractum
nullum,& tollens etiam uires iuramenti, quod ſi
minor iurat ſe eſſe maiorem,ſit validum, uel ſaltẽ
debeat ſeruari,& quòd ſtatutum de iſto cõtractu
tantum loquatur,firmat Ioann.Stephan.Lamber-
teng.in dicto tractatu de contrac.gloſ.8.in uerbo
mariti,num.91.92.poſt Abb.in conſi.71.quinque
dubia,colum.2.uerſic. ſed his non obſtantibus,in
primo,Anchar.conſil.226.legitur in Canone,co-
lum.1.uerſic.intelligam ergo,colum.ſequ.Pau.de
Caſt.conſ.53.uiſis actis,& conſideratis,colum.2.
verſi.nam circa,in ſecundo,quos Lambert.ſequi-
tur,& eam opinionem tenet, eam tenet Ruy. con
ſil.103.nu.13.in 4.Pariſ.conſil.97.num.10.& ſeq.
in primo, Maſcardus de probat. concluſio.1062.
nume.74.libro 2. ubi allegat aliquos hanc tenere
opinionem,& Ruy.in præallegato conſi.103.nu-
15 me.15.& ſeq.in 4.reſtringit †contrariam opinio-
nem, primò quod tũc poſſit audiri in probatione
minoris ætatis,& dicendi de nullitate,quãdo im-
petraſſet abſolutionem a iuramento, uel ſaltem
habilitatus,quoad effectum agendi,uel probandi
ſe minorem, per not. per Oldrad. in conſil.120.
Paulus de Caſtro,in conſil.226.circa primum per
eum

16 eum allegatos , ſed antequam † abſolnatur ſi di-
cat,& probare uelit ſe minorem,nõ debet per iu-
dicem audiri,ſed repelli,ne ſit author periurii,ut
per not.per Pau.de Caſtro, in conſ.141. per eum
allegatum,& no.per Barto.in l. ubi pactum,C.de
17 tranſ.ubi vult,qđ † ſi ille,cui factum fuit pactũ de
nõ petẽdo promittat,& iurat dicto pacto,de non
opponẽdo, nihil dicere,uel opponere, uel in iudi
cio non allegare : tũc iudex non audit illũ contra
ſuum iuramentum hoc uidetur ſentire Maſcard.
de probat.concluſ.162.nu.78.
Reſtringit idem Ruy.d.conſ.103.num.15.ver.
18 & ex alio,quod ſi iurauit † ſe eſſe maiorem,ſed ẽt
iurauit omnia,& ſingula eſſe uera , & etiam iura-
uit omnia ſingula dicta rata grata habere,& tene
re attendere,& obſeruare,& in nullo tamen con-
trauenire,ſeu contrafacere,&c.& ſic dicitur iuraſ
ſe,quod non allegabit ſe minorem , & quod nihil
opponet de minori ætate, quia alias nõ diceretur
habere rata,& grata per eum dicta , & ſic iurauit
ſe maiorem , & quod non allegabit ſe minorem,
volendo poſtea venire contra hoc ultimum iura-
mentum, prout venire dicitur allegando ſe mino
rem,non debet audiri per iudicem,ſecundũ Bar.
in d.l.vbi pactum,de hoc ſuperius dixi.
19 Tertiò reſtringit Ruynus ibidem,† quod Nico
laus de Matta.& Ioannes Andr.qui contrariæ fue
runt opinionis , dicũt procedere quando iurauit
minor in cõtractu ſe maiorem verbotenus , ſecus
quando iuramentum fuit tactis corporaliter ſcri-
pturis præſtitum,quia tunc iuranti nullum ſuper-
eſt auxilium,ex l.3. C. ſi minor ſe maiorem dixit.
Cornel.conſ.120.num.10.verſic. itaque in tertio.
Pariſ.conſ.97.num.16.in primo, & per totum Ma
ſcardus de probatio.lib.2. concluſio.162. nu.72.
Berous conſi.180.nume.5.6.in primo hanc com-
munem,licet contrarium ipſe teneat, aſſerit Mau
ritius in tractatu,de reſtitutione in integrum,ca-
pitu.170.numero. ...
20 Quartò reſtringit Ruyn. ibidem †non debere
admitti ad probandam minorem ætatem , poſtq̃
iurauit ſe maiorem parte contradicente,quia de-
tegeret ſuum periurium , & ſuam turpitudinẽ,ex
no.per Bar.in alias de iure iur.Bal.& Salyc.in l.fi.
C.de non num.pecu.
21 Nec †etiam debet admitti cum clauſula, ſaluo
tentia neceſſario inferatur, quod vult procedi, ut
ſupra prouidit, & reddit ſententiam nullam, ac ſi
eſſet expreſsè error Ang. in l.prætor ait, §. 1. ff. de
oper.noui nunciatio. & in l. 1. C. de error. calculi.

Secundo principaliter corroboratur iſtud ca-
34 put nullitatis, ex quo domus† delli Abbati nõ fuit
ſubhaſtata, quia oon erat in miſſione deſcripta,
& ob id non poterat deueniri ad liberationem ip
ſius ſine ſubhaſtatione, allegabatur Bal. in l. 3. nu
me. 4. C. de execut. rei iud. Suarea in libro recept.
Sententiarum, in uerbo decretum, nume. 20. & ẽt
capitulum ritus 112. quod diſponit, quod bona ip
ſa debeant ſubhaſtari, ibi (ſi uero ſe oppoſuerit
præcedẽte ſubhaſtatione bonorum) & ſic omnia,
quæ diſponit ritus, cenſentur pro forma inducta,
& diſpoſita, allegabantur Doctor. in procemio ri
tus, ubi Boniornus, & Fimia ſuper ritu, c. 105. ubi
allegant deciſionem delfinalem Guidonis Papæ
716. quæ in dicto loco hoc non dicit, ſed melius
de obſeruantia ritus, & eius uirtute, & effectu Ca
rauita ſuper ritu Neap. ca. 1. ſed in hoc † poſſet de
iure dubitari, quod ſubhaſtatio non faciat actum
ipſo iure nullum, prout Rom. conſi. 203. & Mand.
ibi dicit communem opinionem Romani, & totũ
mundum ſequi, quod actum non faciat ipſo iure
nullum, ſed ſobiaceat reſciſſioni, & annullationi,
36 ope exceptionis. † Sed in regno dicta opinio Ro-
mani, & Mandoſii fortè non procederet, ſtante
forma ritus, qui dat ordinem, & modum in ſatiſfa

ctione,

ctione,& eo non ſeruato,liberatio eſt nulla.Bald.
in l.ordo,num.7. C.de except.rei iud.

Addebatur etiam, quod nec poterat ſuſtineri
iſtud ſecundum decretum, quoad tenimẽtum do
37 morum vocatum di aiutami Chriſto,quia †decre
tum nullum non poteſt pro parte rei adiudicatæ
ſuſtineri,& in alia parte annullari, cum ſit indiui-
duum,iuxta tradita per Bart.Bal. & Pau.de Caſt.
in l.ſi non ſortem,§.ſi centum,ff.de condi.indeb.
& Bald.in l.ſi quis certi condictio, §.quoniam,ff.
ſi certum pet.tradit Alex.in l.1.§.ſed ſi mihi,ff.de
verborum obligat.

38 Et allegabatur etiam in terminis,†quod quan-
do eſt data licentia vendẽdi bona in miſſione cõ-
tenta, quod ſi deinde vendantur ipſa bona,& a-
lia cum eis diſtrahantur,quod tota alienatio red-
ditur nulla.Pariſ.conſi. 100.a nume.24.vſque 36.
in primo,qui licet faciat pro materia noſtra,tamẽ
non decidit in ſpecie punctum, eo modo poteſt
dici de Beroo allegato in conſi.182.num.9.in pri
mo,& Natta in conſ.631.in 3. vbi magis in termi
39 nis ponie caſum in nume.37.quod †quando cum
alia re,quæ eſt permiſſa alienari ex decreto, & li-
centia alienandi, uenditur alia res non permiſſa
tota alienatio corruit, etiam pro parte permiſſa,
idem tenet Rimin.Iun.conſi.5.nu.219. in primo,
& allegabatur etiam Simoncellus de decreto in
inſpectione 4.lib.1.num.43.& ſeq.& etiam,quod
ſolitum eſt allegari in præſenti dubio Afflict.deci
ſio.218.vbi Vrſill. licet ipſe argumenti gratia ar-
guit contra opinionem Afflicti,& Ancharani,quæ
ſtio.14.lib.2.& licet aduocatus iſtius actricis ſe fir
mauerit in ſupradictis authoritatibus potius,quã
in deciſ.Afflict.& Anchar.qui loquuntur,quando
liberatio, ſeu decretum eſt factũ ſuper bonis obli
gatis,& nõ obligatis qđ in totũ reddatur nulla,&
quoad bona obligata, nihilominus magis ĩ termi
nis noſtris poteſt obligari deciſ. Afflicti,& Angh.
quam aliæ doctrinæ,nam Afflictus conſiderat vni
40 tatem actus,qui actus eſt indiuiduus,†& non po-
teſt pro parte ſubſiſtere, & pro parte non,immo
in tantum adiudicatio,& liberatio eſt nulla,quod
res,quæ poterat liberari, & adiudicari in termi-
nis Afflicti,tum reſpectu, quia obligata, tum etiã
reſpectu,quia nõ fuit capta in pignus,& interpoſi
tum primum decretum,& præceſſit cauſæ cogni-
tio,& ſolennitates a iure,& ex forma ritus requiſi
41 tæ,ita † ut inualidata liberatione,& adiudicatio-
ne,quoad rem ſuper qua nõ eſt interpoſitum pri-
mum decretum, alia res non haberet condecens
pretium correſpectiuum contentum in liberatio-
ne,& ſecundo decreto,quia pretium eſt reſpectu
omnium bonorũ,& non partim ipſorum,nec vna
res vendita ex pluribus poteſt ſtare pro toto pre-
tio,cum fuerint plures uenditi, nec pro parte pre
tij,cum non appareat quantum ſit pretium rei i-
ſtius rei permiſſæ adiudicari, & ſic eſſet nullum,
etiam ea ratione, quia in datione inſolutum ex ſe
cundo decreto,non eſt reſpectu partis bonorum
pretium declaratum, iuxta tradita per Aretinum
in conſi.32.num.2.& maxime verſic. præterea,&
quando ſpecies alienatur pro parte indebita,tota
res repetitur remanente prima actione, quia ne-
mo ſtare cogitur in communione, quæ parere ſo-
let diſcordias,l.cum pater,§.dulciſſimis, ff.de le-
ga.2.Maynerius, Decius, Cagnol.& alii in l.cum
amplius ſolutum,ff.de reg.iur.

43 Immo †datio inſolutum,& adiudicatio eſt nul
la, quando eſt facta pro pretio incerto in termi-
nis videtur ſentire Petrus Surdus,conſil.39.nu.5.
in primo, & in ſimili cauſa nullitatis ſecundi de-
creti,ex quo factum fuerat primum decretum ſu
per vna domo, & deinde ſecundum decretum,
ſeu liberatio ſuper duabus ex ſupradicto capite,
44 †fuit declaratum nullum, ſecundum decretum,
ſeu nulla adiudicatio per tribunal Conſiſtorii S.
R. C.me exiſtente dicti tribunalis, in cauſa inter
Don Ioannem de Bononia conuentum ex una,&
Antonellam Salemi, in quem fuit transfuſum iu-
dicium,ob mortem quõdam Laureæ Muſca Salo-
mi de Valſeca nominibus,& cæt.actorem ex alte-
ra,in anno 15.indict.1586. die 28.Iulii, confirma
tæ per tribunal magnæ Regiæ Curiæ Criminalis,
die 18.Ianuarii,5.indict.1592. inter Antonellam
Cota, & Salemi, & dictum Ioannem,& per ma-
gnam regiam Curiam eodem modo aliàs fuit de-
ciſum in anno 2.indic.ſubſeqnentis 188. inter dõ
nam Mariam Schifaldo ex una, & Ioannam Cor-
rao primo loco de Amore;itẽ pars cõuenta, quia
ei viſum fuit non poſſe viſitare allegata in prædi
cto capite nullitatis hic deductæ confugit ad refu
gium illud,pro euitandis prędictis autoritatibus,
45 & concluſionibus ,quod † licet prætendatur duo
eſſe tenimenta domorum ſub nomine tantum, &
vocabulo,ſcilicet diuerſo,quod unum uocatur te
nimentum magnum de Aiutami Chriſto, & alte-
rum tenimentum paruum vocatum delo Abbati:
tamen utrumque compræhẽditur ſub nomine te
nimenti domorum de Aiutami Chriſto, & vnum
tantum eſt tenimentum domorum de Aiutami
Chriſto, & quod altera domus vocata delli Abba
ti,ſit pars alterius tenimenti magni domorum,&
in hac difficultate pro iſta parte inducebatur, ꝙ
46 †domus delli Abbati habet, & habuit de præteri
to aditum ad domum magnam. Item quia adeſt
quædam Ianua magna,ex qua egrediuntur in viã
publicam,tam ex parte domus magnæ, quam ex
parte domus paruæ,& ſic ad dignoſcẽdum,quod
vna ſit domus,& non duæ,cognoſcitur dũ ex vna
ipſarum domorum exitum habet utraque domus
ad hoc allegabatur Soci.iun.eſſe in terminis,con-
ſil.159.num.6.7.lib.2.& per totum Petr. Surdus,
conſ.207.num.4.in 2.

Comprobatur hęc opinio ex tex.in l.Sęię,§.Ty
47 ranne,ff.de fund.inſtruc.ex Bart.ibi dum †dicit,
quòd relicto fundo veniunt prata conceſſa ad fun
di vſum,etiã ſi adeſſet aliqua ſeparatio inter eos,
& ſimul non ſtarent,& dictum Bar. communiter
approbari,& etiam ex text.in l. quod conclaui,&
ibi glo.2.in fi.ff.de dam. infec. ibi cum domo ve-
nit clauſura, ſeu conclaue deſtinatum ad eam do
mum,licet conclaue ſit inter unam domum, & al
teram,dum tamen ad uſum illius domus ſit deſti
nata,& Anch.conſ.291.Alex.conſil.223.col.2.in
2.& conſil.204. col.1. in 6. & ex aliis allegatis ex
Cęphal.conſi.144.nu.18.& Bero.conſ.44.nu.35.
& ſequẽ.in 2. faciunt notata ad Burgin. Caualca.
deciſione 6.

Ex quibus concludebatur, quòd quandó plu-
48 res domus ſunt cõiunctæ † & collaterales & vna
eſt deſtinata ad perpetuum vſum alterius, quod
appellatione illius domus, ad cuius vſum eſt deſti
nata altera domus, in diſpoſitione, & legato, ve-
niat altera domus ad alterius vſum deſtinata.

Corroboratur etiam hoc ex lege prædijs. §. qui
49 domum. ff. de legatis tertio. vbi hortus † venit ap-
pellatione quando ad domus vſum fuit emptus,
vel factus. ex glo. in l. olimpio in principio. ff. de
ſeruit. vrba. prędio. Mantica qui plures allegat de
coniect. vltimarum voluntatum. lib. 9. tit. 2. nu. 36.
& Eugenius conſi. 66. nu. 33. & 49. & tex. in l. prę-
dijs §. Balneas. ff. de legat. 3. & etiam ex Natta
conſi. 429. & conſi. 446. in 2. & latiſſimè Tiraquel.
de iure primog. quæſtione 73. dum per deſtinatio
50 nem † vnius domus ad perpetuum vſum alterius,
diſpoſitio facta de illa domo venit etiã altera do-
mus deſtinata ad perpetuum vſum alterius lega-
tæ, ſuper qua eſt facta diſpoſitio, latè ad propoſi-
tum multa dicere allegabatur Vegium cóſ. 55. &
hoc per textum in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt
& l. ſi ex toto glo. Bar. & alij Doct. communiter in
l. ſi domus. ff. eod. titulo Cephal. dicto conſil. 144.
nu. 16. & Eugenius in dicto conſ. 66. nu. 45. & ſeq.
Petrus ſurdus conſi. 207. nu. 3. in 2.

Et maximè dicebatur, quòd aditus ad iſtam do
mum vocatam dell'Abbati eſt ex Ianua, & porta
magna, per quam datur etiam introitus ad teni-
mentum domorum vocatum Aiutami Chriſto, &
51 non habetur aliunde aditus ad eam. quo † caſu in
diſpoſitione, venditione, vel legato tenimenti do
morum comprehenditur etiam, & hoc tenimen-
tum domorum vocatum dell'Abbati ex tex. ex-
preſſo ex eius parte allegato in l. prædijs. §. Bal-
neas, vbi Nicolaus de Neapoli. ff. de legat. 3. &
Caſtrenſ. in l. Olimpico ff. de ſeruit. vrba. prædio.
Alex. dict. conſi. 223. & conſi. 204. Abbas & om-
nes. in ca. Raynutius in 3. notab. de teſtamentis
Berous in dicto conſi. 44. nu. 35. communem aie-
bat dicere Ioannem de Amicis conſi. primo. nu. 7.
8. communem Iaſ. in l. beneficium. num. 14. ff. de
conſti. princip. qui etiam loquitur in venditione
communem Felyn. in c. Rodulphus nu. 22. de re-
ſcrip. Pariſius cóſi. 80. in 2. plures congerere Man
ticam in tractatu. de conie. vlt. volunt. libro 9. ti-
tulo 2. nu. 36. & latiſſimè Socin. Iun. in dicto conſi.
56. in 2. Petrus Surdus conſi. 207. nu. 4. in 2.

Fortificabatur etiam eius concluſio, quòd ex
52 quo † domus del'Abbati eſt ſub eiſdem confi-
nibus in eodem loco, & ſub eadem architectura,
& ſub eodem modello, & comprobatur teſtibus,
quòd vnica ſit domus, & vnum palatium quamuis
aliquam diuiſionem patiatur ex Ancharano, So-
cin. Alex. in locis præallegatis, & Natta ẽr in cóſi.
217. nu. 20. Petrus ſurdus conſi. 207. nu. 5. in 2.

Tantò magis, quia à principio prędicta domus
53 † parua diſtinctione patris familias fuit pro mẽ-
bro palatij habita, adeo vnicum dicitur palatium
ex text. in dicta lege quod in rerum. §. ſi quis poſt
& in l prædijs. §. qui domum. vbi Bart. ff. de legat.
3. & in l. gaius. §. primo. ff. de legat. 2. Gabriel. in
titulo de præſumpt. concluſ. 12. Beccius conſi. 60.
nu. 32. Cephal. in dicto conſ. 144. nu. 15. Simon de
pretis de interpretat. vltima. volunt. libro 4. in-
terpret. prima dubit. 7. nu. 39. Socci. & Vegius ſu-
pra allegati Petrus ſurdus d. conſi. 207. nu. 2. in 2.

Et etiam coadiuuabatur ex ſupradictis doctri-
nis iuribus, & authoritatibus, & maximè vegio,
& Soccino Iuniori, & aliquibus Iuribus, & text. in
l. Gaius Seius §. Titius & etiam authoritatibus ſu-
54 prà allegatis † procedere etiam quòd fuerit diui-
ſa domus vna ab altera pro commodiori locatio-
ne. etiam Bart. in l. 1. §. Titius de reb. dubijs Alex.
in l. quod in rerum. §. fin. ff. de legat. primo. Ray-
nus conſi. 71. nu. 16. & ſeq. in 2. Natta conſi. 429.
nu. 3. Soccin. Iun. in conſi. 259. nu. 14. in 2. & Man-
tica de coniect. vltimarum volunta. dicto libro 9.
titulo 2. nu. 6.

55 Sed ex parte actricis replicabatur, quòd † vtra-
que domus, & tenimentum domorum de Aiuta-
mi Chriſto, & aliud tenimentum domorum col-
laterale vocatum dell'Abbati habet vtrumque de
per ſe omnes ſuas partes integrales, & portam
magnam ex qua ingreditur ad cortile particulare
quia vnumquodque tenimentum ipſarum domo-
rum habet ſuam portam magnam, per quam in-
greditur ad cortile particulare, quia vnaqueque
domus habet ſuum cortile, & vnaquæque habet
ſuas ſcalas magnas ſeparatas: habet etiam vna-
quęque ſalam, ſeu triclinium, cameras, ſeu cubi-
cula, coquinas ſeparatas, & quælibet domus per
ſe habet viridarium ſeparatũ. quo ſit, vt vnaque-
que domus dicatur per ſe ſeparata iuxta tradita
per Bart. in l. prima. §. deinde, de cloacis l. ſolum
vbi Bart. ff. de rei vend. & melius Pariſius conſil.
80. nu. 3. & ſeq. in 2.

56 Secundò dicebatur: quia † vocatur diuerſis no-
minibus ergo diuerſa eſt, & non vnicum tenimẽ-
tum domorum l. ſi idem de Iure Codicill. ita ar-
guit Alex. in conſ. 204. nu. 5. in 6. allegatus ex ad-
uerſo, & Pariſius conſi. 80. nu. 16. in 2.

Tertiò dicebatur ex parte actricis, quod do-
mus dell'Abbati non comprehendebatur in pri-
57 mo decreto † quia vendita domo intelligitur ven
dita in eo ſtatu, in quo nunc eſt ex Petro Surdo
conſilio 17. numero 17. qui allegat Ruynum.
58 conſ. 30. nu. 2. in 4. nec etiam † venit alia contigua
& cohęrens etiam, quòd in venditione dicatur
cum pertinentijs ſuis ex Beroo in conſil. 160. nu.
4. in primo, & Alciato in l. ſtatu. ff. de verb. oblig.
Petrus Antonius à Pętra in tract. de fideicõmiſſ.
quæſtione 13. nu. 524. & Barbatia conſilio 16. nu.
8. in primo Petrus Surdus conſi. 207. nu. 9. verſic.
tertio, etiam & in nu. 10. 11. 12. in 2.

59 Et licèt potuiſſet dubitari, † quòd aliquo tem-
pore fuerit deſtinata hęc domus dell'Abbati ad
vſum alterius domus: tamen ex quo fuit obturata
illa apertura, qua aditus erat ad tenimentum do-
morum de Aiutami Chriſto, & maximè tempore
adiudicationis, quo caſu ex vna domo fuerunt ef-
fectæ duæ domus ſeparatæ, & per ſe ex muro in-
termedio ex text. in l. ſi quis partem in fine C.
communia prædiorum etiam ex Beroo allegato
ex aduerſo conſi. 44. nu. 36. in 2. & Pariſ. conſi. 80.
nu. 18. in 2.

60 Quartò, quia nunquam deſtinatione † patris
familias apparet fuiſſe vſque ad tempus adiudi-
cationis

cationis, & poſt adiudicationem & liberationem
ipſam eſſe vnicam domum, & vnum corpus fieri,
imò diuerſum, & ſeparatum, quoniam vnaqueque
ipſarum habet omnes partes integrales, & ſuas
commoditates, & vna nō deſeruit alteri: nec facta
vna ad vſum alterius, imò quatenus fuiſſet facta
per illum Dominum Gulielmum primum' con-
ſtructorem pro vno ex eius filijs de nonſtratur
feciſſe pro vna domo ſeparata, & uon vnica do-
mo: maximè, quia deſtinauit pro filio clerico, &
Abbate, cuius profeſſio non cōueniebat habitare
cum laicis: & etiam patet ex ſtructura iſtius alte-
rius domus, quæ eſt ſub alia forma, & magis infir-
ma: & tam ex parte interiori, quam ex parte ex-
teriori habet alium modum architecturæ; dicitur
vtraque domus per ſe ſeparata iuxta tradita per
Grammat. conſi. Ciuil. 138.
61 Et licèt allegaretur ex aduerſo, quòd in ipſa
domo vocata del'Abbati erat quæda porta, per
quam ingrediebatur ſupra porticum, ſeu aditum
factum ſupra portā cortilis communis, & dictus
aditus, ſeu porticus ſupra portam communem ex
quo coniunctus cum magna domo: & etiam in ea
domo vocata di Aiutami Chriſto erat apertura,
ſeu porta, qua egrediebatur ſupra dictam porti-
cum, quæ porticus erat per ſe ſupta ipſam portā
communem, in qua porticu non erat aliqua ha-
bitatio, nec ſupra, nec ſubtus, non ideo dici po-
terat, quòd iſta domus dell'Abbati ſit, & fuerit
olim pars domus alterius tenimenti domorum
vocati di Aiutami Chriſto, ſed potius dicta por-
ticus fuerit diſtincta ad vſum communem vtriuſ-
que domus, & quod ex illo vſu communi poterāt
quatenus eorum eſſet intentionis, ex eo aditu al-
ter alteri dare ingreſſum, & deſeruire, ſecundum
contingentiam, & poſtquàm domus dell'Abbati
habet exitum per ſe aliunde, & ſecundum formā
aliarum domorum, ſcilicet portam articlinij, ſeu
ſalæ, per quam egreditur ſuper eius ſcalas ma-
gnas, & per eas deſcenditur in cortile ipſius do-
mus dell'Abati particulare: & egrediūtur ex cor-
tili per portam magnam in aliud cortile, ſeu areā
magnam comunem, nō poſſunt verificari doctri-
næ ex aduerſo allegatæ, quod quando vna domus
habet aditum per aliam domum, quod vna dicat
domus, quod intelligitur, quādo nō habet egreſ-
ſum aliunde, niſi per ingreſſum alterius domus,
ſed iu terminis noſtris alius eſt egreſſus domus
dell'Abbati ſeparatus per ſe, & alius eſt egreſſus
ſeparatus per ſe tenimenti domorum vocati di
Aiutami Chriſto: & illæ aperturæ ex vtraque par-
te apparent factæ pro communi vſu porticì, ſeu
aditus facti ſupra Ianuam communem: & in his
terminis loquuntur doctrinæ allegatæ ex aduerſo
ſed nos ſumus in terminis aliorum Doctorum,
62 qui tenent † quòd appellatione vnius domus non
comprehenditur altera domus collateralis, &
cōtigua, licèt haberet vnam cum altera commu-
nicantiam, vt inter vnam, & alteram ſit apertura,
cùm aditus, & egereſſus vniuſcuiuſque domus
ſit ſeparatus, & per ſe; pro vt in terminis firmat
Bertrandus conſi. 239. in 2. tertij vbi firmat hoc
in terminis adiudicationis ex pluribus rationi-
bus: & omnia ſupra allegata ex parte conuenti
excepto Iaſone loquuntur in legato, & magna eſt
differentia inter legatum, & actum vltimæ volū-
tatis, & contractum inter viuos emptionis, & vē-
ditionis, pro vt differentiam facit Bart. & Albe-
ricus iu l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3.
Nec eſt verum, quòd in proceſſu conſtet ex
deſtinatione illius quondam Gulielmi, nec poſt
per alios ſucceſſores, nec per ipſam conuentam
fuit vnquā domus dell'Abbati deſtinata ad ipsū
perpetuum alterius tenimenti vocati di Aiutami
Chriſto, quia ſemper fuit tenta, & ab illo initio,
quo ſic fuit conſtructa habitata à diuerſis familijs
& habitatoribus ſeparatim, & nullo vnquam tē-
pore fuit coniunctim cum domo vocata di Aiu-
tami Chriſto habitata, & ſemper fuerunt recogni
tæ vtraque domus tanquam diuerſæ: & vna poſi-
ta pro confinibus alterius, & quando fiebant reco
gnitiones tam à prædeceſſoribus, quàm à conuē-
ta, fiebāt ſeparatim, & recognitio, quæ fiebat pro
vna domo fiebat tanquam confinis alteri: & è cō-
uerſo, & in oueribus recognoſcendis in recogni-
tione vnius non apponebātur onera alterius: & è
63 conuerſo & hæ † confeſſiones, renunciationes, &
acta per quæ apparet, quod ſemper prædeceſſo-
res, domini, & patroni vtriuſque domus magnā
vim faciunt, quòd duæ dicantur domus, & non
vna allegabatur Cephal. conſi. 443. num. 7. in 3. &
maximè, quia acta iurata fuerunt, & geminata ex
Boniorno ſuper l. optimam. C. de contrahend. ſti-
pulat. latiſſimè Menoch. de præſumptio. libro 2.
64 & maximè hæc domina conuenta in actis per eā
factis, quibus eſt magis ſtandum, quàm mille te-
ſtibus contrarium probantibus. Portius concluſ.
65 24 † & fortius, quia cum confeſſionibus partis
aduerſæ, & prædeceſſorū concurrunt teſtes pro-
ducti ex parte actricis deponentes duas domus
eſſe, & non vnam. glo. magiſtra. in capit. in noſtra
de teſtib. Gabriel. de teſtibus concluſ. 4. Portius
conclnſ. 14. & ſeq. lib. 2. Burſatus conſil. 7. num. 4.
& ſeq. in primo.
66 Nec Ianua communis magna, † ex qua fiebat
ingreſſus ad cortile, ſeu areā communē, quod eſt
vtriuſque domus, & ante portam magnam exi-
tus vtriuſque domus aliquid pro conuenta facere
poterat: nam ex ea porta uon inferebatur exitus
domus dell'Abbati, quod pro hoc fiebat à domo
di Aiutami Chriſto. quia iſta magna apertura nō
erat Ianua, nec ſubtus ædificium domorum de
Aiutami Chriſto: nec ex ea immediatè ex illa do-
mo egrediebantur, pro vt loquuntur textus, &
doctores ex parte conuentæ allegati, ſed erat ia-
nua contingua vtrique domui non habens ſupra
ſe, niſi quendam aditum etiam contiguum vtri-
que domui, & quoniam erat clauſura cortilis cō-
munis non poteſt dici, quòd magis ſit vnius do-
mus, quàm alterius quia vſui communi vtriuſque
domus deſeruiebat, & deſeruit quo caſu procedit
text. in l. quod conclaue. gloſ. & Doct. ibidem. ff.
de damno infecto. quod commune erit & cortile,
& communis ianua cepolla deſeruit. capitul. 44.
nu. 7. fol. 47. & c. 46. fol. 48. poſtquā ad vtriuſque
vſum deſtinata, & non ad vſum vnius tantùm, &
hoc videmus paſſim in pluribus cortilibus, vbi
ad ſunt diuerſæ domus diuerſarum perſonarum
diſtinctæ,

acta ſint in contrarium, quæ demonſtrant duas
domos eſſe ſeparatas, & per ſe & non vnicam.

Et tantò fortiùs in terminis noſtris non pro-
cedere viſum fuit allegata ex aduerſo, quia ſu-
78 mus in † actu odioſo, & ſtricti iuris, in quibus ter-
minis doctrinæ allegatæ non procedunt, & iura
allegata loquuntur in actu merè lucratiuo quam
differentiam faciunt Bart. Albericus in l. ſi quis
duas. §. ſi quis partem. ff. communia prædiorum,
& in terminis noſtris ponit Bertrand. conſilio
239. in 3. 3. & tantò magis eſt capienda omnis in-
terpretatio contra conuentã: poſtquàm pro ſum-
ma vnc. 500. fuit facta liberatio, & adiudicatio
quæ erat talis, vt potuerit ſatisfieri ex alienatio-
ne, & diſtratione cuiuslibet minimæ partis illius
tenimenti domorum uocati di Aiutami Chriſto
non diſtracta altera domo vocata dell'Abbati, &
tenimentum illud domorum vocatũ di Aiutami
Chriſto erat valoris ſcutorum tricies mille, & quę
domus compræhẽſa videatur in miſſione, an vna,
79 vel vtraque & † quam vendere intentionis fuit eo
tẽpore creditrici ipſe colligitur ex qualitate ſum
mæ ei debitæ, ad quam erat ſufficiens nedum to-
ta domus ſola uocata tenimentum domorum de
Aiutami Chriſto, ſed ẽt pars minima ipſius, pro-
ut conſiderant doctores Bal. & Alciat. in l. prima.
C. de teſtamentis fac. poſſeſſ. Bald. in c. primo nu.
2. in fine de capit. qui cur. uend. Petrus Antonius
à Petra de fideicommiſſ. quæſtione 13. num. 525.
Soccin. Iun. conſi. 61. nu. 7. in primo Burſatus cõſ.
438. nu. 22. in 4. & plures aliæ doctrinæ allegatæ
per Maſcard. concluſ. 1243. nu. 117. Corneus in
leg. cùm te domus. C. de his, qui metũ ſue cauſa
geſtum fuerit & in terminis Berous conſil. 169.
nu. 3. & 6. in primo & in cap. Raynutius num. 63.
uerſi. prędicta in primo caſu limita de teſtamẽtis.

Secundum caput nullitatis allegabatur ex par-
te actricis, quòd iudicium executiuum fuit agita-
tum ad inſtantiam iſtius cõuentæ contra tres per
ſonas ſcilicet donnam Mariam donnam Aleono-
ram, & don fabritium Aiutami Chriſto, donna
Aleonora & don Fabritius non ſe oppoſuerunt
aduerſus miſſionem, & primum decretum: & quo
ad eos quindena ad ſe defendendum fuit elapſa,
ita ut bona diſtrahi potuerint, iuxta formam ri-
tus, pro ſatisfactione debiti. ex quo domus ipſæ
erant dominę Aleonorę tanquam uerę dominę,
& patronæ quia ante recuperationem factam à
Comite uicari fuit adiudicata per dictũ Comitẽ
ab ipſa domina Maria, tanquam tutrice dominæ
Aleonorę & licèt medio tempore antequam fuiſ-
ſent domus recuperatæ, & bona adiudicata à
Comite uicari aſſerta Curatrix dictæ dominæ
Aleonoræ cum poteſtate tranſigendi ceſſerit iura
redimendi dicta bona adiudicata à poſſe dictæ
dominæ Mariæ: tñ tẽpore redẽptionis dicta bona
fuerunt reſtituta donnæ Mariæ dominæ Aleono-
ræ, & Domino Fabritio cum clauſula, quòd illi ef-
ficiantur ueri domini, & patroni, qui erant ante
adiudicationem ipſam, & quia tẽpore recupera-
tionis iam erat facta tranſactio cũ ipſo Domino
Fabritio tanquã uero ſucceſſore ex uinculis, &
diſpoſitione ſuorũ prædeceſſorum: & quod no-
luerit donna Maria ſibi acquirere aliquod ius ex
ipſa reſtitutione, & experiri iura redimendi ſibi
ceſſo apparet ex eo, dum pro obligatione, quam
faciebat dicta donna Maria ſimul cum don Fabri-
tio, & donna Aleonora donnæ Margaritæ conuẽ-
tæ: quando deprompſit pecuniam pro recupe-
randis bonis adiudicatis à poſſe Comitis fecit
ſibi fieri promiſſionem indemnitatis in caſu mo-
leſtiæ pro dictis pecunijs ſolutis per donnã Mar-
garitam.

Quo facto ſtante dicebatur ex parte actricis
quòd pro ſumma expenſarum iudiciariarũ facta-
rum cum dicta donna Maria, quæ ſe oppoſuit in-
fra quindenam, & fuit ſeruatis ſeruandis inter-
locutum, quòd oppoſitiones reiicerẽtur, dicitur
decretum pro non debito ſuper bonis ipſorum
80 don fabritii, & donnæ Aleonoræ. allegabatur † ꝙ
decretum interpoſitum pro parte ſummæ inde-
bitæ dicitur nullum, allegabatur Alex. in l. iuſtè
poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſi. Simoncellus de de-
creto. primo tit. nu. 21. Boniornus ſuper ritu regni
81 212. & Aloyſius de ſeptimo † etiam quòd fuerit
indebitè in obolo, licèt maior pars debeatur An-
char. quæſtione 14. num. primo. 2. 3. lib. 2. Pariſius
conſi. 100. nu. 24. 32. 33. 34. in primo Curtius Iu-
nior conſi. 170. num 2. 3. Rolan. à vall. conſi. 7. nu.
85. & ſeq. in 3. Raynus conſi. 160. nu. 26. in 2. De-
cius conſi. 403. nu. 21. in 3. Bald. in l. ſi non ſortem
ff. de cond. indeb. nu. 2. Romanus conſil. 454. nu.
12. vbi Mãdoſius, & infiniti alij relati per Simon-
82 cel. de decreto titulo. 9. inſpect. 5. nu. 59. † & etiã
ſi in nummo vltra per eos allegata dicit Burſatus
conſil. 73. nu. 27. vbi dicit communem, & conſil.
60. nu. 16. 17. Curtius, additio ad Alex. in §. ſi cen-
tum Michael Vrcurrus in l. ſi finita. ff. §. Iulianus.
nu. 25. ff. de damno infecto. Surdus conſi. 39. nu. 5.
& Ioannes Petrus Bimius conſi. 3. nu. 30.

Aduerſus hoc caput dicebatur, quod ex litigio
83 facto per vnum ex inſolidum obligatis † tenean-
tur alii l. penult. C. de duobus reis, & quòd ſtante
obligatione inſolidum, potuit omnium cauſam
defendere vnus, ex Correis. l. 1. vbi Docto. C. ſi
plures vna ſentẽtia. l. 3. §. vbi duo, vbi Roncagal-
lus nu. 30. aliàs 141. fol. 170. de duobus reis ſimi-
84 liter, quod † eſt deciſum cum altero ex eis exe-
qui poteſt contra omnes ex communi doctorum
opinione: vt aiebant tradere gl. in l. fi. C. de vſuris
rei iudi. Bart. in l. prima. ff. iudicia. ſolui Alex. in l.
ſæpe col. 6. de re iudica. & conſi. 131. libro 2. Hip-
polit. in repet. rub. de fideiuſſ. nu. 349. communẽ
dicere Abbatem in cap. 2. de fideiuſſ. & Paul. de
Caſtr. in l. filiusfamilias. ff. de verbor. obligatio. &
85 licèt † inter ipſos Correos aliqua detur diuiſio
reſpectu creditoris. non datur diuiſio, ſed agi
poteſt inſolidum ad expenſas, damna, & intereſ-
ſe ſecundum Bart. & omnes in l. modeſtinus de
ſolut. & l. reos. ff. de duobus reis.

Viſum fuit Magnæ regiæ curiæ iſtas rationes,
& fundamenta in hoc capite allegata ex par-
te conuentæ non militare obligationem inſolidũ,
ut pluribus obligatis inſolidum, una ex eis litigã-
te, & altera non, quoad expenſas factas in iudi-
cio cum altera tamen litigante, alii licèt inſolidũ
obligati ſoluere teneantur inſolidum: nam in for-
86 tioribus † terminis quãdo plures litigant ad ex-
penſas

penſis non tenetur quilibet inſolidum, ſed pro
rata Borgninus Caualc. in ſuo repertorio deciſio-
num in ver. expenſæ, quando ſunt plures conſor-
tes, allegat l. 1. ubi Pau. de Caſt. & l. 11. C. ſi plures
vna ſententia, & alios Docto. ſ. Afflictum deciſio.
115. Pedemon. deciſ. 44. num. 1. Grammat. deciſ.
68. num. 9. Soc. conſi. 107. num. 4. Loffred. deciſio.
329. centur. 4. & Abbatem conſi. 33. nume. 7. 8. in
2. Boerius deciſio. 59. num. 8. qui Doctores loquũ
87 tur in † fortioribus terminis, ſcilicet quando plu-
res ſunt obligati inſolidũ, & conueniuntur etiam
inſolidum, ergo a fortiori in terminis noſtris non
potuit exequi, quoad expẽſas cõtra bona aliorũ,
ex eis inſolidum obligatorũ nõ litigãtium, & in-
ter expenſas, quæ debentur ratione contumaciæ
reſpectu eorum, qui non litigarunt, ad quas tenet
non comparens in iudicio, & ſe defendẽs, & ex-
penſæ, quæ debentur ratione uictoriæ inter ſe diſ
ferunt, & ſeptem differentias ponit Carauita ſu-
per ritu Neap. 298. a num. 9. uſque ad 16.

88 Immo ſi alter ex correis, † ad quem nõ ſpectat
debitum, eſt fideiuſſor, etiam quod habeat fide-
iuſſionem indemnitatis temere litigando, & ma-
xime in terminis noſtris, ubi creditor uolebat ſi-
bi ſatisfieri de debito, ſuper bonis aliorum Cor-
reorum, ad quos pertinebat debitum non litigan
tium, non debetur a non litigantibus, quatenus
ſoluiſſet creditori, alter Correus litigans, & teme
re, prout late firmat Pariſ. conſ. 104. in 3.

89 Quomodo ergo potuit creditor † pro expenſis
factis cum altero ex inſolidum obligatis ſibi ſatiſ
fieri, ſuper bonis aliorum ſibi inſolidum obligato
rum, non litigantium pro expenſis, quas ſibi de-
beri prætendit creditor ratione uictoriæ, pro in-
terlocutoria obtenta in eius fauorem, contra aliũ
ex litigatoribus, cum expenſæ litis ſint perſona-
les, & quilibet teneatur pro ſua rata, etiam ſi om-
nes litigaſſent, iuxta doctrinam Borgnini Caual-
cani, deciſ. 15. num. 21. in 1.

90 Item, & tertio, quia poſtquam † iſta pars pretii
pro ſumma expenſarum iudiciariarum eſt pretiũ
ad omnia bona ſupra adiudicata, & non ad partẽ
ipſorum bonorũ ſtante uenditione ad diſcurſum,
dicitur uenditio nulla, & adiudicatio, quia pro
ſumma pecuniarum, pro qua non poterat fieri uẽ
ditio ad diſcurſum, quia pro ipſis expenſis iudi-
ciariis non operatur pactum de uendendo ad di-
ſcurſum, maximè cum agatur de venditione bo-
norum ſtabilium, ſed debebat fieri uenditio iux-
ta formam ritus præcedente æſtimatione.

Sed aduerſus prædicta replicabatur ex parte
91 conuentę, quod pro iſtis expenſis † iudiciariis,
quæ debentur etiam ex contractu, fuit interpoſi-
tum primum decretum, in quo dicitur, quod pro
debito, & expenſis factis, & faciendis, uẽdantur
bona ipſa ſeruatis ſeruandis ad diſcurſum, quo
caſu iſtæ expenſæ litis cum veniant ex contractu
promiſſę ſunt eiuſdem naturę, cuius eſt debitum,
ita ut pactũ adiectum in contractu, ut uendantur
ad diſcurſum bona, operetur etiam, quoad expẽ
ſas litis, allegabatur Pedamont. deciſ. 129. nu. 12.
& 16. & quod pro expenſis agatur etiam ex con-
tractu, Burſat. conſi. 68. num. 5. & conſi. 184. num.
24. 25. conſ. 103. num. 18. 19. 20. Cagnol. in l. cum
principali, num. 11. de reg. iur. Sebaſtian. de Medi.
de reg. iur. reg. 7. par. 2. num. 20. Caualcan. deciſ.
15. num. 29. Bolognetus, conſi. 13. num. 24. Bal. in
l. properãdum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic.
Decian. conſi. 3. nu. 9. in 3.

92 Sed reſponderi poſſet, † nõ eſſe nos in caſu, vbi
ipſæ expenſæ petuntur contra litigantem, quia
cum petantur iure actionis ex contractu, non eſ-
ſet difficultas, in terminis noſtris in expenſis fa-
93 ctis, ante litem, vel poſt litem conteſtatam, † ſed
in terminis noſtris executiui iudicij lis conteſta-
tur per oppoſitionum præſentationem, quia illæ
petuntur, & peti dicuntur iure actionis, & de illis
loquitur miſſio, quæ expenſæ, quæ fiunt a die litis
conteſtationis vſque ad ſententiam, debentur of-
ficio iudicis, ubi non eſt expreſſa obligatio, & p-
miſſio ex contractu iuxta tradita per Couarr. pra-
cticarum quæſtionum, c. 27. num. 5. verſic. & vera
ſunt, & quod iſtæ veniant iure actionis tentaræ in
iudicio, apparet ex doctrinis ſupra allegatis, ſed
replicabis, quod licet Sebaſtianus de Medicis ex
aduerſo in dicta reg. 7. par. 2. num. 20. & Borgni-
nus Caualcan. deciſ. 15. numero 29. dicunt, quod
94 † victus abſolutus ab expenſis, non dicitur abſo-
lutus ab expenſis, quæ poſſunt peti iure actionis,
ſed ab eis, quę poſſunt peti officio iudicis, tamen
determinatur ex præallegatis Doctoribus, quod
ſententia condemnatoria faciat ius, quoad expen
ſas in iudicio factas poſt litis conteſtationem, vſ-
que ad ſententiam, & hoc iure utimur in regno,
quia uidemus, quod poſt rem iudicatam expenſę
iudiciales, quæ petuntur taxatæ uigore ſententię
latæ in fauorem actoris habent executionem con
tra perſonam debitoris, ſi fuerit actum ex cõtra-
ctu, ubi adeſt obligatio perſonalis, & in 2. decre-
to includuntur cum pacto ad diſcurſum, qđ pro-
cedit ex diſpoſitione ritus, in ca. 112. ubi Cumia,
ait ita ſeruari, & c. ritus, c. 122.

95 Item etiam pro eis † proceditur abſque defen-
ſionibus etiam uigore rei deciſæ tranſactę in rem
iudicatam, & licèt malè, & contra rem iudicatam
detur noua quindena, non ad ſe defendendum, vt
fiat nouum iudicium, & pactum de non opponen-
do adiectum in contractu debitorio, vigore cuius
fuit actum licet operatus fuerit ſuum effectum, ut
non admitterentur exceptiones aduerſus debitũ
petitum ex eo contractu, & propter id pactũ fue-
rint reiectæ exceptiones, & defenſiones tamen in
executione emanata poſt ſententiam pro expen-
ſis in iudicio executionis admittuntur, non ſuper
eo, an debeantur, uel non: ſed quia interlocutoria
non expreſſe condemnat ad certam quantitatem
tantum, admittitur exceptio modificatiua, & ſo-
lutionis, & non fit cauſa oppoſitoria, & per prag-
maticam in regno eſt prouiſum, quod quãdo iſtæ
expenſæ petuntur uigore ſententiæ latæ in cauſa
executiua, quando in regno uocatur oppoſitoria,
non fit noua cauſa executiua, ſeu oppoſitoria, ſed
remittuntur modificãdæ per noſtrum notarium,
& ideo ſemper interloqui ſolet a iudicibus, reii-
ciantur, facta prius modificatione, quia licet def.
& malè, noua quindena, non ad ſe opponendum
pro ueritate debiti expenſarum, ſed pro claritate
quãtitatis, quia quoad iuſtitiam debiti expenſa-
rum

rum iam fuit auditus, in prima quindena, etiam ſi nihil dixiſſet, quoad expenſas non eſt amplius audiendus circa iuſtitiam debiti, ſed in exceptione modificatiua tantum auditur, etiam poſt rē deciſam, quod oppoſitiones reijciantur, & ideo ſolet ſemper inter loqui (ſi opponit victus in iſta ſecūda quindena, quæ ex æquitate datur ad ſoluendum,) quod oppoſitiones reijciantur facta prius modificatione, abſque clauſula præſtito prius de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, &cæt. & hoc iure vtimur.

Sed magna Regia Curia, ſuper iſto vltimo capite nullitatis nullum fecit fundamentum, quia ex iſto capite decretum non eſt nullum, & alias fuit deciſum per tribunal, magnæ Regiæ Curiæ, me exiſtente ſuſpecto in cauſa dō Caroli de Gregorio mei ſororij cū don Franciſco, & donna Hippolyta de Bononia iugalibus.

Sed magna Regia Curia ex alijs capitibus ſupra diſcuſſis decreuit decretum prædictum nullum condemnando conuentum reſtitutionem bonorum adiudicatorum vna cum fructibus perceptis tantum, non condemnauit ad percipiendos ex æquitate.

SVMMARIVM.

1 *Suſpectus recuſari poteſt iudex affinis alteri ex litigatoribus contractu per matrimonium, etiam diſſoluto, vbi remanſerunt ex eo filii.*
Contrarium, nu. 14. 15. 16. 17.
2 *Affinis, eſt ſuſpectus in cauſa alterius affinis.*
3 *Omnis cauſa, quæ ſufficit ad recuſandum arbitrum, ſeu procuratorem, ſufficit ad recuſandum iudicem, numero 4.*
5 *Inimicus affinis mei, non poteſt eſſe in cauſa mea iudex.*
6 *Cōſanguinei ſunt ſuſpecti in cauſa conſanguineorum ex quacunque parte proueniant, ſiue ex parte matris, ſiue patris.*
7 *Inimicitia contracta dicitur etiam quoad omnes conſanguineos.*
8 *Recuſatur inimicus nedum quoad perſonam offenſi, uerum etiam quoad omnes de domo, & familia, infinitum, nume. 12. vſque ad ſeptimum gradum, numero 9.*
10 *Vſque ad gradum ſuccedendi.*
11 *Illi de cognatione uſque ad quartum gradum, numero 31. 33.*
13 *Recuſatur amicus inimici mei.*
18 *Cauſa ſuſpicionis ob inimicitiam licet ſufficiat, quòd non ſit grauis, tamen debet allegari in ſpecie, non in genere, nu. 19.*
19 *Inimicitia ſufficit, & ſic probabilis, quod præſumpta, & quod ſit uera, licet ipſe iudex neſciat, numero 20. 21. 22.*
23 *Qualis debeat eſſe inimicitia, ut recuſari poſſit, nedū ab inimico, ſed etiam ab omnibus de conſanguinitate, ſeu domo, & familia, nu. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 33.*
28 *Inimicus fratris mei, uel alterius tranſuerſalis non eſt mihi inimicus.*
34 *Conſanguineus poteſt recuſari, ſed uſque ad quē gradum, nu. 35. 36. 37.*
38 *Conſanguineus non recuſatus etiam pater, poteſt eſſe iudex.*
38 *In iudice delegato recuſato aliter conſideratur, quàm in ordinario.*
39 *Teſte ſuper affinitate deponentes huomodo debeant deponere in cauſa recuſationis.*
40 *Computari debet gradus in cauſa ſuſpicionis, ſecundum ius ciuile.*

DECISIO XV.

Fuit in magna Regia Curia cauſata agitasa ſuſpicionis inter præſidentem tribunalis Conſiſtorii S. R. C. don Modeſtum Gamba Curta, & Aloyſiam, & Mariam Galletri, & Conſort. ſuper ſuſpicione Domini de Xirotta iudicis M. R. C. in qua de duobus contingit dubitari primo, an cauſa ſuſpicionis allegata ex capite affinitatis, ſeu conſanguinitatis ſit legitima in terminis huius quæſtionis ad declarandum ſuſpectum dictum iudicem Magnæ Regiæ Curiæ.

EX parte recuſantis allegabatur affinitas cōtracta ex cauſa matrimonij initi inter dictū de Gamba Curta præſidentem, & quondam donnam Aleonoram vxorem dicti præſidentis, quæ domina Aleonora erat conſanguinea dicti Iudicis, ex quo matrimonio licet diſſoluto erāt relicti
1 filii, † & ſic ratione affinitatis, iudex eſt ſuſpectus nam quicquid dicat Baldus in conſil. 472. in primo, vbi dicit, quod cauſa, ꝙ cognatus, ſiue affinis, non eſt cauſa ſuſpicionis: quia non habemus in iure de affinibus, niſi de viro, & vxore & eorū liberis per text. in l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. omn. Iud. niſi ex moribus contraheretur ſuſpicio, putà propter nimiam conuerſationem idem etiā
2 tenere Marcius deciſio. 427. in primo † attamen prædictam opinionem, quòd affinis dicatur ſuſpectus in cauſa alterius affinis, firmat Paul. de Caſtr. conſi. 313. nu. 1. verſic. item quia dicebatur in 2. Maranta in aureo ſpeculo parte 6. in titulo, & quandoque appellabatur, nu. 29. verſi. idem ſi eſt Aufrer. in tract. de recuſat. nu. 7. in recuſat. nu. 12. verſic. prima ſi iudex fuerit affinis in 4. volumine tract. Alex. de Neuo in c. poſtremo nu. 10. &
3 ſeq. de appellat. vbi ex tam credo ibi dicit † quod omnis cauſa, quę ſufficit ad recuſandum arbitrū, vel procuratorem, ſufficit ad recuſandum iudicē illa ratione, quia poteſt Iudex ex facili cauſa recuſari; & dicit hoc communiter teneri quòd etiā tenet francus in c. poſtremo. nu. 8. vbi etiam Henricus Boic. numer. 6. vbi firmat etiam in affine, & refert dictum tam credi Antonius de Butrio ibid. nu. 11. Abbas ibi nu. 2. Præpoſitus nu. 11. verſi. 3. ſpecies il 2. Francus numer. 8. licèt hoc vltimum dictum non teneat Decius in d. conſil. poſtremo. nu. 2. nam vicit verum eſſe, quòd quælibet cauſa
4 ſufficiens † ad remonendum iudicem à fortiori, erit ſufficiens ad remouendum arbitrum, procuratorem, notarium, & conſultorē quia huiuſmodi perſonæ ex leuibus cauſis recuſari poſſunt. cùm

alij

alij de facili ſubrogari poſſint ex notatis per Pe-
trum de Ancharano, & Alexandrum per eos al-
legatos, licèt ipſe Decius affirmet Abbatem, Iu-
niores, poſt Tancredum Io. Andr. & alios in di.
c. poſtremò tenere contra eum.
Secundò dicebatur, quòd iſtæ de Galletti ſunt
coniunctæ affinitati cum don Antonio de Bono-
5 nia, qui eſt inimicus dicti Iudicis † & ſic inimicus
affinis mei non poteſt eſſe iudex in cauſa mea
Paul. de Caſtr. conſi. 313. nu. 1. verſi. Item quia di-
cebatur in primo Aufrer. in tracta. de recuſat. nu.
40. in 4. vol. tracta. Francus in c. poſtremò nu. 20.
verſi. 3. quando iudex.
6 Et in materia † ſuſpicionis non admittitur dif-
ferentia, an perueniat ex parte patris, vel ex par-
te matris, quia tam agnati, quàm cognati dicun-
tur conſanguinei, vt poſſint recuſari iudices in
cauſa. Præpoſitus in capit. poſtremò de appellat.
num. 2. & Alex. de Neuo ibidem num. 25. Francus
ibidem nu. 7.
7 Addebatur etiam, quòd † inimicitia contra
cta cum prædicto iudice, & dicto de Bononia
dicitur contracta, & quoad filiam, & quoad om-
nes conſanguineos filiæ Felyn. in c. accedens il 2.
in principio Alex. de Neuo in ca. ad hæc ſi in vna
8 il primo nu. 26. de appell. vbi † poteſt iudex non
ſolum recuſari quoad perſonam offenſi, ſed etiã
quoad omnes de domo, & familia, & quoad om-
nes de familia Maſcard. de probat. volumine. 2.
concluſ. 952. nu. 16.
9 Et allegabatur, quòd inimicitiæ cauſa † ad re-
pellendum iudicem debet extendi ad cõſangui-
neos, & coniunctos vſque ad 7. gradum. gloſ. in l.
fœminę. C. ad ſenatuſconſul. turpell. refert. Bald.
in l. athletæ. §. in remiſſionem. in 2. notabili. ff. de
excuſat. tutor. & ex Decio in l. qui iuriſditioni.
nu. 13. ff. de iuriſdit. omnium Iudi. Bal. in cap. ac-
cedens. il 2. nu. 4. verſi. item vſque, vt lite nõ con-
teſt. Pedamon. deciſ. 15. nu. 4. verſic. 2. allegatur.
10 † qui concludunt etiam dicendum in omnibus
perſonis, qui ſunt intra gradum ſuccedendi ſecũ-
dum glo. in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs in verbo
11 eorum, ibi de cognatione. † vel affinitate iniur-
iati prohibentur iudicare vſque ad gradum, quo
ſunt ſobrini, qui ſunt vltra ſextum gradum, &
12 Bald. in ca. poſtremo de appellat. dicit † in aſcẽ-
dentibus in infinitum que ſuccedere poſſunt, &
ibi Decius nu. 5. Item etiam tota familia eius, &
domus Maſcar. de probat. volumine ſecũdo, con-
13 cluſ. 952. nu. 53. & etiam extendi ad amicum ini-
mici mei Maſcard. de probat. libr. 2. concluſ. 952.
nu. 19. & quomodo procedat ibidem vide.
Sed ex aduerſo ex parte præſidentis argueba-
tur ſuſpectum declarari non debere: quia quantũ
14 pertinebat † ad affinitatem, quæ contracta fue-
rat inter ipſum, & Iudicem ex matrimonio con-
tracto cum illa domina Aleonora conſanguinea
iudicis affinitatis cauſa erat diſſoluta per mortẽ
dictę quõdam donnæ Aleonorę, & ſic omnis af-
fectus, qui cauſari poterat ex ipſa affinitate ex
text. in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de poſtulando.
& glo. optima in l. ſed ei hoc in verbo ſuccurren-
15 dum de re iudica. vbi † affinitas durat tantum,
quoad impediendum matrimonium, quoad reli-
qua extinguitur morte. Bal. in c. accedens il 2. iu.
nu. 4. verſi. venio ad glo. vt lite non conteſt. Pauli
de Caſtr. in l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtulando ſe-
ſequitur Alexan. conſil. 207. in 6. per totum vbi
etiam ampliat procedere ibi nu. 28. quando re-
manſiſſent filij ex illo matrimonio. hanc opinio-
nem etiam in terminis refert Alexan. de Neuo in
c. poſtremo. num. 13. & ſequ. de appell. vbi ponit
ad limitationem concluſionis præcedentis quod
propter affinitatẽ poteſt iudex recuſari ſuſpectus
quando affinitas durat: ſecus ſi extincta ex text.
in dicta lege cui eorũ. §. affinitatem, & ex doctri-
na Bart. & Angeli ibidem ex Bald. in l. ſuggeſtio-
ni. C. de verb. Signif. licèt ipſe dicat, † quòd expe-
rientia docet magnam durare affectionem, & ex
hoc credit, quòd ſi talis inpetraretur iudex, quòd
poſſit, vt ſuſpectus recuſari tamen eius dictum
poſſet procedere, quãdo probaretur etiam, quòd
inter eos remanet alia affectio, nam amor, & di-
lectio ſoluto matrimonio ceſſat ſecundum Paul.
de Caſtr. in l. rei iudicatæ. §. Socero. nu. 9. ff. ſoluto
matrimonio, & Alex. in dict. conſil. 207. in 6. ſe-
quitur etiam Sebaſtianus de Medicis in tractat.
mors omnia Soluit. in concluſ. vlt. parte 2. refert,
& Tiraquel. in capit. cum ceſſante prima parte in
verbo affinitatis cauſa numer. 29. & ſeque. vſque
ad numer. 38.
17 Et ſic quantum ad hoc caput † ſuſpicionis, ex
quo tam ex parte præſidentis cũ iudice per mor-
tem vxoris ceſſauerat cauſa affinitatis, quàm etiã
ex parte dicti de Bononia cum dictis de Galletti,
erat diſſoluta affinitas, quæ erat contracta ex cau-
ſa quondam vxoris don Antonini de Bononia,
quæ etiam erat mortua iſta cauſa non fuit habita
pro legitima ad recuſandum prædictum iudicẽ,
& etiam nos mouit, quòd ipſe præſidens conuo-
lauit ad ſecunda vota & ſic tantò magis ceſſaſſe
dicitur, & omnis pręſumpta affectio facit text. in
l. fœminæ. ff. de Senator. & l. fina. C. de incolis. lib.
10. poſtquàm aliàs etiam iſta cauſa non fuit ha-
bita pro legitima in cauſa ſuſpicionis allegatæ in
meam perſonam, dum eſſem iudex Panormi. re-
giæ Curiæ præturæ in cauſa vertente inter baro-
nem Roculłæ de cognomine de Agliata, & dicta
opinio fuit aliàs ſecuta etiam quòd ex matrimo-
nio diſſoluto iam remanſerant filij.
18 Quoad aliud caput † ſuſpicionis, quòd allega-
batur de inimicitia contracta inter prædictũ iudi
cem per dictum don Antonium de Bononia pa-
trem, & don Franciſcum de Bononia filium fra-
tris donnæ Margaritæ de Bononia Baroniſſæ.
Rafali, dicatur etiã contracta quoad ipſam don-
nam Margaritam filiam, & ſororem: tamen dicta
donna Margarita iſtis de Gallati eſt cõſanguinea,
& in hoc dicebatur, quod inimicitiæ cauſa non
erat in proceſſu deducta, nec conſtabat: & ſic non
apparebat, qualis fuerit cã inimicitię ut cã fuiſſet
talis, vt diceret lacta oĩbus de cõſanguinitate, &
familia, vt haberent locũ doctrinę infra allegãdę.
19 Nam vt † inimicitiæ cauſa reddat Iudicem
ſuſpectum, licèt non requiratur, quòd ſit capita-
lis, vel grauis, ſed ſolùm probabilis, debet alle-
gari in ſpecie, non in genere Francus. in capitulo
poſtremo numero 20. verſiculo 32. cauſa de
appell.

appell. Capit. deciſione centeſimatrigeſimaoctaua numero 34. Carauit. ſuper ritu neap. capitu. 265. num 33. Alex. de Neuo in dicto capitulo po ſtremo num. 32.

20 Sed fuit etiam† facta conſideratio in cauſa præſen. qualis debuiſſet eẽ inimicitia, ut iudex poſſit recuſari, nã licet eriã ſufficiat, quòd inimicitia ſit præſumpta iuxta tradita per Pedamon. dicta deciſione 15. numero. 7. & taliter præſumpta, ut iudex habeat iuſtam cauſam ſuſpicandi inimicitiam Maſcard. de probat. uolumine 2. concluſio.

21 952. num. 17. item † vt ſuſpectus reddatur iudex ſufficiat quòd cauſa inimicitię adſit, licèt ipſe iudex, qui in ſuſpectum allegatur, cauſam inimicitiæ neſciat, ſecundum Iaſ. in l. apertiſſimi. nume-

22 7. C. de iudiciis†, ut putà quia paſſus eſſet iniuriã, alias ab accuſato tũ ipſe hoc ignorabat nihilominus, quod non poſſit eſſe iudex, ſicut nec teſtis, firmat in teſte Maſcardus plures alios allegans de probat. concluſione 899. num. 3. & concluſio. 952 nume. 17 ideo fuit deuentum ad diſcuſſionem,

23 quando iudex† ex inimicitia ſuſcepta non cum litigãre, ſed cum cõſanguineo litigantis recuſatur qualis eſſe debeat in hoc iudicio ſuſpicionis ad effectum declarãdi iudicem ſuſpectum, & ob id circa caput inimicitiæ duo ſunt caſus conſiderandi ſcilicet unus, quãdo inimicitia prouenit ex iniuria facta uni de agnatione, & alicui conſanguineo quæ tũc cenſeat̃ facta oib. agnatis, cognatis, affinibus, & conſanguineis, & de domo. lege Cornelia, & ibi Bar. ff. de iniur. Alex. in. conſil. 24. nu. 26. in 2. & conſ. 189. nu. 9. in 6. Horatius Lutius in conſ. 161. num. 14. 15. inter conſ. criminalia in primo tomo magno. Crauett. conſ. 119. nu. 1 in 1. & conſ. 41 num. 3. in primo Marſ. conſ. 64. num. 2. & ſeq. quod latius, quàm alii hoc proſequitur Rimin. ſenior. conſil. octauo nu. quarto Grammat. conſ. crimini. 45. nu. 4. Iaſon. late & interminus in lege ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. nu. 52. 58. de uerbo obligat.

24 Et iſta inimicia† poteſt eſſe ex iniuria tali, de qua per tex. & Bal. in l. unica. C. de raptu uirginũ. 5. notab. per quam tota agnatio, & cognatio denigratur. ita ut cõmunis uideatur omnibus de agnatione, & cognatione, & iſto caſu in perſona cuius l. bet contrahitur & etiam in conſimilibus iniuriis uerificari poteſt, dicitur propria iniuria, & tũc agi dicetur etiam de proprio intereſſe, prout late Gramm. deciſ. 23. num. 2. 3. ubi allegat Decium

25 conſ. 133. 3. col. uol. 1. ubi etiam dicit †, quod eo caſu eſt cauſa propria illa cauſa, ubi apparet uerſari de uindicta iniuriæ, & ait idem tenere Salyc. in lege parent. de teſtib. ff. Anton. de Butrio, & ibi Fely. in capitulo oportet de accuſat. Soccin. conſilio. 174. colum. uolum. primo Bald. in lege cum ſi mus. C. de agricol. & cenſit. libro 11. & in lege unica. C. ſi quacunque præditus poteſtate. Idem Grammat. deciſio quinta, numer. 12. & conſilio criminal. 12. numer. 27. & conſilio. 58. numero ſeptimo. Decius in lege qui iuriſdictioni. numer. 13. uerſiculo ſed tamen. ff. de iuriſdictione omnium iud.

26 Secundus caſus †, quando non infamatur, nec denigratur tota agnatio, & iſto caſu licet iniuria non intelligatur facta toti agnationi, quantum ad hoc, ut cuilibet competat actio iniuriarum, tamen cenſetur facta toti agnationi, quantum ad hoc, ut nemo de agnatione poſſit in illa cauſa pro agnato inquiſito teſtificare, aut iudicare Grammat. conſilio criminal. 12. numero. 27. uerſicu. & licet & Bal. in dicta lege unica & Iaſon. in lege ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. numero. 52. 53. ff. de uerbor. obligat. idem Grammat. conſilio 58. numer. 7. Marcius deciſ. 71 nume 6. in ſecunda.

Sed prędicta diſtinctio, quoad illud caput, quod iniuria licet non intelligatur facta toti agnationi, quantum ad hoc, ut cuilibet competat actio iniuriarũ, intelligitur ſecundũ doctrinam Ba. in le

27 ge lex Cornelia in principio. ff. de iniuriis†, quando conſanguineus uellet agere ciuiliter pro ea iniuria; ſecus ſi criminaliter, item in caſu, quando denigrat tamatotius familia agnationis, cognatio. qa poſſent uĕdicare tãquã proſequentes eorum iniuriam. Iaſ. in dicto. §. Griſogonus numero. 53. uerſiculo & omnes poterunt: ubi hoc tenet per tex. in lege fœminæ. C. ad Turpill. & notata per Bal. in lege unica. C. de raptu uirginum in quinto notab. Marcius dicta deciſio. 71. numero. 8. in 20. Maranta in ſpeculo parte ſexta titulo & prouenitur aliquando per uiam inquiſitionis ſeu titulo de inquiſitione numer. 65. 66. ubi ponit formam libellĩ di, ubi etiam ponit quæſtionem numero 62. quod in materia accuſandi appellatione ſuorum ueniũt coniuncti uſque ad ſecundum gradum quem refert, & ſequitur Carauit. ſuper ritu neapoli. 191. numer. 11.

28 Item dicebatur etiam ex parte preſidentis †, quod inimicus mei fratris, uel alicuius tranſuerſalis, uel ſocii, et affinis mei non connumeratur inter inimicos meos, ſecundum Barto. in lege tutor. §. ſi tutor. de ſuſpectis tuto. & Alexand. poſt eum quem ſequitur Maſcardus. de probat. concluſionem 898 numero. 39. ubi allegat Alexan. in lege ſi ita ſtipulatus fuero §. Griſogonus. numero 51. & alios de uerbo. obligat. refert. Iaſ. in dicto. §. Griſogonus, numero. 53 ſed remittit Bartol. in dicto §. tutor. arbitrio iudicis ſecundum facti qualitatem,

29 & conſuetudinem regionis, nã licet in Thuſcia ſecundum eum eſt cõſuetudo, ut quãdo inimicatur, ſeu iniuriatur uni ex conſanguineis deſcendentium per lineã maſculinã inimicatur, uel iniuria afficitur omnibus: tamen alibi aliter ſeruatur, & ſtandum arbitrio iudicis. conſiderabitur quòd in cauſa criminali ex cauſa inimicitiæ cum fratre iudex recuſatur ſecundum Pedamontan. deciſione. 15.

Item etiam conſiderabatur doct. Ioannis Andreæ diſtinguentis, prout infra. nam Ioannes An

30 dreas in dicto capitulo poſtremo tenet†, quod in ſtirpe maſculina, etiam ultra decimum gradum eſſent ſuſpecti conſanguinei, quia experientia docet maxime in Thuſcia, quòd uendicantur offenſæ eorũ qui ſunt de ſtirpe maſculorũ, ẽt quòd ſint ultra gradũ ſucceſſibilẽ cũ tamen nõ uendicetur ultra quartũ de ſtirpe fœminina, & quod erit in arbitrio arbitrorũ hoc conſiderare id tenet, & refert Butrius in dicto capitulo poſtremo. num. 10

Anchar.ibi.nu.5.Abbas.nu.4.Imola nu.3.refert
Francus Idem nu.6.Guidon. Papa ibidem nu.3.&
Alexan.de Neuo in dicto.c.poſtremo nu.22.uer.
ſed quoad principale nu.23.24.ubi defendit opi-
nionem Ioannis Andreæ & determinat, quòd ma
gis ſibi placet opinio dicti Ioannis Andreę.
31 Et quod inimicitia † cõtracta cũ cõſanguineo non
extendatur ad omnes de conſanguinitate, & pa-
rentela:ita ut tranſcendat quartum gradum, &
non uſque ad quem admittitur ſucceſſio,quod trã
ſuerſalis non excedet quartum gradum probatur
ex notatis per Bal.in feudalibus,titulo ſi de feudo
fuerit controue.in.dom. & agnat.Vaſis in.§.ſi uaſ
ſallus il primo.nu.3.uerſi. uſque igitur ad quartũ
gradum. Marſil.conſil.31.numer.17.ubi etiam di
cit per Bald.in lege athlet.§. dat remiſsionem.ff.
de excuſat. tutor ſubdit,quod etiam ulterius ex-
tenditur inimicitia per textum in lege ſi fęminę.
C.ad turpilian.ſed oritur alia difficultas ex diſtin
ctione Bartol.in lege lex cornelia.ff.de iniur. ubi
diſtinguit,quòd conſanguineus poteſt eſſe iudex
in cauſa cõſanguinei ex tex.in lege in priuatis.ff.
de iudicijs,& in lege quin etiam.ff.de arbitr & ad
contraria dicit in criminali procedere. ſcilicet in
terminis dictæ legis Corneliæ,quia in ſupradictis
32 duabus legibus diſponit in ciuilibus † ſed deinde
dicit,quòd quando agitur de ea iniuria,quæ dici-
tur facta omnibus conſanguineis,uel affinibus, in
ea cauſa tam ſi ciuiliter,quàm ſi criminaliter age-
retur,ex quo poteſt dici cauſa propria reſpectu
iniuriæ,non poteſt eſſe iudex conſanguineus, uel
affinis.
33 Secundum quem Bart. † quòd reſpectu eius cau
ſæ,& iniuriæ non poteſt eſſe iudex conſanguineus
uſque ad ſeptimum gradum,& ulteriorem ſecun-
dum doctores præallegatos in aliis cauſis, & ma-
xime ciuilibus uſque ad quartum gradum,& qua-
tenus iudici uidebitur ex qualitate iniuriæ ſecun
dum cõſuetudinẽ regionis, poteſt arbitrari ultra
quartum gradum ſuo arbitrio tantum,opinio.Ioã.
Andr.quæ uidetur in hoc communis.
Sed aduertendũ eſt quantum ad prædictum pri
mum caput ſuſpicionis,quod doctores dicunt in-
34 dicto capit.poſtremo de app. quod † conſangui-
neus poteſt recuſari,tanquam ſuſpectus in cauſa
conſanguinei,etiam in ciuilibus, quia non faciunt
differentiam de cauſa ciuili,& criminali, & latius
dixi ſup.de affine.& eſt textus in lege qui iuriſdi-
ctioni.ff.de iuriſd.omnium Iud. & in cõſanguineo
uſque ad gradum ſucceſſibilem,licet aliqui dicant
uſque ad ſeptimum.gloſ.in capit.poſtremo de ap
pell.& per gloſ.facit gloſ.in lege fœminæ.C.ad tur
pell.aliqui dicunt uſque ad decimum gradum, tã
inter agnatos,quam inter cognatos.ex tex.& glo.
inſtit.de ſucceſ.cognat.in fine Abba.in dicto cap.
poſtremo.nume.4.Imola ibi. numer.3. Præpoſit.
ibi.numer. 9.Alex.de Neuo numer.21.Menoch.
de arbitr.iud libro.ſecundo Cent.caſu 152.nume-
ro 4.5.
35 Sed Ioan. Andreas tenet † quòd in ſtirpe maſ-
culina etiam ultra decimum gradum ſucceſſibilẽ,
& in fœminina uſque ad quartum arbitrio iudicis,
pro ut ſupra retuli.quem Ioan. Andream multi ſe
quuntur,licet cardinalis Zabarella in dicto capi-
tu.poſtremo hoc dictum Ioannis Andreæ, non te-
neat pro uero ſimpliciter,quando ſumus ultra gra
dum ſucceſſionis,quia non ſufficit ſola conſangui
nitas,niſi allegentur aliæ cauſæ rationabiles ſuper
ſuſpicione uide Menoch.de arbitr.iudi caſu. 152.
Sed Bal.in di.c.poſtremo ſequẽdo gl.ib.op.Ioã.
36 Andreæ reſtringit † duplici modo,primo quia ubi
de ſignificatione uocabuli tractatur, non eſt ad ar
bitrium iudicis recurrendum,ex tex.& notatis ſe
cundum eum in lege item in legato ff.de leg.3.&
opin.gloſ.ſequitur etiam hoſtienſis in dicto capi-
tulo poſtremo Henricus Boic.ibidem nume. 4.5.
6. ſequitur Prępoſitus ibi. nume.9.uerſicul.Bald.
ſcilicet,uſquæ ad gradum ſuccedẽdi, non remitti
arbitrio iudicis,ſed poſt gradum ſuccedendi re-
mitti arbitrio iudicis.& in hoc etiã ueram opinio
nem Ioannis Andreæ hoc idem cum Decio firmat
Menoch.in tract.de arbitr.iud.libr.ſecundo cent.
2.caſu.152.nume.6.
Secundò Bal.in dicto capitulo poſtremo,referẽ
37 do opiniones gloſ.diſtinguit † uſque ad quartum
in tranſuerſalibus, ſed in aſcendentibus,& deſcẽ
dentibus in infinitum, & tandem tenet opinionẽ
glo.hanc diſtinctionem tenet Fanus ibidem.nu.6.
uerſicu.hoſtienſis hic ſecundum eum,licet Prępoſi
tus ibidem nu. 9.tenet in omnibus caſibus uſque
ad quartum gradum.
Stantibus igitur ſupradictis cõcluſionibus, pri
mum caput diſtinctionis Ba.in dicta lege lex Cor
nelia, fundatũ in leg.in priuatis,& in leg.quando
etiam,ne ſit contra communem opinionem gloſa
rum & doctorum debet declarari,& reſtringi ſe-
38 cundum gloſas ibi in dictis iuribus † dicta iura ꝓ
cedere in delegato,ſecus in ordinario, item & 2.
intelligi debere,& reſtringi in caſu,quo non recu
ſantẽ conſanguinei,quia non data recuſatione pa-
ter poteſt eſſe iudex in cauſa filii,& cõſanguineus
in cauſa conſanguinei ita declarat Imola in dicto
cap.poſtremò circa finem uerſi.illud etiam tenet
Ioan.de Anania ibidẽ nu.7.Præpoſitus nu.5. Gui.
Pap.in dicto c.poſtremo.nu.4.Petrus ſurdus cõſ.
50 nu.26.in 1.
39 Sed quomodo † debeãt diſponere teſtes in hoc
caſu ad probandam affinitatem in cauſa ſuſpi-
cionis, Decius præallegatus ſe remittit ad con-
ſilium Alex. conſilium 82.in uertente cauſa. li-
bro primo.
Et computatio graduum conſanguinitatis in
ſuſpicionis cauſa quõ fieri debeat ſecũdum ius ci
uile an ſecundum ius canonicum, uide cardina-
lem Zabarell.in capitu.poſtremo, in prima gloſ.
in fin.ubi ſe remittit, qui tamen ad locum,ubi ſe
remittit, nihil dicit.ſed clarius determinat Re-
buffus in titulo de auocatione articul. 3.uerſic 4.
conſtituit in primo tom.ubi dicit computari debe
40 re gradum † conſanguinitatis, & affinitatis ſe-
cundum ius ciuile, ex lege fin. ubi docto. C. de
ſucceſ.edicto.quia computatio de iure canonico
fit ob matrimonia tantum in aliis ſeruatur ius ciui
le allegat Bar.conſ.224.an fratres & Benedictum
in repet.capit.Raynutius in uerbo,& uxorem.nu.
86.de teſtibus,ac alios.Idem firmat etiam Vincẽ
tius de Anna ſingulari 397.ubi teſtatur ita ſæpe
numero deciſum fuiſſe.

Quo

41 Quoad iſtud caput †fuit reſoluta determinatio quòd · um quia cauſa inimicitię non fuit in ſpecie deducta nec probata, ex qua potuiſſent dici offenſi omnes de familia, agnatione & cognatione, & etiam quia coniunctio inter eos erat ex linea fœminina, & ultra quartum gradum, quia filia conſobrini ipſi conſobrino eſt in 6. gradu. iuxta tex. inſtit. de gradibus cognat. §. 6. gradu, & per conſequens inimicitia allegata non poterat extendi arbitrio Magnæ regiæ curiæ uſque ad eum gradum tum quia agebatur de coniunctis, & conſanguineis ex linea fœminina, & traſuerſali, non fuit habita pro cauſa legitima ſuſpitionis, & ob id magnam Curiam non admittendo dictas cauſas ſuſpicionis pro legitimis declarauit dictum Iudicem magnæ regiæ Curiæ non ſuſpectum, & quia iſtæ de Galletti erant mulieres & etiam ex eis poterat dari iuſta excuſatio, ne inciderent in pœnam, pragmaticæ huius regni editæ ſuper ſuſpicione iudicum additum fuit in ſententia clauſula abſque in curſu pœnæ, cum expenſarum compenſatione.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta debēt ſubminiſtrari filio & filiæ pendente lite ſuper hæreditate paterna. numero. ſeptimo. 50. 51.*
2 *Idem in pronepote, & quolibet deſcendente a teſtatore. nume. 12.*
4 *Etiam, quod lis pendeat de alimentis præſtandis. numero. 45.*
8 *Tam ſi agat, quàm ſi contra eum agatur. & numero 23.*
9 *Amplia, tam ſi filius eſt in poteſtate, quàm ſi eſt emancipatus.*
10 *Etiam durante tempore ad deliberandum, ſi nult adire.*
11 *Amplia, tam in prima quam in ſecunda inſtantia. 39. 49.*
13 *Amplia, etiam in patre litigante cum filio, uel petente ſucceſſionem filij. nu. 35.*
14 *Amplia in filijs legitimatis per ſubſequens matrimonium.*
15 *Amplia, etiam ſi agatur poſſeſſorio, uel petitorio.*
16 *Amplia, etiam ſi minor petat à maiori, per actionem familię herciſcundę.*
17 *Amplia etiam ſi eſt in utero, quia dantur alimenta uentri.*
18 *Amplia in quacunque parte litis uſque ad ſententiam.*
19 *Amplia ſi apud hoſtes ſtetit eo reuerſo.*
20 *Amplia ſiue uir ſiue mulier.*
21 *Amplia etiam poſt ſententiam, quę tranſiuit in rem iudicatam.*
22 *Amplia, etiam in executione.*
24 *Aplia etiam ſi ſuper re feudali agatur.*
25 *Amplia, etiam ſi eſt inſtitutus ſub pendente conditione.*
26 *Amplia etiam in filio adoptiuo. numero. 31. contrarium.*
35 *Amplia, in filio litigante cum patre, à quo petat alimenta.*
37 *Amplia, in ſorore litigante cum fratre petente legitimam.*
4 *Limita ī iudicio alimentorum, ubi nihil remanet agendum, niſi pronunciare.*
5 *Limità, quando obiicitur quod poteſt de ſuo, uel artificio, ſe alere. 28.*
6 *Limita in filio ingrato. 29.*
27 *Limita quando filius non eſſet in quaſi poſſeſſione filiationis.*
30 *Limita, quando filius qui petit hęreditatem, uendiderit uel renunciauerit.*
31 *Limita in filio adoptiuo.*
32 *Limita in filiis ſpuriis.*
33 *Limita in alimentis pręteritis.*
34 *Limita in collaterali,*
38 *Procedit pręddicta regula, quod debeant ſubminiſtrari expenſæ ſeu alimenta in fratre litigante petente ſucceſſionem fratris.*
40 *Accuſatus de crimine, cuius bona prætendūtur confiſcari, pendente lite, debent ſubminiſtrari alimenta.*
41 *Clerico qui à beneficio eſt ſuſpenſus ſi non habet alia bona debentur alimenta.*
42 *Collegiato, qui de collegio eſt expulſus, debentur alimēta pendente lite.*
43 *Mercatori ſi capiuntur ei bona, & ſequeſtrantur, alimenta debentur.*
44 *Uxori litiganti contra uirum alimenta debentur.*
45 *Pupillo litiganti contra patruum de inofficioſo teſtamento alimenta debentur.*
46 *Monacho litiganti cum Abbate alimenta debentur.*
53 *Taxatio alimentorum illis terminis, quomodo fieri debeat, dices ut infraſcripta deciſione decima ſeptima hic. 54. 55.*
53 *Taxatio alimentorum in regno fit parte incitata ſed ſi pars comparet, & contradicit, fit proceſſus ſummarius parte citata. 54. 55*

DECISIO XVI.

Fuit deuoluta cauſa uia appellationis ī regia curia præturæ urbis Panormi ad magnā regiam curiam, in qua erat facta petitio per Iacobum, & Angelam uicino contra Ioannellam, & Michaelem Thoro ſuper alimentis eis de uicino præſtandis interim pendente cā & tentato iudicio per dictos de uicino contra dictos de Thoro ſucceſſionis patris dictæ de uicino, in bonis cuius patris prætendebat ſuccedere ab inteſtato habito pro nullo, & in ualido teſtamento prætenſo facto, de quo lætantur illi de Thoro, & quia per regiam curiam præturæ fuerunt taxata alimenta dictis de uicino per uiam cedulæ parte incitata, & abſque cauſæ cognitione fuit ex parte iſtorū de Thoro miſſum ſuper nullitate dictæ taxationis factæ partet inci-

tate, & inaudita, & tandem fuit per dictam curiam præturæ lata ſententia, quod dicta cedula taxationis alimentorum reuocetur & ānulletur, a qua fuit appellatum ad magnam regiam curiam, in qua cauſa appellationis de duobus contingit dubitari.

ET primò an deberentur, ſecũdo an rite fuerit proceſſum in taxatione ipſorum alimentorum.

Quo ad primum dicebatur ex parte illorum
1 de vicino, quòd de iure clarum eſt, † quòd pendente lite ſuper hæreditate paterna facienda eſt filio uel filiæ petenti hæreditatem patris prouiſio de alimentis ex tex. in l. qui de inofficioſo, ibi ut interim poſſi deat, & alatur. ff. de inofficioſo teſtamento, & l. ſi inſtituta. §. de officioſo. ff. eo Afflict. deciſ. 11. ubi eam firmat ex deciſione Rotæ poſita in tit. de iudicijs deciſ. 2. in nouiſſimis, quę incipit utrum filius agens petitione hæreditatis.
2 Idem dicendum eſt † in pro nepote, & alio quouis deſcendente a teſtatore, cùm eadem ſit utrobique ratio. Couarr. practicarum quæſtionum. c. 6. uerſiculo quantum.
3 Et prædicta concluſio procedit † etiam, quòd lis uertatur & pendeat de alimentis præſtandis. Ioſeph Ludouicus deciſ. 46. nu. 2. uerſiculo contrarium. & nu. 3. Gabriel in conſilio 25. nu. 13. 14 in primo.

Sublimitatur ſupradicta ampliatio ſecundum opinionem Soccinij Iun. in conſ. 9. nu. 5. 6. in 3. quando alimenta petuntur poſt litem conteſta-
4 tam, & poſt cõcluſum † in cauſa, ubi nihil aliud remanet faciendum, niſi pronunciatio ſuper eo proceſſu alimentorum, mouetur illa propoſitione, de qua per doct. hodie conſtat, & hodie agatur, & deinde concludit in caſu ſuo pronunciandum petentem alimenta in cauſa principali.

Alio, & ſecundo modo reſtringitur prædicta ampliatio ſecundum Gabrielem in conſilio prædicto conſilio. 25. nume. 14. uerſiculo tamen hæc
5 uera, quando † petenti alimenta nihil aliud obijcitur, niſi quòd talis non eſſet, qualem ſe aſſereret: & petuntur ab eo, quòd primo loco tenetur. tunc enim probata, quaſi poſſeſſione, uel filiatione ſemiplene decernuntur: ſecus, quãdo alia obijciuntur, uidelicet quòd poſſit, ſe de ſuo artificio alere, uel quòd alium proximiorem habeat à quo ali debeat: & de his, & alijs huiuſmodi antequam decernantur, cognoſci debet, pro ut Gabr. in prę allegato conſ. num. 15. 16. & ſeq. uſque ad finem idem firmat Aufrer. poſt Cappell. Toloſ. dec. 77.
6 Et intelligitur etiam ampliatio prædicta, † niſi filius eſſet ingratus, quia non debet ali. idem omnibus cauſis, ex quibus poſſit exhæredari. ſecundum Bartol. in lege fina. C. de alendis liberis, & in alijs locis, quē ſequitur Aufrer. poſt capell. Toloſ. deciſ. 77.
7 Et in filio litigante † ſuper hæreditate paterna, quòd facienda eſt ſibi prouiſio de alimentis ponit regulam Petrus Duenas de reg. lur. regula 365. cum ſuis limitationibus, & ampliationib. prout infra, & rebuff. titulo primo tractatu de ſententiis prouiſional. articulo primo gloſa. 2. ponit etiam eandem regulam cum ſuis limitationibus, & ampliationibus.
8 Vbi ampliat primò † ſiue ipſe filius agat ſuper ſucceſſione bonorum patris, ſiue contra ipſum agatur ex doctoribus in lege prima. C. de carbonia. edict. ibidem nume. 1. Rebuff. ibidem nume. ſecundo.
9 Secundo ampliat †, ſiue filius ſit in poteſtate, ſiue emancipatus. quia hodie quo ad ſucceſſionem, & alimenta nulla eſt emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia authe. de hæred. ab inteſt. ueniunt. §. ſi uerò neque fratres. ibidem numero 2. Rebuff. ibidem nu. 8.
10 Tertio ampliat † procedere etiam durante tempore dato hæredi ad deliberandũ, na ſilius ali de hæreditate debet ne deliberationis dilatione pendente fame pereat. leg. filius. ff. de iur. deliber. ibidem nu. 3. Rebuff. ibidem nu. 4.
11 Quartò ampliat, † tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia ex deciſione Afflict. 10. & 11. ibidem primo 4. Rebuff. ibidem nu. 5.
12 Quintò ampliat † non ſolum in filio, uerum ẽt, & in nepote, pro nepote, & ab nepote in recta linea cum in eis ſit eadem ratio Maſſuerio practic. in titulo poſſeſſorio §. item. & credeuria idem numero. 5 Rebuff. ibidem num. 7.
13 Sexto ampliat † in patre litigante cum filio, uel etiam petente ſucceſſionem filij lege nam & ſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtamento ibidem. nu. 6. Rebuff. ibidem. nu. 9.
14 Ampliat Septimò † in filiis legitimatis per ſubſequens matrimonium, cum nihil, aut parum a legitimis differant capitulo tanta qui filij ſint legitimi, ibidem numero decimoſeptimo. Rebuff. ibidem numero. 13.
15 Ampliat octauò † procedere, ſiue agatur poſſeſſorio, ſiue petitorio lege illud. ff. ad legē aquiliā. ibidem nu. 8. Rebuff. ibidem nu. 10.
16 Et idem dicit †, ſi filius minor a primogenito partem hæreditatis petat per actionem familiæ herciſcund. poterit etiam pendente iudicio à fratre poſſidente bona petere, ut aliquid ei aſſignetur ibidem numero. 8. Rebuff. idem numero 10. 11.
17 Ampliat nonò † etiam ſi filius eſſet in utero, quia uentri fiet prouiſio, & in poſſeſſionem admitti debet ibidem. 9. Rebuff. ibidem numero. 12.
18 Ampliat decimo † habere locum in qualibet parte litis, etiam poſt litem conteſtatam ante ſententiam diffinitiuam & ante concluſionem in cauſa ex Rebuff. ibidem numero. 14. & Duenas ibidem numero. 10.
19 Ampliat undecimò †, etiam ſi filius longo tempore captus eſſet ab hoſtibus; tunc ſibi reuerſo facienda erit prouiſio ibidem numero 11. Rebuff. ibidem numero. 16.
20 Ampliat duodecimò †, ſiue erit ille ſiue mulier. ibidem numero 12. Rebuff. ibidem numer. 17.

Et ultra prædictas ampliationes Rebuff. in præallegato articulo primo gloſ. 2. ampliat etiam poſt ſententiam quę † tranſiuit in rem iudicatā, imò etiā poſt arreſtū & in illius propoſitione prouiſionem

proiiiſionem pèti poſſe allegat Crauettam, conſ. 164.dicit bene ſeruari in forenſi iudicio,quando
22 executio arreſti poſſit † habere executionem, vt communiter habent,diuerſum eſt,ſi ſtatim poſſit exequi per ea, quæ Doctores ſcribunt in l. ille, a quo,§.ſi de teſtamento, ff.ad Trebell. & dicit,qđ hodie in executione, hoc opus, hic labor eſt,& pauci eam attingere ualent.

23 Ampliat † etiam Rebuff. ibid.nu.18. ſiue filius quæſtionẽ mouerit,ſiue ei moueatur,& ipſe poſſeſſionem hæreditatis non poſſideat.

24 Ampliat etiam num.19.ſi ſuper re feudali moueatur queſtio a filio,vel agnatis contra dominũ, vel alium poſſidentem.

25 Ampliat etiam †ibid.num.20. ſi filius ſub conditione eſſet inſtitutus interim pendente conditione prouiſionem petit, vel bonorum poſſeſſionem,qualiſcunq; fuerit conditio l.11.§.ſi ſub cõditione,ff.de bonorum poſſeſ.ſecundum tabu.

26 Ampliat ẽt,ſi ageretur de alimentis †adoptiui ſibi in adoptione promiſſis, vel alijs quib.de iure debentur alimenta interim pendente lite debent ſolui Rebuff.in loco præallegato,nume.20.

27 Limitat primo,quando † filius non eſſet in poſſeſſione filiationis,nec habitus ꝓ filio, vel cõſanguineo illius,cui vult ſuccedere,tunc non fiet illi prouiſio abſq; cauſæ cognitione,ſecundum Bart. in l.ſi neget,num.2.ff.de libe.agnoſc. ibidem,numero 1.Rebuff.ibidem,num.21.

28 Secundo limitat,† quando filius mouens quæſtionem ſucceſſionis eſſet diues, & poſſet ſe aliun de alere.Bar.in l.extraneus,& l.ſequẽ. ff.de vent. in poſſeſs.mittend.l.fi. C.de ordine cognit. ibid. num.2.Rebuff.ibid.numero 23.

29 Tertio limitat,†quãdo filius eſſet ingratus,vel alias conſtaret,ſaltem ſummarie eum eſſe,& hæreditate,& bonis priuatum,quia tunc ſicut nõ eſt alendus,ita nec promiſſio eſt facienda, glo.in l.ſi quis a liberis, §. idem iudex in verbo detulerat, ff.de liber.agnoſcend. & plures Doct.per eum allegati,ibidem,num.3.Rebuff.ibid.num.24.

30 Quarto limitat,†quando filius,vel is,qui petit hæreditatem vendiderit eam, vel renunciauerit illi, nam & ſi cõtractum dicat non valere, & eius petat reſciſſionem, prouiſio fieri interim ei non debet,ibid.num.4.Rebuff.ibid.num.26.

31 Quintò limitat nõ procedere, in adoptiuis petẽtibus ſucceſſionem, quia appellatione filiorum in hac materia non veniunt filij adoptiui,ibidem num.5.Rebuff.ibidem,nu.27.

32 Sexto limitat in ſpurijs,& alijs naturalibus,q̃bus non debentur bona paterna, nec legitima in illis,ibid.nume.6.Rebuff.ibidem,nume.30.

33 Septimo limitat † in alimentis præteritis,quia non competit in illis alimentorum priuilegium, ibidem,nume.7.Rebuff.ibidem, num.31.vbi tenet contrarium.

34 Octauo limitat,† quando collateralis petit hæreditatem fratris, vel conſobrini ab inteſtato,qa cum eo non fit prouiſio,ibidem nume.8. Rebuff. ibidem,nume. 33.32.

35 Item etiam †in filio litigante cum patre,quod debeant præſtari alimenta ipſi filio pendente lite.Cœphal.conſi.714.nume.5.& declarat.nu.30. verſi.quibus declaratur in 5. Capell. Tholoſ. deciſio.77.vbi Aufrer. Rebuff. de ſentent.prouiſional.in præfatione,num.21. poſt Bar.in l.ſi neget, de liber. agnoſcend. quem ſequitur Cęphal.conſil.127.num.8.Alciat.de præſumptio. regula tertia,præſumptio.6.numero 10.Soccin. Iun.conſilio 8.in principio,in tertio, licet ibi in caſu ſuo in contrarium firmat.

36 Idem in patre, † & aſcendentibus, nam & his non minori iure legitima debetur,quam filiis Couarru.practicarum quæſtionum,c.6.num.6.verſ. idem probat,poſt Rebuff. primo titu.de ſentent. prouiſio.artic.1.glo.2.colum.2.

37 Idem ſi ſorore †litigante cum fratre, & petente legitimam paternam, quia ei debent ſubminiſtrari alimenta,Cœphal.conſi.117.num.7.in principio, Ioſeph Ludouicus, deciſio. 46. numero 3. Cœphal.conſil.714.numero 2.in 5. & quomodo, vide numero 30.

38 Idem in †fratribus, & alijs ſucceſſoribus ex teſtamento non raſo,nec cancellato,vel ab inteſtato quoties ex aduerſo negatur bona illa, quæ petuntur ad mortem uſque fuiſſe a defuncto poſſeſſa,vel eorum dominium illũ habuiſſe donec mortem obierit eis alimenta debent præſtari pendente lite Couarr.pract.quæſtionum,c.6.num.6.verſicu.nec tamen negauerim.

39 Et prædicta concluſio, † ꝙ alimenta debeant præſtari filio, & filiæ inopi petenti hæreditatẽ patris pendente lite, procedit etiam in 1.inſtantia, etiam nulla ſententia adhuc lata, prout firmat Afflic.deciſ.10.& deciſ.11.& Cęphal. conſi.127.nume.5.uerſi.quibus non obſtantibus,& nu.11.uer. ad tertium reſpondetur,nu.8.Couarr.practicarũ quæſt.c.9.nu.9.uerſic.& ſanè quidam opinantur, quos refert,& ſequitur Ioſeph Ludouicus, deciſio.46.num.7.vbi communem Cœphal.conſ.714. numero 8.num. 5.

40 Coadiuuabãtur prædicta †etiam ex infraſcriptis concluſionibus, uidelicet quando quis accuſatur de crimine,ex quo bona confiſcantur,& interim iudices capiunt bona ipſius, tunc eis debet fieri prouiſio, vt ex illis bonis ſaltem pendente proceſſu alatur, & iudex aliquam pecuniam pro alimentis eius capi in ſingulos annos iubebit,argumento l.ait prætor,in fine, & l.filius, ff.de iure deliberan. Rebuff. de ſententijs prouiſionalib.in præfatio.numero 113. 114.

41 Item clerico †ſuſpenſo a beneficio debet interim fieri prouiſio cum fratribus ipſius ad uitæ ſubſidium, ſi nihil aliud poſſideat text.in capitu. prætexit, ibi Præpoſitus, colum.2.diſtinctio.32. capitu.ſtudeat,in fine,ſupra diſtinctione Rebuff. vbi ſupra numero 110.

42 Item †collegiatus,ſi de facto a collegio expulſus debet pendente proceſſu ali, & prouiſio illi fieri,ſi ſit pauper,Rebuff.vbi ſupra,numero 115. vbi allegat Bolognin.in authent.habita, C. ne filius pro patre.

43 Item mercatori extero,†ſi ei capiãtur bona pẽdente lite, fiet prouiſio, vt ex his bonis alatur,ſi aliunde facilè non poſſit ali, niſi mercator illa bona ſurripuiſſet,uel deliquiſſet.Rebuff.ubi ſup.nu. 116.Couarru.pract.quæſt. c.6.nu.4.uerſicu.unde

apparet, vbi dicit, quod alimenta litiganti paupe ri ex bonis, quæ ei ablata fuerunt, & quæ præſumebantur ipſius etiam propria, quæ ipſe poſſide bat, quibus priuata authoritate fuerat ſpoliatus, & deniq; ipſi reſtituētur, ſi fideiuſſores dediſſet, & tamen non datis fideiuſſoribus non reſtituunt.

44 Et in vxore litigāte †cum viro, vir tenetur ſubminiſtrare alimenta vxori poſt Afflict.deciſ.152. Ioſeph.Ludouici, deciſio.46.nu.4. Cæphal.cōſil.127.nu.6.in primo poſt Guidonē Pap.deciſ.439. num.4.Palatios Rubeos, in repet. capituli, per ue ſtras, de donat.inter uir.& uxorem, §.39.num.1. Socc.Iun.conſ.8.num.1.in 3. & quomodo procedat, ibid.num.6.Cæphal.conſil.714.nu.5. in 5.& nu.22. ubi dicit, quod ibi ſtabat de matrimonio, & num.33. dicit, quod uxor erat in quaſi poſſeſſione alimenta recipiēdi.Capel.Tholoſ.deciſ.77. vbi Aufrer.Rebuff.de ſententijs prouiſionalib.in præfatio. numero 21.

45 Item etiam, †vbi pupillus contra patruum patris hæredem, agit querela inoſſicioſi teſtamenti, ſi pauper ſit, dēt hrē alimēta.l.qui de inoſſicioſo, & l.ſi inſtituta, §.de inoſſicioſo, ff.de inoſſic. teſt. Cæphal.conſi.714.num.1.in 5. Couar.practicarū quæſtionum. c.6.nu.9.uerſi.ideo etenim.

46 Et in Monacho †litigante cum Abbate.ꝙ Abbas teneatur ei præſtare alimenta, ēt ſi Abbas inquirat cōtra monachum poſt Abbatem in c. cum contingat.de fo.comp.col.14.uer. quam ergo formā.Palatios Rubeos in rep. capituli ꝑ veſtras. de don.inter uir.& vxor.§.26.nu.2.Socc.iun.conſ.8. nu.2.3.in 3.Cæphal.conſ.714.n.4.31. in 5.Rebuf. de ſent.prouiſion.in præfatio.nume.108.

47 Et quando de alimentis agitur †etiam pendēte lite, & proceſſu alimētorum alimenta interim debentur Rebuff.in tomo 1.de ſenten.prouiſion. art.1.glo.2.nume.29. Ioſeph Ludouic.deciſ.48.a num.2.uer.contrarium uſque ad numerum 9.Cæphal.conſi.127.nu.10.in primo Couarr.practicarum quæſtionum, c.6.num.8.Gabriel conſ.25.nu. 13.verſi.& eo magis, & num.14.

48 Et iſta alimenta vbi præſtantur †lite pendente a parentibus filijs ex prǽſumpta. vel probata ſummaria filiatione, & mandato iudicis exhibent nō repetuntur, poſtea etiam ſi conſtiterit in plenaria cognitione, & proceſſu principali alimentorum filium non eſſe illius, quem vt verum parētem, in iudiciū vocauit, ſicuti gl. cenſet in l.ult.C.de Carboniano edictò, quam glo.ſequuntur frequentius iuris ciuilis interpretes.ſecundum Couar. practicarum quæſt.c.6.circa fin.Maſcard. Praxi titu.de poſſeſſorio Boer.deciſio.324.num.3.4.5. Marcus deciſio.364.in fi.Guliel.de Ludo ſingu.139.inter ſingu.omnium Doctorum, ubi diſtinguit Rebuff. vbi ſupradicta glo.2.num.22.

49 Igitur prædicta concluſio †procedet de plano etiam fortius, quando eſt lata ſentētia licet ab ea pendeat appellatio, Affl. in d. c.per veſtras, §.39. num.2.uerſ.facit tex.ex tex.no. in l.ſi inſtituta, §. de inoſſicioſo, ff.de inoſſicioſo teſtamē.quod pupillus, qui egit querelam inoſſicioſi teſtamenti, & obtinuit in cauſa appellationis, debet habere alimenta de bonis hæreditatis, ſi eſt inops, & ob id dicit Ioſeph Ludou.deciſio.Peruſ.46.quod actor licet fuerit, & ſit filius, vel nepos, & ſi pauper, dēt primam ſentētiam pro ſe obtinere aduerſus reu, vt alimenta præſtentur, & ita intelligere gl.in d.§. de inoſſicioſo, ait Bar.Alex. Ang.Caſtr.Fulgoſ.& Alciat.in reg.3.præſump.9. num.9.Couar.practicarum quæſt.c.6.nu.6.verſi.2.quod Doctores.

50 Quoad iſtud primum †caput, videbatur dicendum, quod licet pendēte lite, de qua ſup.iſti filiæ agenti competere poſſent alimēta, cum ſint ꝓbata requiſita, ſ.paupertas ex parte iſtius filiæ, & patrimonium amplum relictum a patre], & alimēta
51 filijs debeantur nō ſolum per †patrem, ſed etiam per eius hęredes, & ſucceſſores, l.ſi quis a liberis, §.item reſcriptum, de libe.agnoſc.Cęphal.latè in conſi.498.num.16.in 4.Duenas, de reg.iur.regula 367. ampliatione 4.

Tamen in præſenti cauſa nullus habitus fuit reſpectus ad iuſtitiam meritorum ꝓp ineptum modum procedēdi prout ex deciſ.infra deciſum ap-
52 paret contra prædictos de vicino †ſed idem articulus in ipſo tribunali magnæ Regiæ Curiæ in cā vertente inter fratres de Bolina Meſſanenſes, in cā in qua vnus ex fratribus minor petebat fratri maiori partē ſucceſſionis eorum patris ſuper bonis hæreditarijs poſſeſſis per fratrem maiorē, & computum tutelę adminiſtratę per dictum fratrē maiorem tāquam tutorem ipſius fratris minoris: fuit per magnam Regiam Curiam condemnatus dictus frater maior ad vncias centum pro alimentis, & expenſis litis præſtito de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, & de compenſando in caſu uictoriæ.

53 Quoad ſecundum prima †facie dicebatur bene egiſſe illo modo procedendo, parte incitata abſque cauſæ cognitione per viam cedulæ, & hoc ex doctrina Petri de Gregorio, in tractatu de dote, de paragio, 38.q.col.pen.ver.quia in cā alimētorum, vbi determinat, quod debent taxari parte non contradicente, ibi col.5.uerſi.hodie vero, dū dicit, hodie uero in regno, parte non contradicente expreſsè per ſupplicationem, conſueuit etiam per magnam Regiam Curiam taxari dos de paragio, & vita, & militia, ex abrupto, extra ordinem iuris, iudicis officio, & parte non citata, uerificatis extremis, uidelicet quantitate reddituum feudi tempore mortis feudatarij, & numero filiorū, nec non, & poſſeſſionem feudatarij ſuccedentis, & illis productis in vim pro teſtatorum, una cum ſupplicatione petentis in uim qualis petitionis taxari conſueuit dos de paragio, & in verſic.quia in cā alimentorū, dicit in cā alimentorum non requiritur aliquis libellus, nec aliquæ iuris ſolennitates, ſed proceditur iudicis officio.

54 Sed ex aduerſo †dicebatur, quod prædicta taxatio per viam cedulæ eſt nulla, & reuocāda cum omnibus inde ſecutis, nam taxatio modo facta fuit facta parte contradicente, & reclamāte in eo modo procedendi, quo caſu fieri non poterat parte incitata, & inaudita, & ſic non ſumus in caſu Petri de Gregorio excepto.

55 Et ſecundum hanc ſecūdam opinionem †fuit per magnam Regiam Curiam determinatum, qa taxatio fuit declarata nulla, & confirmata ſententia Regiæ Curiæ prętur&ę.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Expenſa litis debent ſubminiſtrari pauperi litiganti de hæreditate, quam alius poſſidet.*

2 *Amplia, etiam ſi de parte hæreditatis agatur.*

3 *Amplia, quando ſoror petit legitimam a fratre.*

4 *Amplia, etiam in fratre petente vitam & militiam fratre.*

5 *Amplia in vxore de matrimonio litigante cum uiro, numero 6.*

7 *Amplia etiam ſi uxor agat contra hęredes mariti pro dote, & donatione propter nuptias.*

9 *Amplia etiam in canonico agente contra prælatum, qui fuit remotus.*

10 *Amplia, etiam in Monacho litiganti, cum Abbate, num. 11.*

12 *Amplia cuilibet litiganti pro alimentis, quando ei alimenta debentur.*

13 *Amplia, cuilibet litiganti pro utilitate publica, & clerico pro utilitate eccleſiæ, nu. 14.*

15 *Amplia electo, ſeu poſtulato debentur interim expenſæ, dum proſequitur electionem.*

16 *Amplia prætendenti bona communia, uel ad ſe ſpectare contra poſſeſſorem.*

17 *Amplia a fiſco, ſi de omnibus bonis eſt quæſtio ſi aliũ de non habet, nu. 18.*

19 *Amplia, etiam in prima inſtantia, ſi conſtat de aliquali iure, nu. 20.*

21 *Amplia etiam, quod ſimus in executione ſententiæ.*

33 *Amplia etiam cuilibet litiganti, in quacunque cauſa dummodo diues ſit conuentus, & actor pauper.*

34 *Amplia maximè, ſi litigat de re propria, quam poſſidebat, & ei ablata fuit.*

35 *Amplia maximè quando lata ſit ſententia pro actore, licet fuerit ab ea appellatum.*

22 *Limita, quando actor, qui petit non habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ, nu. 23.*

24 *Limita, quando filius petit reſcindi tranſactionem cũ patre in uita facta.*

25 *Limita, quando petit reſcindi donationem a matre factam.*

26 *Limita, quando filius, uel is, qui petit hæreditatem, vendidit, uel renunciauit.*

27 *Limita, in cauſa ubi uxor de adulterio eſt proſecuta.*

28 *Limita, in ſpurio ſtante teſtamento patris.*

29 *Limita, in pupillo litigante cum tutore de adminiſtratione tutelę.*

30 *Sed in caſibus prædictarum limitationum, quomodo ſit ſuccurrendum pauperibus litigantibus, uide numero 31. 32.*

37 *Præſtare debet actor pauper, cui ſoluuntur expenſæ litis in caſibus regulæ, & ampliationum de reſtituendo in caſu ſuccumbentię, & compenſando in caſu victoriæ, et hoc iure utimur in regno, nu. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 46.*
Diſtingue, nume. 50.

45 *Si expenſæ prædictæ, quas peculiolam appellamus, in regno, petuntur etiam in cauſis feudalibus, quomodo agendum ſit, nume. 46. 47. 48. 49. 52.*

47 *Quanta ſumma debeat taxari pro prædictis litis expenſis, nu. 51.*

53 *Iudex in cauſa peculiolæ eſt iudex cauſæ principalis.*

54 *Appellari non poteſt a ſententia, ſiue ab interlocutoria lata in cauſa iſtarum expenſarum, ſeu peculiolæ.*

55 *Pro executione iſtius interlocutoriæ, ſeu ſententiæ, quomodo agendum contra condemnatum nolentem ſoluere poſt condemnationem.*

56 *Quindena non datur, quando pro iſtis expenſis, ſeu peculiola exequitur ſententia.*

57 *Paupertas quomodo debeat probari ad obtinendum in iudicio peculiolæ.*

DECISIO XVII.

Fuit hæſitatum in magna Regia Curia in cauſa uertente inter donnam Marianam Garocha, & Auila actricem ex una, & Hieronymam Garocha, & Aſtorga conuentam ex altera, an debeat obtinere ipſa donna Mariana actrix in petitione, quod pendente iudicio ſuper petitione hęreditatis tentatæ in magna Curia per dictam de Garocha, & Auila actricem eius fratris mortui ab inteſtato, ex quo allegat ſe pauperrimam, an debeat ei actrici ſubminiſtrari expenſæ litis durãte lite prædicta, & ob id petijt cauſam ipſam pecuniolę commiſſam uni iudicum magnæ Regiæ Curiæ terminari in eius fauorem.

1 ET primò †arguebatur ex Guid. Papa in quęſtione 561. in principio, vbi ex tex. in l. fi. §. quod ſi ei, C. de ordine cognitio. determinat, ꝙ ſi quis litigat de hæreditate, quam alius poſſidet, vel de bonis omnibus, & non habet vnde litigare, iudex debet prouidere, quod poſſeſſor bonorum præſtet ſumptus litis, & alimoniæ, quem ſequitur Cęphal. conſil. 714. nume. 7. in 5. Guido Pap. ſequitur Crauett. conſi. 764. Couarru. practicarum quæſtionum, capit. 6. num. 5. verſicu. conſtat ſanè Cabriel conſi. 29. nume. 19. verſicu. ultima quæſtio. in primo, & num. 20. Boer. deciſ. 324. numero quarto.

2 Ampliatur ſupradicta concluſio, †vt procedat, nedum ſi de uniuerſa hæreditate, quis agit, verum etiam ſi de eius parte. Cęphal. conſil. 127. nume. 10. in primo, vbi allegat Guid. Pap. deciſ. 561.
3 & etiam †ampliatur procedere, quando ſoror petit a fratre bonorum paternorum legitimam Afflict. in deciſione vndecima, numero .... quem ſequitur Cœphalus conſilio 127. numero ſeptimo, in primo.

4 Ampliatur †etiam in fratrem petentem vitam, & militiam a fratre primogenito. Vrſill. in addit. ad Afflic. dicta deciſio. 11. poſt Grammaticum in ciui. lib. conſil. 145.

5 Comprobatur †eius iuſtitia ex infraſcriptis cõcluſionibus, ſcilicet, quia mulieri ſi matrimonium contingat accuſari, nec mulier haber, unde poſſit ſubminiſtrare expenſas. nam maritus cogitur illi dare expenſas, Speculator in titulo de inquiſitio. §. vltimo nota, numero ſecundo, verſicu. quid

 ſi ma-

ſi matrimonium, quem ſequitur Boerius deciſio.
325.qui tenet tam in muliere accuſante, maritũ,
quàm ſi etiam a marito fuerit accuſata.Specnlato
rem ſequitur Palatios Rubeos, in dicto §.39. in c.
per veſtras,de donation.inter uirum,& nxorem,
num.5.Cœphal.conſi.714.nume.6. in 5.& conſil.
6 127.nnm.9.vbi tenet,† quod ſi vxor veniret ad li
tigandum cum viro,maritus interim tenetur ſub-
miniſtrare aliméta,& expenſas litis , quod etiam
tenet Palatios Rubeos in repetit.Capituli,per ve
ſtras,de donation. inrer uirum, & uxorem , §.39.
num.1.& in nu.4.ubi dicit,quod ſi vxor repeten-
do dotem a marito uergenre ad inopiam , non ha
bet expenſas aliunde , maritus cogatur ſibi dare
poſt Alber.in l.vbi adhuc,colum.fin.verſi.ſed cu-
ius expenſis dicit eſſe de mente Hoſtiéſis in ſum-
ma,titu.de accuſat.§.primo, quod ergo,ſi contin
gat Alciat.reg.3.præſumpt.9.num.10.& in vxore
7 †non tantum agente contra maritum,verum etiã
idem erit in uxore agente mortuo marito ad pe-
titionem dotis,& donationis propter nuptias.Co
uarru.practicarum quæſtionum,c.6.num.6.uerſi.
idem erit in uxore Boer. deciſ.324.nu.4.

8 Sublimitantur prædicta in marito † paupere ,
nullamque dotem recipiente, ita firmat Cœphal.
in dicto conſi.127.nu.10.verſic.non obſtat,& nu.
11.allegat gl.in l.fin. §.ipſum autem filium,C.de
bonis,quæ liber.& Afflict.290.num.9. a pluribus
confirmat Ioannes Philippus Portius,in cõſi.160.
num.12.13.

9 Item etiam in canonico,†qui accuſauit prẹlatũ
de dilapidatione,& ſimonia,& remotus fuit præ-
latus ab adminiſtratione, quia ſumptus factos po
teſt canonicus ab eccleſia repetere,cum ſit bene-
ficiatum , cum utiliter negocium eccleſiaſticum
geſſerit,Speculator in titu.de inquiſitione,§.ulti-
mo nota, nu.4.

10 Et in Monacho † litigante cum Abbate , quod
Abbas teneatur in terra ſubminiſtrare expenſas,
poſt glo.in c.ex parte, extra de accuſat.tenet Pe-
ruſ.deciſio.46.nu.3.Boer.deciſio.325.nu.1.verſi.
item pone,Palatios Rubeos,in reper.capituli per
veſtras,de donatio.inter uirum,& uxorem,§.39.
11 in 2.vbi etiam vult,quod non ſolum ad proſequẽ
dam litem, ſed etiam pro lire exequenda allegat,
tex.in c.olim , de accuſat. & capituli ex parre eo.
inrelligendo tamen,ſecnndum Doctores ibi,quá
do lis mouetur ad utilitatem monaſterii principa
liter,& immediate Boer.deciſ.324.nu.4.

12 Irem quilibet litigans † de alimentis poteſt pe
tere ſi eſt inops,& diues aduerſarius , qđ ſibi ex-
penſæ litis ſubminiſtrentur, & quod §.de inoffi-
cioſo habeat locum, & extendatur per Doctores,
nedum fauore aliarum perſonarum litigantium,
de alimentis,ſed cuiuſcunque generis ſint perſo-
næ litigantes , dum tamen actor petens alimenta
ſit pauper,& ille a quo petuntur ſit dites. Ioſeph.
Ludouicus deciſio.46.nu.2.uerſi.contrarium vſ-
que ad numerum nonum,Cœphal. conſi.127.nu.
10.in primo,Couarru. practicarum quæſtionum,
c.6.nu.8. quicqnid,dicat Soccin. iun.conſil.8.nu.
5.6.in 3.quia in caſn eius fuerunt litis expenſæ,&
alimenta in fine proceſſus petitę,quando erat ꝓ-
nunciandum ſuper cauſa ipſa alimentorum, mo-
tietur illa propoſitione,hodie, conſtat,hodie aga
tur , & deinde concludit in caſu ſuo, quod actori
13 alimenta non debebantur,ſi priuatus †intẽtat iu-
dicium ad utilitarem publicam,ſiue clerici in uti
litate,ſeu eccleſiæ debent ſibi refici expenſæ a fi-
ſco, ſi utilitas ſit fiſcalis , i. afferens lucrum fiſco.
Palatios Rubeos,in repet. capituli per ueſtras,de
donat.inrer uirum,& uxor.§.39.num.6. ubi dicit
etiam caſum notabilem, in l.ſi mulier,in opus ſali
narum,ff.qui potior.in pignor. habea. ſecundum
Bald.in l.1.in princ. iuxta finem commenti,ff.de
iuſtit.& iure,& eſſe tex.in d.c.ex parte,de accuſ.
ita dicere Franciſcum Aretin. in c. ſi quod reſtiũ,
3.colu.ver.prima concluſione,de teſtibus, & Spe
culator,in titu.de quæſtione,§.ultimo noto,nu.2.
14 ver.porro,†ait,in Monacho litigante, dum inqri
tur ſuper ſtatu eccleſiæ , tam in capite , quam in
membris his,qui eum proſequitur negotium agit
eccleſiæ,& ideo ſiue monachus proprium non ha
bens,ſiue clericus ſecularis proprium habens ha-
bebit expenſas ab eccleſia. Rebuff.tit.1.de ſentẽ
tiis prouiſio.in præfatio.nu.109.& prædicta om-
nia diſtinguuntur, ſecundum eundem Speculato
rem,ibid.uer.item ſeculari.

15 Item electus uel poſtulatus † pauper debet ha
bere de bonis eccleſiæ expenſas ad proſecutioné
electionis,uel poſtulationis per capitulum , ut p̃-
teritæ,vbi per Doctores,de elect.ca.cupientes,in
fine,eod.tit.in 6. ſic concludit Oldrad.conſil.27.
thema tale eſt,Rebuff.de ſenten.prouiſio.in præ-
fatio.nu.121. vbi allegat Albericum, in l.fi.C.de
ord.cogn.& Marcium deciſ.incip.quęritur,an ca
pitulum,in prima parte.

16 Et infertur una concluſio generalis , † quod ſi
priuatus litigat cauſa ꝓpria ſuper bonis,quæ p̃tẽ
dit eſſe communia,vel ad ſe pertinere,tunc ſi alii
qua prẹſumptio eſt pro ipſo,debent ſibi ſubmini
ſtrari expenſæ litis de illis bonis Palatios Rubeos
in repet.capit.per veſtras,de donat.inrer virum,
& vxor.§.39.nu.2.uerſ.ex qua lege,Alciat.de p̃-
ſump.reg.3.præſump.9.nu.9. Couarru.practica-
rum quæſtionum,c.6.nu.6.uerſi.ego uero,quoad
litis expenſas,Cœphal.conſi.714.nu.13. in 5.Re
buff.de ſententiis prouiſional. in præſatione, nu-
mero 117.

Sed Puteus in tractatu ſindicatus,in verbo ex-
17 penſæ,§.1.infert, † quod iudex ſindicatus debet
expenſas ſubminiſtrare pauperibus, cum quibus
litigat,idẽ ſi litigaret cum fiſco ſequitur Palatios
Rubeos in repetit.capituli per veſtras, §. 39. nu.
3.verſic.Pariſ.de Puteo, & ſecundum Rebuff.de
ſententiis prouiſion.in præſatione, nu.118.dicit,
18 quod in domino,vel in fiſco,cum quo priuatus li
tigat,tunc ſi de omnibus bonis fuit quæſtio, & il-
le non habeat aliunde, quod porrigeret, debet ei
fieri prouiſio, late Afflict. in conſtitutione lege
præſenti,nume.6.7. Boer. deciſio. 324. nume. 6.
& per totam .

19 Et prædictam concluſionem , quod † expenſæ
debeant ſubminiſtrari litiganti inopi,& pauperi,
etiam in prima inſtantia , ubi nulla adhuc eſt lata
ſententia,firmat idem Ioſeph.Ludouic. in d.deci
ſio.46.num.6. vbi dicit communem poſt Afflict.
10.deciſione,& Cœphal.conſil. 127.nu.5.verſic.
quibus

quibus non obſtantibus et ver. ad tertium & per
totum conſilium in primo vbi idem tenet poſt
Afflict.& Rotam & Didacuum practicarum quæ-
ſtionum capit. 6.num.5.verſicu.nec tamen nega-
uerim,vſque ad numerum ſeptimum,per eum al-
legatos.Crauet. conſi. 164.nu.2. & Alciat.in reg.
20 3.prę ſumpt.9.nu.10.11. dicit † quòd ſufficit ne-
dum illa præſumptio oriens ex ſententia, à qua
fuit appellatum, ſed etiam quælibet alia ſimilis,
de qua conſtaret iudici ſummariè, & propterea
vidi, quòd iudices decernebant ipſas expenſas
litis, ſi ex lectura atteſtationum licèt,nondum po
blicatarum deprę hẽdiſſent ſummarie eſſe proba-
tum,quòd eſſet filius, vel vxor:nam tales atteſta-
tiones ſaciunt præſumptiooem non mediocrem,
vt habetur in c.ſignificarunt de teſtibus.Gabriel.
conſilio 29.numer. 19.verſicul. vltima quæſtione
& numer.20.

21 Amplia etiam,quòd ſimus † in executione ſen-
tentiæ, & maximè quando ſententia non eſt li-
quida,quæ etiam quòd ſit lata ſententia, debent
pro liquidatione, & executione ipſius ſubmini-
ſtrari expenſæ ita in his terminis firmat Crauett.
conſi.164.nu.1.2.in primo.

22 Intelligunt † prædictam concluſionem docto-
res, quando actor litigans habet per ſe præſum-
ptiooem iuſtitię ſuper bonis, ſuper quibus litiga-
tur: aliàs autem ſi creditor litigat contra debito
rem, vel aliquis pro re ſua contra alterum, non
tenebitur debitor diues creditori pauperi ſubmi-
niſtrare ſumptus litis, ſecundum textum, & ibi
Bald. in l. Imperatores quem refert, & ſequitur
Palatios Rubeos in repet.dicti cap.per veſtras.§.
39.nom. 3.verſi. intellige,quando Cephal.conſi.
714.num.13.in ver.vbi etiam ſubſequitur, quòd
23 ſimiliter, qui litigat † de re ſua, non debet ha-
bere expẽſas à poſſeſſore quãuis ſit pauper, & im
potens, ſi illa præſumptio non eſt pro eo.allegat.
tex.in d.§.de inofficioſo, & Frãciſcum Aretinum
allegatum per eum,& quando præſumptio nõ eſt
pro actore,ſed pro reo,quod non cogatur alimẽ-
ta præſtare, nec expenſas litis reus actori firmat
Couarr.practicarum quæſtionum, c.6.nu.6.verſ.
qua in re oportet Cæphal.conſil. 127. circa fin.in
primo,Cæphal.conſ.714.nu.15.16.17.in 5.vſque
ad num.26.& ſequen.

24 Vnde arguitur, quòd † quando filius petit re-
ſcindi tranſactionem eum patre initam:quæ præ-
ſumptio eſt contra eum, ad tranſactionis validi-
tatem,& ſauorem,non poteſt in iſto iudicio pete
re ſumptus, & expenſas, pendente lite. Cęphal.
conſi.714.nu.18. & ſequ. allegat text.in l.quam-
uis,C.de tranſac.& Peruſ.deciſ.18.nu. 38. vſque
ad finem vide Rebuff.de ſeotẽtijs prouiſional. in
pręfat. num. 122.

25 Idem dicitur † ſi prætenditur reſcindere dona-
tionem à matre factam cum pro ea, & eius vali-
ditate præſumatur iuxta legem quotiens de reb.
dub.Cęphal.dicto conſi.714.nu.22.in 5.

26 Item dicendum † eſt, quando filius, vel is, qui
petit hæreditatem eam vendidit, vel ei renun-
ciauit, licèt dicat renunciationem non valere, &
petat reſciſſionem, non debent ei litis ſumptus
ſubminiſtrari,ita Duenas in reg.365.num.4.in 4.
fallentia poſt Ioannẽ Gallum dicentem ita Pariſ.
tuiſſe iudicatum qoæſtione 122.incip. primo fuit
dictum contra vxorem ſequitur Petrus Rebuff.in
tract.de ſententijs artic.1.glo.2.nu.26.& latè per
Duen.ibi ſuprà.

Et ideo ſecundum Ioannem Philippum Portiũ
in conſi. 160.nu. 7.& ſeq. per totum determina-
27 tur in cauſa, † vbi vxor de adulterio proſecuta
primam ſententiam contra ſe reportaſſet,ex quo
non habet præſumptionem pro ſe, imò contra ſe,
etiam ſi à ſententia fuiſſet appellatum, & pẽdeat
appellatio, quia præſumitur pro ſententia appel-
lata, non debent ſubminiſtrari expenſæ.

Et ideo ſecundum Gabrielem cõſ.25. non de-
28 bere decerni expenſas,occaſione † litis, quam mo
uit quis tanquam filius,ſi ſpurius ſtante teſtamen
to per patrem facto, nihil iuris competere poſſit
ſuper bonis paternis.Gabriel conſ.25.nu.8.9.10.
11.12.in primo,vbi diſtinguit concordando opi-
nionem contrariam.

29 Et idem in pupillo litigante cum tutore peten
do rationem adminiſtratæ tutelę,vt tutorem non
teneatur ſubminiſtrare expenſas in lite,l.Impera
tores,ubi Bald. Alber. Fulgoſ. & Odoffred.ff.de
tutel. & ratio. diſtrah. Cæphal. dicto conſil.714.
numero 12.

Et in prædictis caſibus, quomodo ſit ſuccurrẽ
30 dum litiganti pauperi, † vbi litigans non iuua-
tur ſupradicta iuris præſumptione, & non te-
netur eius aduerſarius ei expenſas ſubminiſtrare
in regno,in aliquibus ciuitatibus ipſius, prout Pa
normi eſt cõſtitutus procurator pauperum ab v-
nitate,& aduocatus, & procurator pauperum in
magna Curia,& in aliis ſupremis tribunalibus re
gni,& per ſuam Catholicam Maieſtatem ſunt cõ
ſtituti procuratores pauperum, & aduocati pau-
perum cum ſalario a Rege, de iure autem com-
muni,ſecundum Cæphalum in conſi.714.nu.23.
24.in quinto,determinatur, quod pauperi debet
a publico ſuccurri,iuxta legem primam, §. ait p̃-
tor,ff.de poſtul.l.magis puto,§.itemque ſi inops,
ff. de rebus eorum, cum alijs per Boer.relatis in
31 deciſione 325. num.1.† quæ iura intelligit in hoc
caſu, quando pauperi litiganti non eſt ſuccurren
dum ab aduerſario, ut quia illi nulla aſſiſtit iuris
præſumptio,tunc illi de publico, uel aliter eſt p̃-
ſpiciendum,ut ait Boer.vbi ſupra, & ait Guid.Pa
32 pa quæſt.561.nume.2.† quod credit miſerabili,q.
non habet unde litigare poſſit prouideri, per Cu
riã dicto aduocato,& procuratore, qui gratis pa-
trocinentur,alioquin domini de parlamento, uel
alius iudex inferior, coram quo fit iudiciũ de ſuo
proprio proſpicere dẽt,ne iuſtitia pereat,vt ibi la
tè per eũ,ubi in additione Aufrerij in uerbo dẽr,
dicitur ſumptus iſtos fore faciendos de publico,
niſi aduocatus exiſtat in hoc de publico ſtipen-
diatus per ea,quæ habentur in Authen. de iudici
bus,§.ne autem, & ibi gloſ. prima latè, ponit Af-
flic.in conſtitutione l.pręſenti,num.6.7.8.9.vide
Boer.deciſio. 325.

33 Et prædictam concluſionem, quod † pauperi
actori, & litiganti cum conuento diuite debeant
ei actori ſubminiſtrari expenſæ ponunt aliqui Do
ctores generaliter,& ſimpliciter tenent, non da-
to ali-

to aliquo caſu particulari, prout Neuizan. conſi.
44.num.14.Crauet.conſ.164. num. . . . in primo
Couarr. practicarum quæſtionum,c.6. nu.5.& 6.
verſic. ego vero.
34 Et maxime hoc † etiam procedit in paupere li
tigante de bonis,quæ ei ablata fuerunt,& quæ p-
ſumebantur ipſius eſſe propria.item quæ ipſe poſ
ſidebat, ipſiſque priuata anthoritate fuerat ſpo-
liatus,& denique ipſi reſtituerentur, ſi fideiuſſo-
res dediſſet.Couarr.practicarum quæſ. c.6.nu.5.
verſic. unde apparet.
35 Sed non eſt quærendum,an præſumptio † ſit p
eo in ſecunda inſtantia,quoniam quando eſt ſen-
tentia lata in eius fauorem,a qua fuit appellatum
per partem diuitem,quia eo caſu, clara eſt cõclu
ſio.nam inter alias præſumptiones pro ipſo eſt,ſi
fuit lata ſententia, in eius fauorem ſequitur Pala-
tios Rubeos in repet. dicti capituli per veſtras,§.
39.num.2.ver.ex qua lege allegat Speculatorem
in titu.de inquiſitione,§.fin.verſi. porro,cum in-
quiritur,& Hoſtien.in Summa, titu.de accuſat.§.
1.penul.colum.verſi. ideoque regulari,& ſentire
dicit Bald.l.fin.C.ordine cognat.ſequi Franciſcũ
Aretinum,in §.ſi quis teſtium,3.colum.uerſic.2.
concluſ.de teſtibus,& ideo Bar. Alexand.Angel.
Caſtrenſ.Fulgoſ.& alij,in l.ſi inſtituta,§.de inoffi
36 cioſo,poſt gloſ.ibi dicunt, † quod ut ille actor ſit
filius,vel nepos.& ſic pauper, debet alimenta ha
bere, ſi primam ſententiam pro ſe obtinuerit ad-
uerſus reum,prout refert Ioſeph.Ludouicus deci
ſio.49.num.2.Couarr. practicarum quæſtionum,
c.6.num.5.ver.conſtat ſanè Cæphal. in conſ.714.
nu.14.& num.28.in 5.Marcus deciſ.364.nu.1.in
2.Portius conſ.160. nu.4.5.6.

Et ideo dicit Palatios Rubeos in loco prælle-
gato,num.3. infert, quod ſi quis habet ſentẽtiam
pro ſe in cauſa alimentorum,a qua appellatur,ap
pellans interim dabit expenſas appellato,ſecun-
dum Baldum,in l.1.
37 Sed eſt † aduertendum,quod vſu receptum eſt
praxi,quod in caſibus,in quibus pauper poteſt a-
gere aduerſus aduerſariũ,ut ſibi huiuſmodi ſum-
ptus litis ſubminiſtret, præſtet cautionem ido-
neam de reſtituendis alimentis, & expenſis ſi in
cauſa ſuccubuerit. Cæphal.conſil.614. nume.26.
27.28.in 5.allegat Couarru. practicarum quæſtio
num, c.6. num.7.qui ait dandam eſſe cautionem
idoneam,de reſtituendis his alimentis, & expen
ſis,ſi actor ipſe in cauſa ſuccubuerit, aut accepto
ferẽdis,ubi is uictoriam obtinuerit, quod poterit
deduci ex lege,cum autem,§.cũ redhibetur man
cipium ibi, quod tardius honorem ei reſtituit,ff.
38 de ædil. edict. vbi probatur † emptorem debere
omnino venditori reſtituere,ſi redhibitoria ege-
rit,non tantum fructus,ſed & ſi quid a venditore
conſecutus eſt, ex eo, quod hominem venditum
tardius tradiderit.deinde ratio dictat,hoc ipſum
agendum eſſe,uel ex eo,quod pauperes non inui
tentur ad temerè,& incaute agendum in iudicio:
vt interim dum lis finitur,obtineant expenſas,&
alimenta.quę poſtea minimè ſunt pro inopia red
dituri,ſi cõtingerit eos calumnia litigaſſe,& ideo
vinci,quia ius eis defecerit.

Et licet ex contrario Maſuerius in pract.tit.de
39 poſſeſſorio,num.27.aſſerit † nõ dandam eſſe cau
tionẽ hanc,nec actorem hunc, quã ex ha cauſa a
reo habuerit,vel acceperit, & eãdem opinionem
conetur probare Boer. deciſio. 324. colum.2. ex
text.in l.1.§.intereſſe, ff. ſi mulier ventr. nomi.in
poſſeſſ.miſſa,calumniæ cauſa dicatur,quo in loco
40 apparet † mulierem ventris nomine in poſſeſſio-
nem miſſam,& demum victam non teneri ad re-
ſtitutionem alimentorum,quæ ventris nomine p-
ceperit, niſi per calumniam in poſſeſſionem vene
rit,alij vero loci,qui ad hoc adducuntur,mihi ad-
modum abeſſe uidentur ab huius opinionis pro-
batione,quinimo ex tex.in d.§.intereſſe ſpeciale,
41 quod ſtatuit in fauorem ventris,cum ſatius ſit ali
non alendum, quam fame necare alendum,cum
quidem quod omnino bona, & alimenta habitu-
rus foret,ſi uero in ventre conceptus eſſet,naſce-
retur,vt inquit Accurſius ibi auth.tex. in l.1.§.ſed
ſi certam,ff.de ventr. in poſſeſſo. mitten.l.vlt.C.
de Carbonia.edict.vbi glo. adducit,& not.tex.in
d.§.intereſſe, iccirco priorem opinionem cenſeo
verè veriorem eſſe, nec vnquam vidi contrarium
admitti,quam data idonea cautione,de eis reſti-
tuendis, ſi fortè actor ſuccubuerit in cauſa,& re-
mitti curatoris cautioni dicit Rebuff. de ſenten-
tijs prouiſional. tomo primo, articulo 1.gloſ.2.
numero 22.

Et hac opinio Couarru. ſeruatur in practica in
44 regno,† quia cum conceditur alieni pauperi liti-
ganti, & actori a conuento diuite ſubminiſtratio
expenſarum litis, quæ vulgariter per curiales in
ſuis petitionibus pecuniola appellatur, & ita vo-
cat Petrus de Gregorio,prout infra, & Galli vo-
cant prouiſionem, prout Maſuerius, Aufrerius,
Franciſcus, Marcus in locis præallegatis, & Re-
buff.de ſentent.prouiſ.in præfat.nume. 27.29.&
ſequ.ſolet iudex interloqui, concedatur,pro mo-
do ad vncias tot,præſtito prius de reſtituendo in
caſu ſuccumbentiæ, & de compenſando in ca-
ſu victoriæ.
45 Hanc practicam ponit etiam † Petrus de Gre-
gorio in ſuo tractatu de iudiciis cauſarum feuda-
lium,quæſt.ſua vigeſima ſecunda, vbi ſub infra-
ſcriptis verbis ponit hanc quæſtionem, dicendo
nũquid pendente lite cauſæ feudalis poſſit actor
petere ſibi dari,ſeu concedi pecuniolam a conuẽ
to ſuper fructibus feudi petiti pro ſubminiſtran-
dis ſumptibus litis,ſubdit ipſe ad hoc breuiter re
ſpondeo, quod ſic, concurrentibus duobus copula-
tiuè ſcilicet, iure agendi radicato in perſonam a-
gentis fundamento ſuæ intentionis,& pauperta-
te ipſius ita,vt non habeat aliunde, vnde poſſit ta
les litis ſumptus ſubminiſtrare, & de iure ſuo ſa-
tis conſtare debet per inueſtituram,productionẽ
teſtium,vel alia documẽta, de paupertate. verũ,
46 & ſatis † de hoc articulo incidenti, vel emergen-
ti a tota cauſa conſtare poterit producendo per
viam informationum iuxta formam ritus, & veri
ficata poſſeſſione feudi petiti in perſonam conuẽ
ti,& quantitate fructuum, qui percipiuntur ex il-
lo,& ita concedi ſolet pecuniola ipſi actori, arbi-
trio magnæ Regiæ Curiæ pro ſubminiſtrandis
ſumptibus litis, præſtito tamẽ per eundem in ca
ſu ſuccumbentiæ ipſi conuento, caſu, quo actor
ſuccu-

ſuccubuerit in iudicio principali, & ſi actor obti-
net compenſabit pro quantitate cōcurrente cum
47 fructib. feudi petiti, & eodem † modo dicta ſum
ma erogata poterit eadem pecunia facto prius di
ſtributiuo, prius pecuniolæ conceſſę iterum, & de
nouo ſub eadem forma, & fideiuſſione cōcedi, &
ita ſeruamus in regno, quod ex ea originē habuit,
quod notat Panorm. Aret. & alij in ca. ex parte, lo
vltimo, de accuſat. & Albe. in l. fi. C. de ord. cogn.
Bal. Ang. & Pau. de Caſt. in l. ſi inſtituta, §. de inof
ficioſo, ff. de inofficioſo teſtamento. vbi plus di-
48 cunt, † quod non ſolum hæc pecuniola poteſt con
cedi in iudicio principali, ſed etiam in iudicio ap
pellationis, pendente lite, & tunc ſatis dicitur cō
ſtare de iure agentis, ſtatim vt actor obtinuit pri-
mam ſentētiam diffinitiuam in ſui ſauorem in iu-
dicio principali, licet illa ſuſpenſa fuerit per ap-
pellationē, vt ibi per eos, de quo uide etiam per
Afflict. in conſtitutione Comitibus, in quinta con
cluſio. uerſicu. 10. quæro, & in deciſio. 10. incipit
49 vxor. aduerte tamen unum, † quod pecuniola con
cedi debet ex fructibus, ſeu redditibus feudi peti
ti, quoniam ex tali feudo fructus renaſcuntur; ſe-
cus autem eſſet, quando ex tali feudo pendente li
te nulli fructus renaſcerentur, quia nō tenetur eo
caſu dictum pecuniolam præſtare de ſuo, ſuper
quo tamen cogita, hæc ſunt dicta Petri de Grego
rio, quæ hic ideo tranſcribere volui, quia nō repe
ritur hodie impreſſus.

Sed opinio Maſuerij, & Boerij poteſt compro-
bari ex authoritate Franciſci Mauritij ita firman
tis in deciſione 354. in fi. in 2. eādem opinionem
tenet Guglielmus de Ludo, ſing. 139. inter ſing.
50 omnium Doctorum, vbi diſtinguit, quod † quādo
alimenta pręſtentur officio iudicis, tunc ſtatim p̄-
ſtantur, & nō tenetur cauere in caſu, quo apparet
ipſum non habere ius: ſecus autem, quādo petun
tur iure actionis, ſed in regno præſtatur fideiuſ-
ſio, prout firmat ſupra Petrus de Gregorio cuius
opinio in regno eſt uſu recepta.

Et etiam habes ex Petro de Gregorio præalle-
51 gato, † quāta debeat eſſe hæc pecuniola, quod re
mittitur arbitrio iudicis, item iudex ſolet arbitra
ri in regno, an tota aſſignetur primæ petitioni, an
pars reſeruando facultatem petendi aliam ſum-
mam oſtenſo iudici de expēſione, & diſtributio-
ne ſummæ primo loco conceſſæ, & quod remittat
arbitrio iudicis firmat Rebuff. de ſentent. proui-
ſional. in præfatio. num. 40. licet num. 26. aliter di
cat ſenſiſſe Maſuerium, & Aufrerium.

52 Et etiam habes † ex Petro de Gregorio, quomo
do in regno procedatur, quia in iſtis iudicijs non
ſolet adhiberi plena cauſę cognitio, ſed ſufficit ſe
miplena, & ſecundum Rebuffum, vbi ſupra num.
33. 34. poteſt procedi die dominico, vel feſto,
quando vterque citatus, eo die comparet, & non
reclamat.

Quicquid dicat Portius in præallegato conſil.
160. in caſu ſuo, & Gabriel in d. conſil. 25.

53 Qui ſit iudex † in cauſa iſta dicas, ſecūdum Re
buffum, in dicto tractatu de ſent. prouiſionalib. in
præfatione, nume. 31. quod coram illis iudicibus,
ad quos materię principalis cognitio ſpectat, erit
iudex: quia regulariter ille poteſt de acceſſorijs
cognoſcere, qui de principali.

54 Et ſententia, ſiue † interlocutoria lata in cauſæ
pecuniolæ eſt talis naturæ, cum non recipiat dila
tionem earū pecuniarum ſatisfactio, vt ab ea ap-
pellari non poſſit, ex tex. in l. fi. ff. de appell. recip.
vel non firmat Rebuff. de ſententijs prouiſional.
in præfatione, num. 142. & num. 16. & artic. 1. gloſ.
2. numero 34.

55 Et quomodo † in executione ſententiæ prædi-
ctæ in cauſa pecuniolæ, ſeu ſubminiſtrationis ex-
penſarum conuento diuite, & condemnato no-
lente ſoluere ſit procedendum, ponit late Boer.
deciſione 326.

56 Et in hac † pecuniolæ exactione nō datur quin
dena, ſecūdum Ferdinandum Boniornum, ſuper
ritu, c. 112. in uerbo, infra quindena.

57 Paupertas † autem in cauſa petitionis huius pe
cuniolę, quomodo debeat probari dicas, ſecundū
Menochum, de arb. lib. 6. cent. 2. caſu 183. nu. 24.
25. 26. non attendi, quod bona habeat, & prædia
ſi ex eis redditus non percipiuntur tales, ex
quibus deductis alimonijs expenſas ex fructibus
& redditibus ſubminiſtrare non poſſet, licèt prę-
dia ſint magni valoris, quia non tenetur uendere
proprietatem pro ſubminiſtrandis expenſis litis,
prout in ſimili in ceſſione bonorum Bart. in l. qui
bonis, ff. de ceſſio. bonorum firmat, quē ſequitur
Menoch. ibid. ubi ſupra, & ſecundum prædictam
doctr. aliàs fuit in cauſa illius de Maroli, cum illa
de Trimolijs, & Balſamo determinatum per ma-
gnam Regiam Curiam.

58 Et ſtantibus ſupradictis allegationibus, † oppo
ſitionibus, & concluſionibus fuit determinatum
per me iudicem magnæ Regiæ Curiæ, cui fuit cō
miſſum negotium per proregem, quod concede-
ret pecuniola dictæ de Garocza ad uncias uigin-
tiquinque, præſtito prius de reſtituendo in caſu
ſuccumbentiæ, & de compenſando in caſu uicto-
riæ, etiam fuit deciſum idem in caſu illius de Tri
molijs, & Balſamo cum illo de Maroli Baronæ Fo
reſtæ, & eodem modo in ſummā vnciarum centū
fuit conceſſa pecuniola pro alimentis, & expēſis
litis inter fratres de Bolina, in cauſa, in qua unus
ex fratribus petebat ab altero portionem hæredi
tariam ex ſucceſſione patris ſibi competētem, &
computum adminiſtratæ tutelæ per fratrem con-
uentum, qui poſſidebat omnia bona hæreditaria
eorum patris.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
2 *Poſteriores leges a prioribus recipiunt declaratio-
nem.*
3 *Societas contracta ſimpliciter non reſeruando aliqua
bona dicitur contracta pro omnibus bonis.*
4 *Societas omnium bonorum comprahēdit omnia, quæ
excogitari poßunt tam, quod ſit expreßè contracta
quam tacitè.*
Etiam quæ ex donatione acquiruntur, num. 32. 33.
4 *Donata res comprahenditur in ſocietate.*
5 *Etiam, quod bona proueniant ab eo cui omnino eſſet
ſucceſſurus.*
6 *Amplia, quod bona prouenientia non ex quæſtua-
rys,*

viis, quam non quaſtuariis.

7 *Societas contracta, vbi eſt tacita, quod ueniunt quaſtuaria, tantum eſt erroneum. nu. 37.*

8 *Verbum acquiſitis in ſtatuto diſponente de ſocietate cōformi diſpoſitioni iuris communis, & intelligitur de bonis quaſitis ex induſtria, & ſolertia perſonæ, nu. 9. 13. 14. 38.*

10 *Acqueſtus non dicitur quaſita aliunde, quam ex induſtria, num. 36.*

11 *Amplia, etiam ſi ſit dictum ex queſtis, & lucris, quia ea, quæ ex induſtria deſcendunt, intelliguntur.*

12 *Societate contracta ſimpliciter non veniunt, niſi quaſtus, num. 33. 34.*

15 *Communicanda, quæ ſint inter virum, & uxorem, et diſtingue ex Caſſaneo, nu. 16. 18.*

27 *Donatio an dicatur quaſita ex induſtria, uel quaſtus, nume. 23. 26. 27. 28.*

19 *De poſſeſſione ſi conſtat debet poſſeſſor manuteneri.*

20 *Dominium, & poſſeſſio eſt penes uirum conſtante matrimonio bonorum, quæ communicantur inter uirum, & uxorem.*

21 *Imo maritus poteſt inſcia uxore alienare.*

22 *Nec uxor eſt domina partis ſibi quaſitæ ex communicatione conſtante matrimonio.*

24 *Quaſtus non dicitur, quod imperatur acquiſiturus ex ſucceſſione, & acquirit ex induſtria, num. 29.*

24 *Idem ſi acquiſiturus erat ex ſententia.*

25 *Si obuentura non erat licet ex donatione acquiratur, dicitur quaſtus.*

26 *Declaratur doctrina Caſſanei, & Ioannis Fabri.*

30 *Bonorum tria genera dari quædam ex neceſſitate; ut ex fideicommiſſo, quædam ex induſtria, ut eſt quaſtus, quædam ex proſpera fortuna, ut in donatione.*

31 *Queſtus non dicitur quæſita ex induſtria, quę alias obuentura erant a contrario ſenſu non procedit argumentum.*

36 *Rationes, quibus moti ſtatuentes ad communicādum bona inter uirum, & uxorem, fuerunt plures.*

40 *Bona quaſita per uxorem conſtante matrimonio prę ſumuntur ex pecunia uiri ad euitandum turpem quaſtum.*

41 *Priuatio prę ſupponit habitum.*

DECISIO XVIII.

Fuerunt exoratæ literæ a magna Regia Curia de manutentione poſſeſſionis ad inſtantiam Franciſci de Mauro certorum bonorum acquiſitorum ex cauſa donationis, & diſpoſitionis parentum, ſeu conſanguineorum Franciſcę de Mauro, & Rocca eius vxore, ſed quia dicta Franciſca vxor ſua per bona ei quæſita, ex liberalitate ſuorum conſanguineorum, ſeu donatione, nullum ius fuiſſe queſitum dicto Franciſco uiro, aſſerit, ob id petijt literas prędictas reuocari, & ipſam tanquam dominam, & poſſeditricem ex titulo prædictæ donationis manuteneri debere, pro poſſeſſione.

IN quo articulo con tingit dubitari, & diſcuti de intelligentia capituli conſuetudinis ciuitatis Cathaniæ, ſub rubr. qualiter poſſit teſtari, vbi capitulum illud diſponit communicationem fieri inter virum, & vxorē de acquiſitis per eos, vel alterum ipſorum, ſuper quo capitulo ſe fundādo Franciſcus vir dicebat, quod inter virum, & vxorem dicebatur contractam fuiſſe ſocietatem om-
1 nium bonorum, quia indefinita † æquipollet vniuerſali allegando Doctores in rubr. ff. de acquirē. hæred. coadiuuando per aliud ſtatutum eiuſdem vrbis præcedens, ſub titulo de confuſione bonorum, rubr. 4. ubi diſponitur, quod bona omnia ex quacunque parte veniant, natis filijs confunduntur, & vnum corpus efficitur, vt poſtquam hoc capitulum, ſuper quo diſcutitur, ſub rubr. prædicta, in rubr. 17. & poſt prædictum a præcedenti ſumit
2 declarationem, cum poſteriores † leges a prioribus ſæpe, & ſæpius declarentur, l. ſed & poſteriores, ff. de legib. & in terminis confuſionis bonorū allegabatur Aloyſius de Septimo in repet. capituli volentes, verſic. quartus ſit effectus, allegando gloſam in conſtitutione licentiam.

Dicebatur etiam, quod cum ipſum ſtatutum
3 de communicatione, & ſocietate diſponat † non reſeruando, nec excipiendo aliqua bona, intelligatur omnium bonorum ſocietas contracta, allegando Nattam conſil. 100. & 264. numero 20. Cæphal. conſil. 540. in tertio.
4 Si ergo, & ſocietas † omnium bonorum intelligetur compræhendi, ſub ea ſtatuti diſpoſitione, compræhendit etiam omnia, quę excogitari poſſunt, quamuis ſocietas non ſit expreſſa, ſed tacita Roland. a Vall. conſi. 54. num. 51. in 3. & in pūcto, quod ſit communicanda donatio, aiebat dicere Crauettam conſil. 26. & Nattam dicto conſi. 100. num. 5. Maſcardus de probationibus, concluſ. 32. volum. primo, & de communi, Rolandus a Valle, conſi. 91. num. 75. in primo, & Decian. conſ. 85. nume. 5. in 2. Menoch. conſil. 12. nume. 18. in primo
5 quamuis † delata eſſent bona ab illo, cui erat omnino ab inteſtato ſucceſſurus, ex communi reſpōdere aiebat Ioſeph Ludouicum, titulo de ſocietate, tomo tertio, communium opinionum, ſol. 551.
6 & ob id dicebat omnia uenire † in communionē, tam prouenientia, & ex actibus quæſtuarijs queſita, quàm ex non quæſtuarijs, ex Simone de Pretis conſi. 24. num. 10. in primo, & iure merito dixiſſe Ruynum conſi. 121. in 5. & conſil. 104. in primo,
7 erroneum eſſe dicere, † quòd ſit ſocietas omnium bonorum tacitè cōtracta, & quod tantum veniāt quæſtuaria, videtur in hoc enim repugnātia ſubdendo contrarium tenere eſſet loqui contra mentem omnium Doctorum Rubeus Alexand. conſil. 87. per totum de communi Rolan. a Valle, conſil. 91. num. 28. 29. in princ.

Sed ex parte Franciſcæ vxoris inſiſtendo in intelligētiam dicti ſtatuti arguebatur ex illo ver
8 bo in dicto ſtatuto adiecto (acquiſitis,) & † ſi ex natura ſocietatis eſt cōmunicari inter ſocios acquſita eſt conformis diſpoſitioni iuris communis, l.
9 ſocietas, ff. pro ſocio, nam verbum † acqueſtus, ſeu conqueſtus, ſeu quæſtus intelligitur, quod eſt de induſtria, & ſolertia perſonæ, tex. in l. quæſtus,

& in l.coiri pro ſocio, & ibi doctores omnes Ab
bas conſ.85.in primo Angel.conſ.102.ſuper con
ſuet.Burg.tit.de droiez & appar.& geus mariez
rub.4.§.11.in uerb.racqueſius artic.1. Pyrrus in
conſuetudinibus Aurel.in titulo de Societ. inter
uir.& uxorem c.primo Boer.in conſuet.Bitur.§.2
uerſ.& dicuntur conqueſtus Bal.conſ.103.Abb.s
eodem.Alex.conſ.48.n.5.uolumine.2.Pyrrus cõ
ſilio 49.in allodial.Ioan. Saiſon.in conſ.uet.toto
10 in titulo de con.debiens.aliunde autem, †quam
ex induſtria quæſita conqueſtus nõ dicuntur tex
tus eſt ad literam in terminis noſtris de donatio
ne loquendo in l. nec adiecit.ff. pro Soc. omnes
præallegati doctores, & Idem in terminis dicit
Alex. conſilio 49. nol.2. & Bal.in l.cum oportet.
11 C.de bon.quæ liber. & ideo†non communican-
tur uirtute dictæ conſuetudinis, per quam tan-
tùmodo eſt inducta ſocietas ſuper quæſitis imò
quod plus,& ſi eſſet inducta ſuper quæſitis, & lu
cris tantum,ueniunt communicanda ea, quæ ex
induſtria deſcendunt licet uerbum lucrum,ſit ge
nerale,quia coniunctum uerbo quæſtus,reſtrin-
gitur ad deſcendentia ex induſtria, textus eſt ad
literam in l.& adijciatur.ff.pro Soc.& prouenien
tia aliunde,quam ex induſtria,ut ſunt bona, de
quibus agitur in caſu noſtro, dum non communi
cantur uirtute dictæ conſuetudinis inducentis ſo
cietatem , inter iug. ſuper quæſitis, imò quòd
plus eſt,nec communicarentur, ſi uirtute dictæ
12 conſuetudinis talis Societas†adijceretur ſimpli
citer tex. eſt in lege coire.ff.pro Soc. ad literam
& in terminis fortioribus decidit caſum noſtrum
Io:Saiſon in dicta conſuetudine turo.dum ait ſe-
cundum illam conſuetudinem,quod cum per il-
lam conſuetudinem non ſit contracta ſocietas bo
norum unde cunque prouenientium, expreſſe
non ueniunt, niſi quæſtus, ergo multo minus in
caſu noſtræ conſuetudinis,per quam Societas in
inducitur expreſſe,& ſpecialiter ſuper quæſitis,
& ibi Societas poteſt dici contracta ſimpliciter,
quod eſt plus, & ſequendo determinat in caſu
ſuo non uenire in communionem bona ex dona
tione quæſita,& hoc clarius dicit Abbas conſilio
13 65.ubi ultra,quod † dicit quæſtus dici,quod ex
ſolertia, & induſtria perſonæ prouenit expreſſe
determinat obuenientia ex legato, hæreditate,
vel donatione,non dici quæſtus,ſed ex proſpera
quadam fortuna acquiri.

Ex parte Franciſci aduerſus prædicta, quod
ſtatutum ipſum comprehendit etiam prædicta
bona donata Franciſcæ uxori allegabatur doctri
na Caſſanei in conſuet. Burgu. fol.538. In titulo
de droiez & appara gens manez.§.21.Intex. ibi
& acqueſtz.uolens examinare,quid veniat appel
14 latione†conquæſtus,dicit omnia, quæ acquirun
tur ex opera,ſolertia,& induſtria tam per uirum,
quam per uxorem conſtante matrimonio ex le-
ge quæſtus.ff.pro Soc.poſt Abb.in conſilio 65.in
cipit:facti contingentia uol.1.

Adducendo etiam eiuſdem Caſſanei quæſtio-
15 nem,2.diſtinctionem,an † donatio facta marito
per aliquem ſit inter uirum & uxorem communi
canda,& an poſſit dici acquiſitio,dicit,quòd pro
reſolutione eſt diſtinguendum, quod quando
marito,vel uxori competerent aliqua bona,& il-
li eſſent relicta,uel ex donatione,vel ex legato,&
tunc illa bona non ſunt inter uirum, & vxorem
communicanda quia maritus,vel uxor certe ſcie
bat ad eum talia bona pertinere, & eſſe obuen-
tura.

16 Sed ſi talia bona † ad eum non pertinebant,
nec ſperabat,ſed fuiſſent ab aliquo relicta per le
gatum, aut per donationem, ſiue per teſtamen-
tum tunc & eo caſu dicta bona ſunt inter eos cõ-
municanda,idem dixit gloſa prag.Sanc.in titulo
de cõcub.gloſ.in uerbo quæſitus alleg.Fabrum in
proœmio inſtit.in vetbo iuſtitiarius Angel.conſi-
lio 102.& Panor.in conſilio 65.facit etiam tex.&
ibi Bal.in l.coire.ff.pro Socio.

17 Dicebatur etiam, quod ex † induſtria dicitur
acquiſita donatio ex eo,quòd induſtria etiam di
citur acquiſitum,quod ex diſpoſitione hominis,
& legis prouenit ſi tamen illud poterat refutare
ita poſt Bar.dixit Rolan.de lucro dotis quæſt.86.
numero 11.dato ergo,quòd ex aduerſo cogita-
ri poſſit donationem illam factam fuiſſe à perſo
nis,quæ ex legis diſpoſitione relinquebant licet
re uera non ſit, quia tamen factum hominis in-
teruenit nempe merita,& donationem, iam ipſa
Frãciſca poterat refutare.cum ergo acceperit ex
induſtria, & opera ſua, accepit:communicanda
ergo eſt.

18 Et quòd in dubio† donatio eſt facta vni ex So
cijs cauſa ſocietatis facta dicetur,& communica
ri debeat, ex Thobia Nonio conſilio 91.num.10.
& ſic ex ſtatuti forma eſt facienda tripartito lege
quod autem ex furto.ff.pro Socio.

19 Ex quibus concludebatur ex parte uiri†,quod
cùm conſtante matrimonio realiter conſtaret de
poſſeſſione uiri manutenenda ſit in poſſeſſione
ex doctrina Caſſanei dicto §. 2.nume.6. Rodor
20 Suarz.de bon.lucr conſt.matr.num.4.†imò do
minium, & poſſeſſio penes uirum dicitur. Tira-
quel. de tetract. lign.ig. §.32. gloſ. prima nume.
21 100.dicens† quod ius ſit marito acquiſitum in-
ſcia,ideòque inuita,& renitente uxore uendere
22 põt, & in num.102.ſubdit dicens † quod uxor
Conſtante matrimonio non cenſetur domina
partis eorum acqueſtus, ſed tunc demum,cum
ſolutum fuerit matrimonium,ſi ſcilicet maritus
interim aliter non diſpoſuerit, quaſi ipſius uxo-
ris dominium in terea ſit in pendenti,& loquitur
in materia ſtatuti.

Reſpondendo prædictis ex parte Franciſcæ
uxoris dicebatur, quòd diſtinctio , & theorica
Caſſanei non poteſt adaptari ad caſum noſtrum
intelligando illam ſecundum doctores, quos al-
leg.nam Caſſan.intelligi debet in terminis,quan
23 do quis ex induſtria acquirit†bona, quæ poſtea
ex donatione ad eum perueniunt,& determinat
quod alias ei neceſſario obuenta non erant,dici-
tur quæſtus,& quod ita intelligi debet, demon-
ſtratur , nam ipſe mouetur ad ita determinan
dum per doct. primo Io Fabri in proœm. inſtitut.
ſuper uerbo alemanicus ubi ponit quæſt. utrum
24 † imperator acquirens ex induſtria,quod ex ſuc
ceſſione imperij acquiſiturus erat dicatur quæ-
ſtus,& determinat,quòd non ex qua doct. Caſſ.
facit

facit propoſitionem,quod qui acquirit, & alias.
ex neceſſitate eſt acquiſiturus ex ſucceſſione non.
dicitur quæſtus, ex propoſitione uniuerſaliter
ſumpta arg.a contrario ſen'u uult, probare intē-
25 tionem ſuam,quod bona, quæ alias † neceſſario
obuentura non ſunt, ſi ex induſtria acquirantur
licet ex donatione proueniant,quæſtus dicuntur
& ſic ualeat dict. arg. duæ ſunt præſupponendæ
26 acquiſitiones†prima ex induſtria, altera ex ne-
ceſſitate ſecundum caſum Fab. & ſecundum ca-
ſum Caſſ.prima ex induſtria, & alia ex donatio-
ne,legato,&c.& quod hoc ſit uerum,probatur, quia
apud Fabr.& Caſſ.dubium oritur ex ſecunda ac-
quiſitione, vtrum quæſita ex induſtria ſint quæ-
ſtus, ſed dubium eſt, quando acquiruntur bona
alias obuentura,vel alias neceſſario non obuentu
ra,ſed ex donatione:attamen in caſu noſtro nulla
datur acquiſitio bonorum,de quibus agitur ex in
duſtria ipſius Franciſcæ,ſed tantùm obuentio ex
donatione,ergo non facit ad caſum.

Et quatenus pars aduerſa conatur, & certo
27 modo idem Caſſen.dicere uideatur†ex donatio
ne quæſita,quæſtus appellatione contineri abſo-
lute, & ſic bona, de quibus agitur virtute dictæ
conſuetudinis communicari falſo aſſerere aiebat
primò, quia contra legem expreſſam in dicta l.
quæſtus, & leg.nec adiecit.ff. pro Soc.iuris con-
ſul.& Paulum in dict.leg. quæſtus dicere hæc for
28 malia uerba,quæſtus † enim intelligitur, qui ex
opera cuiuſque deſcendit, & Vlpianus ſequen-
do in leg.nec adiecit Sabinũ dicit hæreditatem
vel legatum, vel donationem cauſa mortis, ſiue
non mortis cauſa fortaſſis,hoc ideo, quia non ſi-
ne cauſa obueniunt,ſed ob meritum aliquod ac-
cedat.

Secundò dicebatur, quia nec doct.per ipſum
Caſſaneum hoc dicunt,nam vt dixi ſupra primo
loco alleg. Fab. in proœm inſt. qui tantùm dicit,
pro vt ipſe met Caſſ.refert,quòd ſi quid impera-
29 tor†acquirit ex induſtria, quod alias ex ſucceſ-
ſione imperij eſſet acquiſiturus, non dicitur quæ
ſtus,ex qua concluſione dicti Caſſanei, non po-
teſt cadere ad probandam eius intentionem eſ-
ſet neceſſe dicere contra quæ alias, quam ex ne-
ceſſitate obuentura ſunt,vt ex donatione etiam,
quòd non acquirantur ex induſtria,ſunt quæſtus
quia eſt falſum,& contra legem expreſſam in di-
cta lege nec adiecit, quæ dicit donationem quæ-
ſtus appellatione non contineri,& etiam conſide
30 rando tria†eſſe genera bonorum nobis obueniē
tium,quædam ex fideicommiſſo,quædam ex in-
duſtria,vt quæſtus quædã ex proſpera fortuna,vt
in donatione exemplum ponit Abbas in conſ.65
quæ obmerita dicantur obuenire ſecundum tex.
in dicta l.nec adiecit,quib.præſuppoſitis dicebat
arg. à contrario ſenſu non poſſe ſumi ſecundo,
non bene ſumptum pro intentione partis contra
riæ.

Nam arg. à contrario ſenſu ſumere Angel. &
Fab.non poteſt,vt ſupra præſuppoſuit,uidelicet
31 †quæſita ex induſtria, quæ alias neceſſario obuē
tura erant,non ſunt quæſtus:ergo quæ neceſſario
obuentura non ſunt licet ex induſtria non ſint
quæſita,quæſtus ſunt,quia falſum poteſt eſſe, ut
non ſint neceſſario obuentura nec ex induſtria
quæſita,ſed ex proſpera fortuna, ideo arg.aliter
ſumi debet, quæ alias obuentura non ſunt, ſi ex
induſtria quæſita ſunt,licet alias,ut puta ex dona
tione,& ſic ex proſpera fortuna,quæſtus ſunt, &
aliter ſumptum non eſt bene ſumptum,imo indu
ceret legum correctionem, & tantùm duæ ſpe-
cies bonorum præſupponendæ eſſent, licet ex
induſtria,& ex neceſſitate acquiſita,& omitten-
da v3:ſi ex proſpera fortuna obuenientia, quod
eſt falſum.

Secundo loco aduerſus alleg.Angel.conſ.112
dicebatur, quod nedum non probat intentionē
Caſſen.imo oppoſitum determinat,nam dicit,
32 quod in ſocietate†non ſimpliciter, ſed uniuerſo
rum bonorum contracta ueniunt ex quæſtu quæ-
ſita in tali ſocietate omnium bonorum, & ſic cla-
re tenet,quod ex donatione,vel contractu aliun-
de dicuntur quæſita,quàm ex quæſtu, ſed ſecun-
dum conſuetudinem noſtram ſocietas, nedum
non eſt omnium bonorum,ſobole non ſuſcepta,
ſeu ſimpliciter contracta, imo expreſſe ſuper
quæſitis.tamen contra, quæ ex donatione obue-
niunt,cùm aliunde,quàm ex quæſtu ueniant, nō
ſunt communicanda:unde quomodo allegari po
teſt pro intentione Caſſanei?

Tertio alleg.Bal.in leg. coiri, qui ibi dicit lo-
33 quendo in Societate† ſimpliciter contracta tan-
tum communicari, quæ ad negotiationem ſpe-
ctant,& non ad alia,puta donationes, & legata,
& ſic contra intentionem Caſſan. tanto magis in
terminis noſtræ conſuetudinis, quæ nedum non
inducit ſocietatem ſimpliciter, imo expreſſe,&
ſpecialiter ſuper quæſitis tantùm.

Quarto,& ultimo alleg.Abbas dicto conſ.65.
34 qui ſimpliciter loquendo†de ſocietate inter fra-
tres, poſt mortem patris tacite contractam non
ueniunt niſi negotiationum lucra, & non exten-
ditur ſocietas ad alia bona,aliter quæſita, vt ex
donatione emptione legatis &c. & ſubdit po-
ſtea declarando,qui eſt quæſtus,& dicit,quod eſt
qui ex induſtria acquiritur, non autem donatio-
nes &c.

Ex quibus concludebatur tripliciter contrahi
35 †poſſe ſocietatem,vt puta omnium bonorum,&
eſt inducta per capitulum Conſuet. uiri, & vxo-
ris,natis filijs, prout etiam eſt conſuetudo vni-
uerſalis regni,ſecundo certæ rei,vt eſt in caſu no
ſtro,ſobole non ſuſcepta, ſuper quæſtu tantum
tertio ſimpliciter, quæ non fuit in conſideratio-
ne habita à ſtatuēte. in prima ueniunt omnia bo
na communicanda à quacunque parte procedāt
ita dicit conſuet.in verbo quęſtus tantum eſt, cũ
36 appellatione † quæſtus quæſita tamen ex indu-
ſtria veniunt,non communicentur bona ex dona
tione quæſita,vt dicit tex.in dicta lege,nec adie-
cit.in tertio uidetur,quod veniunt communican
da nedum quæſtus, verùm & alia, quæ ex pro-
ſpera fortuna obueniunt, ſi aliter ex neceſſitate
obuentura non eſſent,ſecundum Caſſ.vbi ſupra,
& Rolan.à vall.in tract.de lucr. dot. quæſt. fin.&
conſi.91.nume.28.

Et licet ſupradictis uidebatur reſponderi ex
aduerſo dum dicebat Alex.in cõſ.30.in 2.vol.&

conſ.

conſil. 154.eodem,eſſe communiter reprobatum
37 ex eo, quòd dicit in ſocietatem tacitam † uenire
tantum quæſtuaria.Ioſeph Ludouicus dicto titu-
lo de ſoc.fol.556.Tomo tertio , com. opin. & A-
lex.referendo non bene locutum dicit Deci.con
ſil.148. ſed vt ſoluetur, poſſet intelligi quod lo-
quatur de ſocietate ex certis actibus limitatis cō
ſtituta,vt ex tali negotiatione,& mercimonia. ca
ſus autem noſter longe eſt diuerſus , quando qui
dem ſtatutum poſtquam dixit de bonis mobili-
bus, & ſtabilibus , de acquiſitis indefinite loquĩt
nec minus de una acquiſitione, quàm de alia, &
ita intelligendo Alex.dixit Natta in apoſtill. ad
eundem Alex conſil. 154.uol.ſecundo.
38 Tamen Alexan. † doctrina tam in præallegatis
conſilijs,quàm in alijs ſupra allegatis in termi-
nis noſtræ quęſitionis recte procedunt,quicquid
dicat Decius,& Natta præallegati,nam ex diſtin
ctione ſuprà poſita non ſumus ſtantibus verbis
ſtatuti,nec in ſocietate certæ bonorum qualitatis
aut ſaltem de ſocietate ſimpliciter contracta,pro
vt in terminis noſtri ſtatuti ponderant præallega
ti doctores verbum acquiſitis,quæſtus , vel con-
quæſtus, reſtringunt ad acquiſita ex induſtria,
vel ex quæſtu,vel ex opera , prout dicit tex. in l.
coiri.ff.pro Soc.& in terminis dicti ſtatuti firmat
late ita limitando,& intelligendo Ioannes lopes
in tract.de lucris mariti,& uxoris capit.9.alias.§.
65. in repet. rubr. & capit. per ueſtras de donat.
inter uir,& vxor nume.63. & ſequen.

Nec etiam procedit ab identitate rationis cū
dicitur bona unde cunque,& ex quacūque cauſa
acquiſita ſub hoc ſtatuto comprehendi,nam duę
39 aſſignari poſſunt rationes , †quod ſtatutum vo-
luit viro ut remaneant duæ tertiæ , & unam vxor
conſequatur,prima,vt mulieres facilius maritos
inueniāt,ſecūda eſt, quia maritus ſuſtinet onera
matrimonij in ſimili ſtatu dixit deciſ.Pedam.20.
20.num.5. hæ enim rationes cùm reſpiciant ver
bum(acquiſitis)non magis comprehændere de-
bent acquiſita ex vna cauſa, quàm ex alia,arg.le
ge iam iure hoc.ff.de vulg.& pupill.

Quando quidem ſupradicta non militant in
terminis noſtris maxime ex pōderatione ſtatuti
dum dicitur,quod ex mente expreſſa ſtatuentis
apparet non induci ſocietas, niſi ſuper quæſitis
ex induſtria Iug.ex illis verbis,dum facit diuiſio
nem lucri,datur una tertia quæſitorum vxori re-
40 māſuris duabus tertijs pro viro,nam de iure†cō
muni quicquid acquirit vxor , ex præſum ptione
leg.quintus.ff.de donat.inter vir.& vxor.propter
turpem quæſtum euitandum præſumitur acqui-
rere de bonis uiri,& ſic quod ſint viri ipſius,& id
eo præſupponendo dominium bonorum acquiſi
torum penes virum , vſus fuit ſtatuens illis ver-
bis vna tertia debeatur uxori,duabus tertijs pro
41 viro remanſuris,quia priuatio†præſupponit ha-
bitum leg.decem.ff.de uerb.oblig.ſed quia doct.
in ſupradicta lege Quintus , dicunt quod dicta
præſumptio eſt uera , niſi mulier ſit induſtrioſa
& de permiſſu viri laboret, quia tunc ſibi, & non
viro acquirit,ideo ſtatuens, tanquam iuris peri-
tus volens dirimere lites , quæ de iure communi
poterant oriri,fecit ſtatutum Inducens ſocieta-
tem ſuper dictis bonis quæſitis præſumens vi-
rum magis induſtrioſum uxore,& vxorem minus
induſtrioſam uiro , determinauit de quæſitis , &
ſic ex induſtria iugalium duas tertias eſſe uiri ,
unam autem uxoris,& ſi aliter ſtatutum uelimus
intelligere de bonis, ſine induſtria quæſitis , ex
proſpera fortuna,vir & vxori iudicarentur ad im
paria,vt de quæſitis per uxorem ex proſpera for
tuna duas partes conſequatur uir , & unam uxor
& ſimiliter de quæſitis per uirum duas partes
idem uir cōſequatur,& unam uxor,cum in ſocie-
tate proſpera fortuna debeat ita conſiderari in ui
ro ſicut in uxore ne ſocietas ſit leonina . Nec eſt
ponere os in cœlum , dicere quod magis uxori ,
quàm uiro poſſet acquiri proſpera fortuna, ſed
quia ſtatuentis mens fuit ſocietatem inducere ex
quæſitis ex induſtria,ideo minorem partem de-
dit uxori præſupponendo eam minus induſtrio-
ſam,& maiorem uiro præſupponendo virum ma
gis induſtrioſum, quæ ratio non poteſt adaptari
ad bona quæſita ex proſpera fortuna , & mens le
gis eſt attendenda , non ſolùm uerba, quæ idem
dictant,ut in caſu noſtro,ſed quando ſunt ambi-
gua per tex.leg.in Ambigua.ff.deleg.

Quamobrem magna Curia decreuit, quod literæ reuocentur , & uxor in poſſeſſione manu teneretur.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur omnia bona ſua pro reſtitutione dotiū nurus obligare.*
2 *Pater ſimpliciter interueniendo in contractu matrimoniali filii nubentis dicitur ſe obligare ad reſtitutionem dotium.nume.3.4.5.6.18.19.*
3 *Præſentia cum ſcientia inducit conſenſum.*
7 *Donatio propter nuptias, ubi ſit filio nubenti in contractu matrimoniali a patre facta,non facit quin pater dicatur obligatus ad reſtitutionem dotis nurui niſi expreſſe contradicat num.8.20.21.*
36 *Contrarium.*
8 *Maxime,quando donatio eſt tam exigua , ut non ſit cautum nurui num.10.11.18.*
9 *Donare propter nuptias tenetur pater de ſuo,non de re ſpectante ad filium num.10.11.*
12 *Donare non dicitur,qui donat, quod donatario competit iure proprio.*
13 *Donatio non inſinuata eſt ipſo iure nulla.*
14 *Donatio per filium facta eſt nulla.*
15 *Minor non poteſt donare , etiam cum ſolennitatibus, & decreto.*
16 *Decretum in alienatione rei minoris debet eſſe ex iuſta cauſa,alias non ualet.*
17 *In dotatione in regno facta a minori requiritur decretum iudicis,& authoritas.*
20 *Proteſtatio patris,qui interuenit in contractu matrimoniali non facit , quin pater dicatur, obligatus ad reſtitutionem dotium nurui num.21.*
22 *Paragrafus tranſgrediamur,ſtante panormitana conſuetudine, non habet locum num.24.*
23 *Pater recipiens dotem pro filio habet in ea uſum fru-*

fructum ſi ſuſtinet onus matrimonii , quia ſi ſeorſum a patre filius habitat, tenetur filio dotem reſtituere.

25 *Socer cogitur ſe obligare , & obligatus eſt pro reſtitutione dot tum nurui , ſi ſibi dos ſoluatur eo petente ſecus ſi ſolui ei recuſatur.*

25 *Diſtingue num.26.29.*

27 *Aliud iubere aliqui d fieri,aliud eſt eſſe præſentem.*

27 *Fideiubens dominus pro ſeruo non uidetur fuiſſe.*

28 *Patriſ iuſſum non idem eſſe cum conſenſu.*

29 *Patris iuſſus ubi non interuenit, & dos ſoluta filio,ſocer non tenetur num.30.*

31 *Dote ſoluta ſocero non tenetur,niſi de peculio.*

32 *Diſtingue aliter num.33.36.*

34 *Confeſſio de recepto non eſt receptio.*

37 *Socer non tenetur , ubi marito ſoluitur , qui habet de ſuo,ut potuerit ex ſe uxorem ducere numero trigeſimooctauo.*

39 *Actus a minori factus,licet nullus , poteſt confirmari facto maiore.*

40 *Pater eſt uſufructuarius bonorum maternorum filii.*

41 *Pater interueniendo in contractu matrimoniali donando propter nuptias pro ſecuritate dotium, dicitur interueniſſe animo ſe non obligandi.*

DECISIO XIX.

FVit facta petitio in m.regia C. ſuper ſatisfactionem dotis reſtituendæ poſt mortem mariti contra hæredes ſoceri ſuper bonis à ſocero relictis , in quo præſupponebatur factum , quod Benedictus Sauli habens tres filios , Bartholomæum,Catharinã , & Gaſparem , cum Catharina nuberet,aſſignauit ipſi portionem , quæ ſibi omni iure competebat, ſuper bonis ſuis:ſimiliter Bartholomæo, dum uxorem duceret , donauit propter nuptias multa bona ex ſubſtantia,quam tunc poſſidebat , imo & alia addidit deinde ex noua conuentione , eaque donauit pro omni , & quocunque iure competente ipſi Bartholomæo ſuper bonis ſuis : imo & moriens eidem reliquit alias uncias quatuor redditus,ſolum reſtabat iſte ſupradictus Gaſpar,qui hodie eſt conuentus,cui cum nullum artificium,uel exercitium reliquerit in eum diſpoſuit de modico reliquo ſuorum bonorum,quod cum poſſideret iſte conuentus , ex eo uiueret,inſurgit cõtra eius bona uxor quondã fratris ſui prætẽdens bona iſtius,ut bona ſoceri ſui eſſe ſibi hypothecata pro reliquo ſuæ dotis. iſta in dotẽ marito Bartholomæo apportauit uncias centum in raubis,mortuo marito pro uncijs quadraginta ſibi adiudicauit totam hæreditatem mariti in qua conſtat eſſe uncias ſexdecim redditus,& alias raubas pro reliquo , quia dicit maritum ſuum omnia bona ſua conſtante matrimonio conſumpſiſſe. agit modo , ut declarentur bona reliqua ſoceri poſſeſſa per iſtum tertium filium eſſe ſibi hypotecata illa ratione : quia pater
1 † tenetur omnia ſua bona pro reſtitutione dotium eius nurus obligare , ita Rolan. in conſilio 85. numero 25.& ſub numero 36. in primo uolumine Iaſ. in auth. res quæ. C. communia delegat. Natta.in conſilio 61. col.2. uolumine primo. Caualc.de uſufruct.numero 190.& eſt tex. in lege qui liberos de rit. nupt. & in lege finali in fin. de ſuſpect. tutor. & in lege ſi quis inter tres.§. imperator. ff.de excuſat tutor. Corneus conſilio 256. in primo Cache Pedamontani Deciſione. 43.

2 Si de iure cogitur † ſe obligare , ſequitur quod ſimpliciter interueniendo ſe obligat eſt tex. in lege ſi filius. ff.de tutel. & in dicto §.imperator , & in lege ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur , ubi omnes communiter.ff.ſolut.matr.Bart.& Bal.in lege prima Codice de decur.libro decimo Bal.in lege prima numero 2.quod cum eo.

Et quando filius matrimonium contraxit , & habuit dotem,pater fuit præſens , non contradixit,quia contra dicere poterat,petendo quod ſibi dos ſolueretur,uel poterat non interuenire ex hoc ſolo, quia filius capit perſonam honeſtam in uxorem,pater uidetur obligatus , primo proba-
3 tur ex regula,quòd † præſentia , cum ſcientia rei inducat conſenſum , quia ei imputatur,ſi cum recuſare potuit tacere maluit infinitos congerit Maſcard.de probat.in ſua concluſione 1153. lib. tertio ſi fuit præſens in contractu matrimoniali conſtitutione,& ſolutione dotium , quia poterat cogi ad ſe obligandum ad ipſam dotium reſtitutionem, dicitur obligatus. trad. Barto. & cæteri omnes in lege ſi cum dotem. §. tranſgrediamur ff.ſolut.matr. lege ſi filius.ff. de tutel.lege ſi inter tres.§.imperator.ff. de excuſat. tutor. tanto ma-
4 gis quia † poterat dicere , quod ſibi dos ſolueretur , & non filio prout tradit Fanus in quarto membr. ſecundæ partis numero trigeſimoſexto in tract. de pigno.& in hoc non eſt facienda uis quod interuenit pro alia cauſa ſcilicet pro facienda donatione propter nuptias , non autem pro iſta cauſa,quia in toto contractu hoc non declaratur, nec fuit facta proteſtatio , quod interuenit tantum pro illa cauſa,& non ad effectum ſe obligandi,imo conſtat de toto contrario , quod fuit præſens in contractu , ubi fuit dos conſtituta ſi
5 fuit † preſens,& non contradixit , quia tenebatur ſe obligare,& iſta ſola præſentia uidetur obligatus ad dotis reſtitutionem , prout in indiuiduo Cachec.Pedamontan. deciſ.43. numero decimo qui allegat omnes doctores,& infinitos congerit
6 tantum,† requirit patris præſentiam in contractu prædicto,& quod filius accepit congruam uxorem tunc,quia tenebatur obligare bona ſua pro dotis reſtitutione uideatur illa obligaſſe , dicit hanc eſſe communem Menoch.in conſilio trigeſimotertio nume. decimo octauo uolume primo Decian.in reſponſ. quadrageſimo nono numero uigeſimo ſeptimo uolume ſecundo qui in fortioribus terminis loquitur Bal.Nonell. de dot. part. ſeptima priuil.ſecundo col.finali Campeg.in eodem tractatu de dot.quæſt.168.Cephalus conſilio 177.numero ſexto.

Non obſtat aſſerta donatio propter nuptias facta per patrem filio in prædicto contractu matrimoniali quo caſu non cenſetur bona ſua obligaſſe , quoniam primo reſpondetur, quod non obſtante prætenſa donatione,† pater ſimpliciter in-
7 terue-

teruieniendo in contractu matrimoniali cenſetur
omnia bona ſua obligaſſe, niſi expreſſe recuſet,
ita ex mente Din. Cin. Oltrad. Bal. Angel. dicit
eſſe communem Corneus in conſil. 256. uolum.
primo, & conſil. 303. uolum. 4. cum quo tranſit
Prouinz. in dicto §. tranſgrediamur.

Secundo reſpondetur, quod licet contraria
8 opinio eſſet tenenda nihilominus† illa procedit,
ubicunque pater utilem feciſſet donationem, &
de bonis proprijs, ut eſſet cautum uxori non ſo-
lum ſuper bonis uiri ſui, uerum etiam, & ſuper
bonis eius ſoceri, faciunt not. per Corneum con-
ſil. præallegato 256. num. in primo.

Sequitur ex donatione propter nuptias non
ſolum ſponſa non habuit maiorem hypothecam
uerum fuerunt bona plura ſublata ab obligatione
quam habuit à uiro ſuo & ſic quoad eam inutilis
fuit donatio, & per ſuperius allegata debet eſſe
utilis, & proficua, ut ex donatione propter nup-
tias ſit ſibi cautum, ultra obligationem uiri ſui,
9 † & quod pater teneatur de ſuo donare propter
nuptias, eſt tex. in lege fin. C. de dotis promiſſ.
ubi gloſſ. in uerbo paternum, adiecit plura ſimi-
lia, & in terminis, quod pater non poteſt donare
propter nuptias ipſi filio, iure materno compe-
10 tentia, ſed tantum conſentire donationi† prop-
ter uſum fructum, quoniam ipſe pater habuit in
prædictis bonis eſt tex. in lege prima. C. de bon.
mater. & in lege fin. §. ſin autem. C. de bon. quæ
lib. latiſſime Maſcard. de probat. uolu. 3. concluſ.
1150. num. 4. ſequitur ergo, quod quia pater aſſer
tam donationem propter nuptias non fecit, pro
ut de iure tenebatur, nec ex ea aliquam hypothe
cam ſponſa habuit, imo ſuper legitima, & alijs
bonis ſponſo competentibus, ſtante prædicta re
nunciatione hypothecã perdidit, ſequitur, quod
à ſuorum bonorum obligatione etiam expreſſe
11 ſe eximere non potuit, quia tenebatur, †& dona
tionem propter nuptias non fecit lege contra iu
ris ciuilis. §. ſi filius. ff. de pact. Maſcard. concluſ.
1150. num. 23.

Et aduerſus donationẽ factam per ipſum Bar
tholomęum ante contractum matrimonialem, di
cebatur, quod nihil in ea donatione dedit filius,
niſi id, quod pater habebat, uidelicet uſum fru-
ctum, ſua durante uita tantum, ſequitur ergo,
12 quod non fuit donatio, †quia non dicitur quis do
nate, ſi dedit id, quod donatario competebat, le-
ge prima, & ibi Bal. & doct. C. ſi ſeruus extero ſe
emi mandauit, ex quo ſequitur, quod quia pater
ex prętenſa donatione nil de nouo acquiſiuit, ſed
tantum uſum fructum habuit, prædicta bona pro
pter nuptias donare non potuit, quia ex prædi-
cta donatione propria ipſius patris non fuerunt
effecta per tradita in dicta lege prima, ubi ſupra
numero 4.

Item dicebatur, quod prædicta donatio eſt ip-
13 ſo† iure nulla, quia non fuit inſinuata, quo caſu
ſtante capitulo 61. regis Ferdinandi dicitur ipſo
iure nulla etiam ſi ſit iuramẽto firmata, quia fuiſ-
ſet in præiudicium tertij, ſcilicet uxoris modo
14 actricis, †per filium quæ de iure eſt prohibita, &
nulla, ita Maſcard. in conſil. 68. num. 7. præterea
15 tempore donationis filius erat minor, †qui de iu
re non poteſt donare, etiam cum omnibus ſolen-
nitatibus, & iudicis decreto eſt cõmunis, de qua
teſtatur Suares allegat. 20. num. 7. & poſt Rolan.
Menoch. & alios, dicit communem Simonellus
de decret. lib. primo, titulo 2. inſpect. prima fol.
16 47. illa ratione, †quia decretum iudicis debet eſ
ſe ex iuſta cauſa interpoſitum, alias non ualet le-
ge magis puto. § ne paſſim. ff. de reb. eorum, quæ
iuſta cauſa in donatione ſubeſſe non poteſt, quia
donare eſt perdere lege contra iuris. ff. de pact.
lege prohibere. §. plane. ff. quod ui, aut clam. lege
filius familias. ff. de donat. & latiſſime Simonel-
lus ubi ſupra num. 7. & titulo primo numo. 17.
17 Inſuper †donatio eſt ipſo iure nulla ex capitu-
lo regis Caroli capitulo 78. ubi in contractibus
minorum requiritur decretum, aliàs contractus
etiam iuratus eſt ipſo iure nullus, nam ubi ſtatu-
tum in contractibus minorum requirit decretum
illud dicitur eſſe iuſta cauſa, alias non dicitur ad
impletum ſtatutum, per ſuperius allegata, & in
ſpecie quod ſtante prædicto ſtatuto requirente
decretũ iudicis, quod donatio facta à minori. et
cũ decreto iudicis ſit ipſo iure nulla, & ꝙ non di
catur adimpletum ſtatutum prædictum, ex quo
iuſta cauſa in donatione non poteſt eſſe, dixit
idem Simonellus in dicto lib. 1. titulo ſecundo,
inſpect. prima num. 4. communem dixit Roland.
in conſil. 54. num. 29. libro ſecundo, Natt. in con-
ſil. 173. num. 3. & 166. nume. 17. ex quibus ſequi-
tur, quod ſumus in puris terminis lege ſi cum do
18 tem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matr. quod † pa-
ter dicatur omnia bona ſua obligaſſe interuenien
do, ut ſuprà quia nullam, uel inutilem fecit dona
tionem propter nuptias, imo potius habuit legiti
mam competẽtem ſponſo, & omnia bona, & do
tes quondam matris ſuæ, quas ipſe dedit per ſu
perius allegata, quæ reounciatio legitimæ, & alio
rum bonorum ipſi filio competentium in præiu-
dicium uxoris, & eius dotium, non ualuit, imo ad
19 ueniente † tempore præiudicij habetur pro non
facta iuxta tex. lege Attilicinus. ff. de pact. dot. &
lege die. ff. eod. & hanc dicit eſſe magis commu-
nem Surd. in conſil. 79.

Non obſtat dicere, quod pater illa bona dona-
uit propter nuptias pro ſecuritate dotium & ſic
in conſequentiam bona ſua uoluit eximere, quo-
niam reſpondetur, quod hoc facere non poterat
nec prædicta bona donare potuit per ſuperius al
20 legata, nam de iure pater† de ſuo tenetur dona-
re propter nuptias, uel bona ſua pro dotis reſtitu
tione obligare, per ſuperius adducta, & pro ut di
cit tex. in lege qui liberos, de rit. nupt. Roland. à
vall. in conſil. 85. num. 25. imo Ideo illa proteſta-
21 tio† quod ea bona uoluit donare pro dotium ſe-
curitate, fuit inanis in præiudicium ſponſæ, quæ
expreſſe non conſenſit, nam de iure clarum eſt,
quòd ubi agitur de aliqua obligatione tollenda
in præiudicium alterius, proteſtatio non iuuat, ni
ſi aduerſarius expreſſe conſentiat lege fin. §. item
ſi prædixerit. ff. naut. caup. ſtab. & trad. doct. in le
ge non ſolum. §. morte, ubi Bart. nu. 22. ff. de nou.
oper. nunt. & in lege pacta nouiſſima. C. de pact.
& in capitulo cum m. ferrarienſis, ubi latiſſime
Rip. extra de conſt. multa ad propoſitum trad.

Maſcard.in terminis noſtris uolu.3.concluſ.1150
nume.23.Campeg.de dot.quæſt.16.num.3.

Pro contraria parte dicebatur prætenſionem
actricis uanam eſſe,dum ſuſtineri putat ex diſpo
ſitione legis ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.
ſolut.matr.quòd ſocer conſentiens filio uxorem
ducenti cenſetur obligatus ad reſtitutionē do-
tis,& bona ſua hypothecata.

Super hoc iuris articulo,primum animaduer-
tendum non eſſe aliquem alium textum intentio
nem patris probantem , igitur ſuper ipſo primū
agitur inſiſtendum,ex quo elici facile poteſt re-
ſolutio huius quæſtio.Ego enim exiſtimo hunc.§.
tranſgrediamur,ſtante conſuetudine , non poſſe
habere locum Panormi , nec aliqua in cauſa agi
22 ex eo textu ratio eſt,† quia loquitur in filio fami
lias,eius bona,& dotem , quam recipit patri ac-
quirit de iure communi : non mirum igitur,quod
cum pater ſaltem habeat dotis filij adminiſtratio
nem , teneatur ad reſtitutionem.ſi ergo loquitur
in caſu,quo pater recipiente filio dotem illam ac
quirit,non debet ad alium caſum,ubi etiam mili
tet diuerſa ratio,trahi:iſta autem ratio obligatio
nis patris ultra quod eſt de iure clariſſima,conſi-
deratur expreſſim per Corneum in contrarium
allegatum in conſi.256.num.tertio in primo,poſt
medium,cuius uerba ſunt,& tanto fortius,quan-
do filius accipiendo dotem olim quærebat patri
dotalia,hodie uſum fructum,& liberam admini
ſtrationem, ideo minus conqueri debet,ſi ad ea
23 reſtituenda obligatur.† Imo pater qui recipit do
tem filio promiſſam pro matrimonio, habet uſū
fructum in ea,ſi ſuſtinet onera matrimonij, quia
ſi filius ſeorſum à patre habitat,tenetur filio reſti
tuere late Bec.conſil.43.ubi ponit, quod eo caſu
ex quo pater non ſuſtinet onera matrimonij,non
debet habere uſum fructum dotis filij.

24 Paragraphus uero tranſgrediamur, † quod in
filio familias loquatur , & quo ad eam rationem
ſentiat,apparet,dum ait tranſgrediamur , agere
aduerſus quem competit de dote actio,primo ad
uerſus maritum ſequitur,& ſi filius familias ma-
ritus ſit, & dos ſocero data ſit aduerſus ſocerum
ſi filio aut iuſſu patris,& ſocer teneatur , ſi non
iuſſu cum patre agitur aſſignat rationē, ubi ſem-
per fundatur, uideri enim ad eum perueniſſe do
tem, penes quem eſt peculium:ſufficit autem ad
idem damnari,quod eſt in peculio , uel quod in
rem patris uerſum eſt,& habemus textum in ca-
ſu quo datur dos filio emancipato,quod tunc nec
ipſe pater niſi bona obligantur , formalis eſt tex.
in leg. ſi filio familias eodem ſolut.matrim.quod
ſi ratio ſola,quod pater tenetur ſe obligare , uel
dare legitimam,ſufficeret etiam in emacipato te
neretur,hoc idem expreſſius tenuit Cur.iun.con
ſil.133.poſt principium, quia diuerſum eſt in fi-
lio,qui non eſt in poteſtate Beccius conſilio qua
drageſimotertio.

Quæ quidem conſideratio adeo uera eſt , ut
Baldus Nouellus in parte 6.priuil.20.num.ſexto
25 ponat limitationem,quin† tam ſi pater uellet ſi-
bi dotem conſignari,nam ſi filius recuſat,non co
geretur pater ſe obligare,& Fanus de pign.mēb.
4.2.partis numero 36.uerſiculo intelligendo ait,
qood licet pater conſentiat matrimonio filij , nō
tamen ideo cogebatur conſentire, & ſe obligare
in ſolutione dotis facta filio,quia poterat dicere ,
quod ſcilicet dos ſibi ſolueretur , & non filio, ne
forte eam diſſiparet,unde colligitur ratio,quare
obligatur , quia dos ad ſe tanquam patrem per-
tinet .

Secundo animaduertendum quoque cenſeo
ex textu , quem neſcio, quo pacto doctores poſ-
ſint effugere,colligitur caſuum diſtinctio,primus
26 eſt,† quando ſocero dos datur , in quo caſu non
uerſamur,ſecundus eſt, ſi filio data ſit , & tunc
textus ſubnectit expreſſe duos alios caſus , aut
iuſſu patris datur filio,& ſocer tenetur,hic etiam
non eſt caſus noſter , quia pater non iuſſit dari,
quoniam quamuis inter fuerit, quando datæ fue-
runt unciæ centum tantum , & omnes ſcimus a-
liud eſſe iubere , aliquid fieri, aliud eſſe præſen-
tem,ubi aliquid fit.lege.prima.ff.quod iuſſu , ubi
27 iuſſus definitur,imo dicitur† quod fideiubsē do
minus pro ſeruo nō uidetur iuſſiſſe,docent doct.
in lege ſi quis mihi bona.§.iuſſu.ff.de acquir.hæ-
28 red.† & alibi, ſcimus patris m iuſſum non idem
eſſe cum conſenſu,ut in lege lucius de admin.tu-
29 tel.ſecundus † caſus eſt,ſi non iuſſu patris rece-
pit , & tunc agetur quatenus eſt in peculio , aut
uerſum eſt in patriam utilitatem,imo gloſ.in uer
bo iuſſu in dicto §.addit diſtinctionem , quando
iuſſo patris,aut contemplatione patris uolens pa
trem obligare dabit, & ſic etiam aliud requirit.

Nec iſte ſolus† textus eſt,conſonat lex , ſi filio
fam.ff.eo ſolut.matr.ſi filio familias dos data eſt,
ſi in iuſſu patris de peculio agetur, & lege ſi filio
familias.ff.ſolut.matr.data ſit dos , ipſe tenetur ,
pater autem de peculio,ſequitur ea lex , quod in
tantum bona patris non obligantur eo caſu,quan
do non iuſſu,quòd de peculio, ſi cum patre aga-
tur,deducetur de peculio , quod patri debetur.

Rurſus in lege 10.ſolut.matr.ſocer dicitur tene
ri,ſi ſocero filiæ tuę dotem dediſti.

Hæc in textibus,ſi modo confugiamus ad do-
ctores ſuper textu . primus ſe offert anti-
31 quior Iacobus de Arena , qui ponit unum † ca-
ſum,quando datur dos patri nomine filij,an pa-
ter teneatur , & in hoc caſu ſi conſenſus ſo-
lus obligaret eum,utique teneretur, qualis enim
melior conſenſus,quàm ipſum recipere dotem ,
licet nomine filii, & dicit non teneri , niſi de pe-
culio ,

32 Subdit alium caſum, † aut datur filio uolunta-
te patris, nec hac diſtinctione contentus ſequi-
tur,& eius iuſſu , & tunc,aut,ut nuncio patris,&
obligatur, ſi ut marito , & tunc inſpicitur uolun-
tas dantis , unde apparet non requiri tantū con-
ſenſum patris, ſed iuſſum , eandem diſtinctionē
ponit Albericus,quando filius non recepit patris
iuſſu,ponit Angel.in §.fuerat,inſt.de action.nu-
mero 79.& dicit eam omnes tenere.

Præmiſſa omnia,& textus. clari, & doct. pro-
bant,quòd iuſſus requiratur patris , qui hic non
est, ſed ſi aliorum ſententiam etiam ſequamur ,
33 non requirunt† tantùm conſenſum patris in ma-
trimonio,ſed in receptione pecunię, & clarius ,
quam qui libet alius,dixit Curt.Iun.conſilio 133
num.

num. 5. Fanus ſecunda parte quarti membri, qui
34 quidem conſenſus in caſu noſtro non eſt, † quia
tantùm confeſſio de recepto eſt, non eſt ipſa re-
ceptio præſente patre, confeſſio autem, quod re-
ceperit pecunias, non eſt ipſa receptio: imo
nec confitetur tunc accepiſſe apodixam, ſed
tempore præterito recepiſſe pecunias ad apo-
dixam.

35 De diſpoſitione tex. in §. tranſgrediamur, † vi-
detur non procedere, quando eſt ſoluta dos ma-
rito, tanquam marito, & actum, quod maritus te-
neatur, & hoc conſtat ex contractu matrimonia-
li Alberic. in dicto §. tranſgrediamur nume. ſexto
uerſicul. aut filio, tanquam marito, vbi Iacobus
de Arena, & Imol. ibidem in princ. uerſiculo in
gloſ. abſolute.

Præterea nos uerſamur in communi illa limi-
tatione doctorum omnium tractantium de hac
36 materia, quòd non obligatur † pater, quando do-
nat propter nuptias, allego doct. in §. tranſgredia
mur, maxime Bar. Alex. Roman. nume. 12. Negu-
ſant. dicto quarto membro ſecundæ partis num.
tregeſimoſexto Soccin. conſi. 75. nume. octauo in
primo, & nouiſſime Gabriel. conſil. 119. num. tri
geſimoprimo, & ſequent. in 2.

Pars aduerſa in hoc ſubtiliter aduertendo co-
nata eſt deſtruere, & tollere huiuſmodi donatio-
nem, dicẽs non donaſſe patrem, quod ſuum erat
ſed bona filij, quæ nulliter ipſe cùm eſſet minor,
donauerat.

Cui obiectioni reſpondetur, primo ſatis, eſſe
quòd nos ſumus in eo caſu, quod eo tempore cũ
filius habebat de ſuo intantum, quod etiam ſine
37 † patris donatione poterat vxorem ducere, quo
caſu cùm pater non ſit obligatus conſentire, non
obligantur bona ſua ex ſola præſentia in recep-
tione dotis, ita poſt Bart. & alios Baldus Nouel-
38 lus in dicto principio 20. limi. tertio, ut † quando
habet bona aduentitia Alex. in dicto §. tranſgre-
diamur nume. ſexto, verſicul. item dicitur. Bar. &
Rom. ibidem nume. 12. verſicul. aut non eſt con-
ſtituta donatio & num. 13. Menoch. conſil. trige-
ſimotertio num. vigeſimotertio in fin. uigeſimo-
quinto, & ſeq. & de communi opinione teſtatur
Gabr. dicto conſil. 119. in ſecundo, volum. nume.
vigeſimotertio.

Sed aliter etiam reſpondebatur, quod donatio
illa facta a minori fuit ualida, vel ſaltem conſen-
ſu filij facti maioris conualidata, quia tempore,
quo contractum matrimonialem faciebat, de illa
mentionem fecit, & pro ualida habuit, & ea ſtan-
te recepit retrouenditionem a patre, quo caſu li-
39 cet actus a minori factus ſit nullus, non † eſt no-
uum, quod poſſit a facto maiore conualidari, vt
poſt multos, quos congerit de approbatione taci
ta, & expreſſa docet Menoch. in tract. de recup.
remedio 15. numer. 110. & ſeq. & Simonel. de de
cret. titulo nono libro tertio prima inſpectio
ne.

Rurſus, & aliter reſpondebatur, quod circun-
ſcripta donatione filij, clarum eſt, quod pater
erat dominus bonorum aduẽtitiorum filij, & ſal
tem vſufructuarius, quem uſumfructum etiam
quod a filio non fuiſſet ſibi donatum, a lege tamẽ
habebat, quem retro donauit filio propter nup-
tias, ad hæc accedit inconuincibiliter, quod dona
uit etiam portionem ſibi patri donatam a filia,
cùm enim nuberet filia pater quodammodo emit
eius portionem pro vncijs quingentis, & filio de
inde portionem illam filiæ, vt hæredi competen-
tem donauit filio propter nuptias.

Imo uerius pater conſentiens matrimonio fi-
lij ſtante ſtatuto, quod per matrimonium filius
liberatur a patria poteſtate, pater perdit vſum
fructum, quem habebat in bonis filij Palatios Ru
beos in rub. extra de donat. inter uir. & vxor. 4.
ampl. verſicul. ſed quanuis numer. ſecundo idem
in repet. capituli per veſtras §. tertio prope finem
numer. vigeſimoſexto refert, & ſequitur Boerius
deciſ. 197. ſub nume. quinto quos ſequitur Ioan-
nes Cephalus in conſil. 243. nume. 55. & ſic con-
ſenſus patris in matrimonio operatus eſt maio-
rem ſecuritatem uxori in bonis, in quibus pater
habebat vſumfructum acquiſitum filio propter
conſenſum patris in matrimonio.

Vltimo tollunt † omne dubium verba ipſius cõ
tractus matrimonialis, vbi fit dicta donatio, in
quo interuenit ſponſa. ꝙ ſponſus, & omnes, vt ex
preſſe dicit ſocer, & idem pater, quod donat ea,
quæ donat pro omni iure in largiſſima forma,
etiam de futuro, & in ſpecie dicitur pro ſecurita
te dotium ad hoc tantum, igitur in hoc matrimo
nio interuenit pater, vt donaret, & in illum mo-
dum donando ea, quæ donauit, dotem aſſecura-
uit, & ſic contenta eſt ſpõſa, qui caſus fortior eſt
caſus, quem ponit Barto. in dicto. §. tranſgredia
mur, quando pater recipit nomine filij, tantum
hoc acto, ne teneatur, quia tunc dicit non teneri
& tamen recipit dotem, & non donat propter nu
ptias.

Per tribunal magnę regiæ curię fuit conuen
tus abſolutus, & liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Summarie, & de plano ſola facti ueritate inſpecta, ubi procedi per pragmaticam diſponitur non importat mutationem inſtantiæ.*
3 *Inſtantia datur ubi proceditur ſummarie, & de plano ſola facti ueritate inſpecta.*
3 *Et habet locum inſtantia ſtatutaria.*
4 *Inſtantia ante pragmaticam incipiebat a die litis cõteſtatæ.*
5 *Procedit etiam, ſi inſtantia eſt abreuiata per ſtatutum.*
6 *Termini ante pragmaticam ſoliti dari poſt litis conteſtationem. num. 7.*
8 *Termini debent dari poſt pragmaticam poſt cæptam inſtantiam. num. 9*
10 *Inſtantia ubi lis non conteſtatur, incipit a termino.*
11 *Incipit a citatione ſecundum aliquos.*
15 *Quomodo procedat*
12 *Incipit a contumacia.*
16 *Ratio quæ ſit.*
15 *Quomodo procedat.*
17 *Incipit a die mota litis.*

18 *Quomodo intelligitur, & in quibus caſibus numero 19.*
20 *Incipit ab actu, qui ſequi ſolet ſtatim per litem conteſtatam.*
21 *Incipit currere ab articulis, & poſitionibus.*
22 *Vbi habet locum.*
25 *Incipit immediate ſecuta contradictione partis.*
25 *Et quomodo, & in quibus caſibus procedit.*
31 *Incipit a primo actu contradictorio, & quomodo intelligitur.*
32 *Incipit ab actu, qui reſpicit merita cauſę, uel ab actu, in quo.*
34 *Incipit tractari de meritis cauſa.*
30 *Incipit in executiuis a die præſentatarum oppoſitionum.*
25 *Inſtantia daturi quolibet articulo incidenti in cauſa principali.*
26 *Inſtantia datur in cauſis executiuis, ratio nume. 29.*
27 *Contrarium.*
28 *In executiuis proceditur officio iudicis nobilis.*
33 *Terminus, & præſentatio capitulorum, & memorialis ſunt actus, in quo incipit tractari de meritis cauſa.*
33 *Merita cauſæ aſſertione partium panduntur.*
35 *Sententia conſiſtoru ſacræ regiæ conſcientiæ confirmata per tribunal magnæ regiæ curiæ.*

DECISIO XX.

Articulus tentatus in curia ciuitatis Cathaniæ ſuper peremptione inſtantiæ in cauſa uertente inter Antonium de Syracuſis nominibus ex una contra Ioannem de Archangelo ex altera fuerunt latæ hinc. inde ſententiæ, nam primus magiſtratus in ciuitate Cathanię declarauit non peremptam, ſecundus in cauſa appellationis declarauit peremptam tertius ſcilicet tribunal magnæ curiæ ciuilis declarauit non peremptam, tribunal conſiſtorii ſacr. regæ conſcien. declarauit peremptam, magnæ curiæ criminalis declarauit non peremptam. deinde deuoluta cauſa ad magnam curiam Ciuil. mutatis iudicibus iterum remedio reſtitutionis in integrum, ex quo iſta de Syracuſis er at minor, in quo tempore eram iudex magnę regiæ curiæ licet non uotaui, decidi in conſiſtorio, in quo tribunali tunc equidem eram iudex, fuit pronunciatum per collegas, declarando non peremptam, confirmando ſententiam tribus conſ. ſacræ regiæ conſcentiæ, quæ ſententia iuſtificatur rationibus infraſcriptis.

ET primo ratio vera, & iuridica fuit præſuppponendo primo pro claro, & indubitato,
quod pragmaticæ regiæ intentio prouidēs, quod
omnes cauſæ ſint ſummariæ, & in eis procedatur
1 ſola facti ueritate inſpecta, † non fuit determi
nandi nec aliquam mutationem faciendi circa in
ſtantiam cauſæ ex forma capitulorum regni indu
2 ctam, & ſtatutam, & † quia de iure communi in
cauſis ſummarijs ſola facti ueritate etc. datur in
ſtantia ſecundum magis communem opinionem
Burſat. conſ. 2. in 3. Berous conſ. 1. num. 19. & ſe-
quen. & conſ. 40. num. primo in 3. Soccin. conſil.
95. in primo Alex. conſil. 50. in ſecundo Lanc. ſu
per ritu 99.

Imo ſecundū magis communem opinionem,
quam refert Burſatus in dicto conſ. 2. nume. 3. &
3 num 5. in primo † debet ſeruari in his cauſis, ubi
ꝓceditur ſola facti ueritate inſpecta, inſtantia ſta
tutaria.

Si ergo hæc, de qua agitur, eſt cauſa ordinaria
de ſui natura, & in qua ex forma ritus regni daba
tur ſolennis modus procedendi, cum terminis, &
litis conteſtatione, & alijs, & eo tempore ante
4 pragmaticam † inſtantia ipſa incipiebat ſtatim
poſt litis conteſtationem in l. properandum circa
principium. C. de iud. Imola in l. ſi cum homines
in fine. ff. de fideiuſ. dicta concluſio procedit, etiā
5 ſi inſtantia eſt abbreuiata † per ſtatutum Ale. con
ſil. 42. in 3. Ioachin. Monſig. cent. 3. obſeruatione
46. ſed ſeruabatur in practica, ex ſtylo regni ex
6 forma ritus, † quod termini erant ſoliti dari poſt
litis conteſtationem, & idem etiam obſeruabatur
in cauſis ſummarijs iuxta formam ritus, vbi ex-
preſſe fiebat litis cōteſtatio ante pragmaticam, ꝙ
termini a ritu dabantur poſt litis conteſtationem
& infra inſtantiam cęptam.

Et ante pragmaticam nulla erat difficultas, &
ita de iure, & ex forma ritus erat determinatum
& prouiſum per ſupradicta, & hoc iure uteba-
7 mur in regno, † quòd inſtantia ipſa currebat a die
litis conteſtatæ.

Ergo cum pragmatica ipſa non tollat, nec pro
uideat ſuper mutatione, & abbreuiatione inſtan
tiæ ſtatutariæ, & in eo remaneant incorrupta iura
8 & capitula regni, vt termini ipſi † dandi in cauſis
tam ordinarijs de ſui natura ex formæ ritus, quā
etiam ſummarijs ex forma ritus, ex quo in utra-
que cauſa lis conteſtabatur, quod termini debeāt
dari ipſi poſt cœptam inſtantiam, & non ante ini
tium ipſius inſtantiæ, & ſic ex quo actus litis con
teſtationis, qui actus ſtatim currebat ante prag-
maticam inſtantia eſt tantum ſublatus per prag-
maticam, fatendum eſt neceſſario quod inſtantia
ipſa in terminis noſtræ quæſtionis, quia ſumus in
9 cauſis ordinarijs de ſui natura debuit † incipere,
& incępit ab illo momento temporis, quo fuit da
tus terminus principalis in cauſa, ꝓ ut ante prag
maticam currebat à litis conteſtatione, poſtquā
ſequebantur termini.

Et aliter ſi diceretur, eſſet contra intentionem pragmaticę intendentis dari terminos iuxta naturam cauſæ à forma ritus ergo non debet recedi, quin termini ipſi dentur infra inſtantiam, & poſt cœptam inſtantiam.

Et per conſequens in terminis noſtræ quæſtionis

nis habet locum, & procedit illa doctorum opi-
10 nio dicentium, & concludentium, †quod ipſa in
ſtantia, vbi lis expreſſe non conteſtatur incipiat
à termino Afflict. in conſtitutione dilationes nu.
6. in fine in conſtitutione exceptionis nu. 5. & in
conſtitutione hac lege num. 10.

Et licet in hoc puncto uariæ ſint opiniones do-
ctorum, dum diſcutiunt hunc punctum in termi-
nis iuris communis diſputando punctum, quan-
do inſtantia currere incipiat, vbi lis non conteſta
tur, ego tamen dico, quod omnes poſitiones, &
concluſiones, vel confirmant, & corroborant ſu-
pradictam concluſionem, & opinionem, vel pro-
cedunt in diuerſo caſu, & uariando caſus, vna opi
nio alteri non contradicet.

Doctorum opinio in hoc articulo aliqua fuit
11 ſcilicet, †quòd incipiat à citatione, pro vt Ioan-
nes de Amicis in conſil. trigeſimoquinto nume.
ſeptimo Bald. in auth. qui ſemel. in fine. C. quomo
do, & quando iud. Berous in cap. quoniam contra
num. centeſimooctauo centeſimodecimo centeſi
moundecimo de probat. hanc ſententiam ſecu-
tum eſſe Petr. de Gregorio in tractat. de iud. cauſ.
12 feud. quæſt. quadrageſimatertia, †dum dixit,
quod incipiat à contumacia partis in pleno iudi-
cio facta ad effectum in ſcripturis contentum, &
ſi intelligis citationem perfectam, erit concordia
eiuſdem opinionis Petri de Gregorio cum ea, de
13 qua per Ioannem de Amicis, †quia citatio de iu-
re non inducit, nec operatur aliquem effectum,
niſi pars compareat, & incuſet contumaciam cita
to, prout Iaſ. & alij in lege properandum. §. ſi qui
dem. C. de iud. Afflict. in conſtit. hac lege num. de
cimoquarto, & in conſtitutione pœna num. deci-
moſecundo Pedamont. deciſ. tertia Sylua. conſil.
centeſimo. Ripa in cap. primo num. tregeſimo de
14 iud. & quòd contumacia requiratur, †vt citatio
operetur effectum, procedit etiam in cauſa, vbi
proceditur ſola facti ueritate inſpecta, Anch. con
ſil. nonageſimoſeptimo col. tertia ſequitur Re-
buff. in conſt. regni Franciæ, tit. de contumac. de-
fect. articul. primo gloſ. unica numer. decimo-
quarto.

Hæc opinio ſi adaptetur ad caſum noſtrum
adhuc magis confirmatur præcedens concluſio,
quòd à fortiori debet currere inſtantia à termi-
no principali, qui ſequitur poſt ipſam contuma-
ciam, licet poſſit in rei ueritate dici, quòd præce
dens opinio Petri de Gregorio, & aliorum tenen
tium inſtantiam incipere à die incuſatæ cõtuma
15 ciæ, & citationis perfectæ † procedere, quando
iudicium non habet telam proceſſus, & utraque
pars ad iudicem uadit cum ſcripturis, & præſen-
tãtur iudici ſcripturæ ad effectum, ut ſuper eis
prouideatur per iudicem, & terminetur quæſtio
ipſa, nulla alia tela proceſſus præcedente, nec ali
quis ſolennis proceſſus compilatur: quia tunc in
ſimili modo procedendi non datur alius actus iu
diciarius, ſed præſentatio ſcripturarum ex una,
& per præſentationem aliarum ſcripturarum ex
contraria parte, concluditur igitur dicendùm ſa-
tendum eſſe, quòd ante concluſionem cæpit in-
ſtantia, ergo à citatione.

Ratio, qua Petrus de Gregorio potuit moueri,
16 †potuit eſſe illa, quia contumacia eſt loco libelli
in his cauſis, ubi libellus alius non datur.

17 Alia fuit opinio, quod inſtantia † ipſa incipiat
à die motæ litis, pro ut firmauit Cynus in lege
properandum, in fine. C. de iud. Afflict. in conſt.
hac lege num. nono Paulus de Caſtro conſil. 303.
in primo, & ſecundum hanc opinionem etiam for
18 tificatur noſtra opinio, †quia lis dicitur mota à
die litis conteſtatæ, & etiam à citatione, pro ut
Paulus de Caſtro in conſil. uigeſimoquinto nu-
mer. ſecundo, in primo, & hæc opinio de plano
19 procedit in cauſa, vbi proceditur per uiam † in-
iunctionis, vbi nulla fit expreſſa petitio actoris,
ſuper qua poſſit per oppoſitiones dari vera con-
tradictio.

20 Alia opinio fuit, quòd inſtantia † incipiat ab
actu, qui ſolet fieri poſt litis conteſtationem, pro
ut doct. in lege nulla. C. de procuratoribus, con-
firmat Petrus de Gregorio dum dicit, quòd pri-
mus actus iudiciarius, qui ſequi ſolet poſt litis
conteſtationem, habet uim litis conteſtatę, & in-
de incipit currere inſtantia, & primus actus dicit
eſſe præſentationem capitulorum, & termini da-
tionem, qui fit vnico contextu in plena curia, &
à die termini prædicti connumeratur inſtan-
tia.

21 Et ſic alia opinio †quod inſtantia incipiat cur-
rere à poſitionibus, & articulis, prout firmat Ioã
nes de Amicis conſil. tregeſimoquinto, numer.
ſeptimo non diſcordat à ſupradicta opinione Pe
tri de Gregorio ex quo terminus, & præſentatio
poſitionum fiunt unico actu, ſecundum eun-
dem de Gregorio, & hæc opinio de plano proce-
22 dit in †cauſis, ubi proceditur ex abrupto, vel da-
to termino extraordinario quia iſto caſu nedũ
conteſtatur lis, ſed nec etiam dantur termini.

Et ſi uellemus tenere, quòd hæc opinio ſit ve-
ra, & habeat locum, etiam quando capitula poſi-
23 tionum, ſiue libellus, ſeu qualis petitio† præſen-
tatur poſt terminum ipſum: adhuc habemus in-
tentum à terminis noſtræ quæſtionis, quia inſtan-
tiam ipſam ſi nolumus numerare non a die termi
ni, ſed à die præſentationis memorialis actoria,
adhuc inſtantia ipſa eſt perempta in cauſa præ-
ſenti per dies duos.

24 Alia autem eſt opinio, †quòd inſtantia ipſa in-
cipiat immediate ſecuta partis contradictione,
prout tenet Bal. in lege numer. tertio. C. de iura-
mento calumniæ conſil. 226. num. primo, in tertio
Soccin. conſil. 95. nume. ſecundo in primo Romã.
conſil. 174.

Iſta opinio procedit in terminis, ſcilicet in acti
bus, ſeu articulis cauſæ, in quibus inter partes ori
tur contentio, & in incidentibus, ſeu emergenti-
bus, in quibus licet tanquam articulus, & inci-
dens datur inſtantia, licet ipſe articulus incidat
25 in cauſa† principali, & habeat inſtantiam ex ſe,
tamen in eo articulo, vbi non ſit proceſſus, inci-
piet inſtantia à contradictione partis, inſtantia au
tem principalis à conteſtatione litis. & ſic diuer-
ſo modo incipit inſtantia à cauſa principali,
quàm in articulo incidenti, & emergenti,
& ita loquitur, & diſtinguit Baldus in dicta lege
prima.

Et

Et licet Soccin. in conſil. prædicto nonageſi-
moquinto numer. ſecundo ſequatur Bal. & alios
26 eum ſequentes, † & extendit ipſam opinionem
in cauſis executionis,hoc teneat in cauſa execu-
tiua,dico eadem ratione poſſe procedere in cau-
ſa executiua incidenti in cauſa ordinaria,ratio di
uerſitatis eſſe poteſt quia doctores diſputant in
27 cauſa executiua , † an detur inſtantia , nam ipſa
cauſa executiua eſt finis litis , & multi tonuerunt
quod non detur inſtantia,pro ut late Crotus con-
ſil. 103.num.decimotertio Alex. conſil. 181.in fi-
ne in ſexto Dinus conſil.ſeptuageſimoſexto , ubi
infinitos allegat , ratione illa mouentur quia in
28 executione proceditur officio†iudicis,quod offi
cium iudicis eſt perenne.

Attamen quia cauſa executiua, licet procedat
29 officio iudicis nobilis,tamen † ex quo eſt articu-
lus,qui incidit poſt ſententiam , non fit noua pe-
titio,non poteſt fieri n o ua litis conteſtatio , quia
iſt hæc omnia proceſſerunt in cauſa principali
deciſa,ad quam fuit condemnatus conuentus, id
eo in iſta cauſa executiua non poteſt conſidera
ri terminus ex ſe nec aliqua inſtantia principalis
& ideo procedit opinio Bald. quod inſtantia ipſa
30 incipiat à contradictione , †contradictio antem
dicitur à die præſentatarũ oppoſitionũ prout Ale
xan.Iaſ.in lege properãdũ in principio.C.de iud.

Secus in caſu noſtro , cum nos ſimus in cauſa
principali ordinaria,& non in articulo incidenti
& emergenti.

31 Alia opinio , quod inſtantia†incipiat à primo
actu contradictorio,de qua per doct. in lege nul-
la vbi Paulus de Caſtro.ff.de procuratoribus nu-
mer. quarto,& lege nihil numer. ſecundo C.de:
procuratoribus erit uera in caſu ſuo , quia mate-
ria dictarum legum eſt, quando efficiatur procu-
rator dominus litis , & ibi determinatur quod ſi
procurator interuenit poſt litem conteſtatam
efficitur dominus litis procurator per primum
actum contradictorium,qui fit cum ipſo procura
tore,& ſic omnium doct.(qui fundant eorum opi
nionem ex illo textu,& ibi notatis ponendo , ſeu
affirmando in alijs caſibus) non bene procedit
ponderatio.

32 Alia eſt opinio , † quod inſtantia ipſa incipiat
ab actu, qui fit , qui actus reſpicit merita cauſæ ,
pro ut firmat.Iaſ.in lege properandum, numero,
ſeptimo.C.de iudicijs.Marãta in ſpecu.in quinta
parte,numero,quarto.Rolan.à vall.conſil.ſeptua
geſimoprimo,numer.trigeſimoſexto , in primò.
Berous conſil. 187. numer. ſexageſimoſexto in
primo Cephal.conſilio 688.numero,quarto in 5.

Secundum hanc opinionem dicendum eſt ,
quod etiam ex pragmatica ipſa , & terminus ;
33 †& præſentatio memorialis,ſeu capitulorum eſt
primus actus,qui reſpicit merita cauſæ, nam utẽ
do motiuo partis aduerſæ,merita cauſæ partium
aſſertione penduntur lege finali . C. ſi per uim ,
vel alio modo , capitulo ex literis de reſt. in in-
tegr. Abb.in conſil.tertio, quarto quæſtione octa
ua in ſecundo Cranet.conſil.265.numer. quinto,
verſiculo , reſtat nunc , & ſic petitio tam unius ,
quàm alterius partis,ſunt de meritis cauſæ , quæ
deducta ex utraque parte pandantur iudici , &
fiunt nota,ut iudex poſſit ſuper eis determinare
poſt aſſertionem utriuſque,quia ex tunc fiunt no-
ta,& clara iudici, attamen propoſita actoris pe-
titione dicuntur incipere merita,& ſic præſenta-
tio memorialis,& capitulorum eſt primus actus ,
in quo de meritis incipit tractari,& merita dicun
tur,petitio,& libellus.

Et ſic ſecundum iſtam opinionem,quando in-
ſtantia curreret à die præſentationis capitulo-
rum , adhuc habemus intentum,ex quo inſtantia
ad huc à die præſentat onis capitulorum eſt per
empta.

34 Et ſecundum†aliam opinionem, quæ non mul
tum differt à proxima præcedenti , ſcilicet quòd
inſtantia incipiat à die , q uo incipit tractari de
meritis cauſæ,pro ut eam tenet Fulg.in lege nihil
ubi alij doctor. ff. de procuratoribus Afflict. in
hac lege numer. nono & in deciſ. 344. numero ,
quinto,& Alciat.conſil. quinquageſimo, numer.
decimo,in ſecundo , Petrus de Gregorio in di-
cta quæſtione quadrageſimatertia , dico nos ha-
bere intentum , etiam , quia tractari de meritis
cauſæ tunc incipitur , quando præſentantur ca
pitula , & petitio partis , quæ merita ipſius cau-
ſæ eſt petitio , quã facit pars actrix,ut ſupradixi.

35 Et ſic ex omni capite apparet † qualiter ſen-
tentia conſiſtorij Sacræ Regiæ Curiæ , tanquam
fundata ſuper ueris , & iuridicis fundamentis de
buit confirmari per ſententiam magnæ regię cu-
rię ciuilem,& determinari,quod inſtantia decla-
retur perempta , cùm non poſſit fundari contra-
ria ſententia ſuper rationibus in contrarium ad-
ductis,nam procedunt in cauſis,ubi de iure com
muni , uel municipali ante non erat ſtatutum ini
tium inſtantiæ, ſed in terminis noſtræ quęſtio-
nis ex forma diſpoſitionis iuris communis erat
determinatum initium inſtantiæ, & per pragma
ticam non fuit aliquid in nouatum circa inſtan-
tiam,& eius initium,& licet ſublatus fuerit actus
qui deſignabat initium,remanent alij actus , qui
ſequebantur initium inſtantiæ , ſcilicet termini ,
ut fieri debeant etiam ex diſpoſitione pragmati-
cæ,iuxta naturam cauſæ , & ſic infra inſtantiam
fiebant in tela ipſa proceſſus,ita debent fieri ho-
die,cum pragmatica eos terminos debere ſerua-
ri iuxta formam ritus determinet.

Hæc mihi uiſa fuerunt deducta pro iuſtifica-
tione ſententiæ latæ per conſiſtorium Sacr. reg.
conſc.per quam fuit (me tunc in eo tribunali exi
ſtẽte Iudice)deciſum,quod ſententia declaretur
nulla,tanquam lata extra inſtantiam,& inſtantia
perempta declaretur, & ita ſequendo , & confir
mando ſententiam conſiſtorij ſacrę regiæ con
ſcientiæ fuit per trib.m.r.c.determinatum.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMN.

Tabula per ſe patet.

Omnes ſunt quaterniones, præter N, duerniones.

DECISIONVM TRIBVNALIS MAGNÆ REGIÆ CVRIÆ REGNI SICILIAE,

Pars Secunda.

D. FRANCISCO MILANENSI REGIO CONSILIARIO, & Fiſci Patrono in Tribunali Regij Patrimonij eiuſdem Siciliæ Regni AVTHORE.

LIBER SECVNDVS.

In quo de Contractu Emptionis, & Venditionis cenſus iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, & de ipſius Executione diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ obſtat Cedenti, obſtat Ceſſionario.*

2 *Amplia etiam ſi fuerit ſoluta pars.*

3 *Detentor ſoluens creditori principali, & habens ceſſionem ſoluti, non poteſt experiri iuribus ceſſis, niſi pro rata. nu. 15. & 25. Ratio quæ. n. 16. modus practicandi. num. 26. & ſeq. 29. limita, quando debitum ſpectat ad alios detentores, quia iſte eſt ſeruatus indemnis. n. 52. 53.*

6 *Amplia, quando conuenitur fideiuſſor à creditore, qui iam ſucceſſerat principali debitori, quia tenetur cedere contra ſeipſum. num. 11. contrarium in Bulla. num. 12.*

7 *Amplia, quando fideiuſſor conuentus petit rurſum ceſſionem contra confideiuſſorem. Limita, quando agitur pro cenſibus contra poſſeſſorem rei ſubiugatæ, quia non poteſt opponere exceptionem cedendarum, quando agens liberaſſet aliqua bona ſubiugata. num. 8.*

9 *Tertius poſſeſſor non accipit poſſeſſionem ea mente, vt iura ſibi cedantur, ſed fideiuſſor ſic.*

10 *Exceptio, cedendarum. quare in exceptione ex contractu bullæ non admittitur, alia fortior deducitur ratio, quàm Petri de Gregorio.*

13 *Exceptio quæ allegatur, & petitur in ipſo actu ſolutionis, vel poſt, admittitur: quia non eſt exceptio proprie, nec executionem impedit.*

14 *Cedendarum exceptio, quæ non admittitur de iure communi, non admittitur in bulla etiam.*

17 *Legitimatio perſonæ requiritur in quolibet iudicio, etiam ſummariſſimo.*

18 *Ceſſionarius nõ agit, niſi ceſſionis inſtrumentum exhibeatur.*

19 *Exceptio, Tua non intereſt, eſt exceptio quę impedit litis conteſtationem.*

20 *Ceſſionarius eſt procurator in rem propriã cedentis.*

21 *Propter ceſſionem conſequuntur omnia iura, quæ cedens habet.*

22 *Procedit etiam quod ſoluat ex obligatione propria.*

23 *Succedit in ius cedẽtis. cenſetur eadẽ perſona. n. 24.*

25 *Ceſſio non erit in tertio poſſeſſore ſoluente, & recuperante ceſſionem in totum efficax.*

27 *Illiquida vbi pars debiti eſt, tota sũma eſt illiquida.*

28 *Illiquidum non poteſt exequi.*

34 *Incerta interlocutoria, ſeu ſententia eſt nulla.*

31 *Certum ubi quid petitur, quia certa eſt ſumma in contractu, & obligatione, licet veniat deducendum id quod eſt incertum poteſt fieri executio. num. 32.*

33 *Fideiuſſor ſoluens non poteſt ab alijs confideiuſſoribus totum petere, quod ſoluit, ſed reliquum deducta rata.*

34 *De ceſſionis viribus an poſſit opponi ante factam ſolutionem. & ſeq.*

35 *Stante ſtatuto dante executionẽ inſtrumento cum pa*

ſto de non opponendo inſtrumentum poteſt exequi ad inſtantiam ceſſionarii.

36 Ritus regni hoc expreſſe diſponit.

37 Ceſſionario poteſt opponi de viribus ceſsionis, nõ obſtante ſtatuto de non opponendo aduerſus executionem inſtrumenti. 39. & 51.

38 Exequi non poteſt inſtrumentum ad inſtantiam non nominati, etiam quid tertio non nominato, ſec undarij interſit.

40 Ceſſionarius agens debet prius diſcuti, & liquidari de uiribus ceſſionis cum citatione, licet ex forma ſtatuti executio fieri parte incitata diſponatur in executione facienda pro principali.

40 In regno quomodo procedat, & intelligatur.

41 Executio plena per interpoſitionem primi decreti, vel per fideiuſſionem diſcutitur de iuribus ceſſionis ante ſolutionem.

42 De ceſſione an debeat conſtare in initio iudicij, vel in proceſſu communi, diſtingue.

43 Idem de hærede legatario, emptore, permutatore. 44.

45 Qualitas à ſtatuto requiſita debet prius probari, & de ea conſtare. & plene conſtare. num. 46.

47 Actio vbi eſt talis, quod non admittit defenſionem non intelligitur quoad qualitatem probandam, quæ tribuit actionem.

48 Spoliatorium iudicium admittit defenſionem quoad qualitatem probandam, ſe hæredem, quando compętis hæredi, vti hæredi, & quomodo. 49.

50 Statutum reijciens exceptiones non intelligitur reiecta, quando excipitur contra qualitatem à ſtatuto requiſitam.

54 Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

55 Specialiter ſubiugatum prædium, ſub quibus verbis dicatur, vt poſſit detentor rei ſubiugatæ ſpecialiter conueniri ex contractu bullæ. num. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 99.

56 Quod eſt reſeruatum principaliter in principio, vt ui deatur demandari, opus eſt, quod fiat ſpecialis mentio, & quomodo.

59 Specialis ut dicatur ſuper re impoſitio, requiritur probatio, quod talis res erat in bonis debitoris tempore obligationis.

58 Præſumptiua an ſufficiat probatio rē fuiſſe in dominio ſubiugantis tempore obligationis.

59 Bulla pręſupponit dominium ex parte ſubiugantis.

60 Contra tertium poteſt fieri executio quando ſubiugatio ſit in genere.

61 Specialiter verbum quid operetur in bulla.

62 Specialiter verbum nõ eſt poſitũ pro forma in bulla.

62 Clauſula annullatiua vbi non eſt poſita, non dicitur poſita forma. num. 63.

64 Obligatio generalis quoad omnia operatur quantum ſpecialis, quoad ſpeciem.

65 Aequale ius habet generalis, & ſpecialis obligatio.

66 Bulla pro forma non habet, quòd ſubiugatio debeat fieri ſpecialis.

67 Verba, Omnia, & ſingula bona mobilia, ſtabilia, quid operantur.

69 Bulla requirit quod cenſualis impoſitio fiat, vel ſpecialiter ſuper vno, vel aliquibus corporibus, vel generaliter ſuper omnibus bonis.

70 Fructus debent naſci ex prædio ſubiugato tot, quod ſint ſufficiẽtes ad cenſus impoſitos. aliàs etiã vſura.

71 Cautela contrahentium in contractibus eſt quod imponatur ſuper omnibus bonis.

72 Verba diuerſimode concepta in impoſitione cenſuum ſuper rebus, & quid vnumquodque pactum operetur. 73. 74. 75. 76. 77. 78.

91 Subiugatio debet fieri ſuper bonis, & proprietatibus ſuis verbis generalibus abſque eo, quod exprimatur particulariter. nu. 92.

93 Obligatio generalis etiam poteſt interuenire pro cautela & ſecuritate contrahentium, & cenſus compoſiti. nu. 94. 95. 96.

97 Hodie ſtante bulla Papæ Gregorij xiij. datur alius modus contrahendi, primo ſpecialiter ſuper vnico pędio, & deinde generaliter ſuper alijs bonis.

98 Futura bona non veniunt in ſuppoſitione bonorum, vt dicantur ſubiugata, ſed bene ſub obligatione generali bonorum. nu. 100. 104. 106. 110. 113.

99 Specialis hypotheca quando dicatur cõtracta, & quid debeat probari. nu. 101.

102 In rebus ſubrogatis non datur ſubiugatio. 107.

102 Exceptio, quod bona non erant in dominio ſubiugantis tempore ſubiugationis admittitur, & ideo agens debet pro fundamento probare hanc qualitatem requiſitam. nu. 108. 109. 111.

112 Dominium verum, vel putatiuum ſubiugantis debet probari pro tempore ſubiugationis.

114 Practica probandi fuiſſe in dominio bona per tertium poſſeſsa contra quem agitur. 115. 118.

115 Dominium præſumptiue quomodo probetur. 116.

117 Cenſus venditus iuxta formam bullæ eſt ſeruitutis impoſitio ſuper re.

119 Rem eſſe in bonis alicuius, quomodo dicatur.

120 Bona vinculata non comprehenduntur in generali obligatione bonorum, & ſubiugatione generali, & hypotheca. n. 121. 122. 123. 124.

125 Idem in bonis prohibitis alienari. nu. 127. maxime quando agitur de præiudicando tertio. nu. 126.

128 Limita, quando verba contractuũ dicunt ſuper omnibus, & ſingulis bonis, & maxime quibuſcumque, quæ verba vniuerſalia hoc operantur, cum comprehendantur. nu. 130. 132. bona ſubiecta fidei commiſſo. nu. 129. in donatione omnium bonorum comprehenduntur ſupellectilia. nu. 131.

133 Bona emphiteotica comprehenduntur.

134 Idem in legato vniuerſali omnium bonorum.

135 Feudalia veniunt in prohibitione vniuerſali.

136 Etiam in diſpoſitione vniuerſali.

137 Etiam in obligatione vniuerſali.

138 Etiam in procuratorio.

139 Etiam bona prohibita alienari. 140.

141 Etiam prohibita cum pœna.

143 Exceptio hæc, quod bona ſunt vinculata alienari prohibita, non admittitur ad impediendum executionem, & ſolutionem.

144 Verbum, Suis, quid operetur in contractu bullæ.

145 Bona licet fidei commiſſo ſubiecta ſint, reſtitutio eſt ordinata poſt mortem.

146 Poſt mortem datur reſolutio alienationum, ergo valide.

138 Grauatus eſt vere dominus etiam alienando, transfert dominium. n. 150. & eſt plene dominus. 149.

151 Pignorari poteſt res ſubiecta reſtitutioni.

152 Et hypothecari poteſt, & tenet in vita.

253. Exceptio reſolutionis poſt euentum conditionis: hæc exceptio reſolutionis dominij nõ admittitur ante ſolu-

ſolutionem.nu.154.155.156.157.164.165.
167.168.

157 *Dominus reuocabiliter poteſt facere contractũ ſubiugatorium.nu.158.*

159 *Subiugantes,& eorum hæredes non poſſunt opponere de non dominio ſubiugantis. fallit in tertio detentore,& quando. 160. ſed cautela contra tertium.161.162.163.*

166 *Cauſa oppoſitoria quæ ſit.*

166 *Articulus reiectionis oppoſitionis qui ſit,& infra quod tempus debet expediri.*

169 *Exceptio,quod poſſidet ex cauſa,& debito anteriori an admittatur. 170.171.172.*

173 *Et quid ſi pariter priuilegiatum eſt debitum pro interuſuriis cenſus debiti virtute contractus ſubiugatorij iuxta formam bullę, & Regia Pragmatica quod admittatur. 180. 181. 182. 183. 184. 185.186.*

174 *Amplia,ſi adiudicatio fuit facta citato iſto creditore modo agente.nu.175.*

176 *Amplia etiam non citato eo.*

179 *Amplia ſi citatio proceſſit per publicum proclama.*

177 *Exceptio admiſſibilis admittitur quando probatur per inſtrumenta publica.*

178 *Etiam quod eſſet ſtatutum, quod aduerſus executionem nulla admittatur exceptio.*

180 *Retentio ex cauſa anteriori aduerſus executionem debiti cenſus iuxta formam bullæ admittitur intelligendo maxime quando debitum pro quo retinere vult,eſt ex cauſa debiti anterioris, & pariter priuilegiati. 181.182.183.184.185.186.*

181 *Retentio nõ dicitur denegata,vbi denegata eſt exceptio.nu.183.184.185.*

182 *Retinendo non compenſat.*

185 *Statuto prohibente oppoſitionem exceptionis poteſt retinere iure pignoris.num.186.*

DECISIO I.

In cauſis uertentibus in magna Regni Curia inter Dominam Annam Agliata ex una, & Don Franciſcum Moncata Principem Paternionis, Margaritam Garcia, & Aiutami Chriſto ex altera,executionis cauſatæ ad inſtantiam dictę de Agliata contra Principem uti detentorem, & poſſeſſorem magni tenimenti domorum uocati di Aiutami Chriſto prętenſi ſubiugati, & hypothecati pro cauſa contractus bullaris, unc. . . . reddituum quolibet anno comparẽte etiã dicta Margarita Aiutami Chriſto pro ſuo intereſſe pro defenſione dicti Domini Principis. Antequam deueniã ad præſentis cauſæ diſcuſſionẽ,dico,ex quo dicta noſtrorum doctorum antiquorum magnæ authoritatis regni,qui ſuper materia bullæ tractarunt, non ſunt impreſſa, ideo ea ſigillatim & fideliter referam non ſolum in hac præſenti cauſa & deciſione, verum etiam & in alijs ſubſequentibus: & præcipue dicta Petri de Gregorio pro ſoceri mei.

ET quod articulum, ſeu cauſam, in qua ipſa de Agliata agebat pro executione ſui crediti contra dictum Principem ſe opponebat dictus Princeps, quòd obſtabat dictę de Agliata exceptio cedendarum,ex quo ipſa de Agliata agebat ceſſionario nomine quorundam de Graſſeo, qui conuenti fuerant,tanquam detentores,& poſſeſſores feudi di lo Arangio ſpecialiter ſubiugati, & ſoluerant creditori principali dictorum reddituum iuxta formam bullæ, & Regiæ Pragmaticæ,& habuerunt ab eo iura ceſſa,quibus experiri vult iſta de Agliata tanquam ceſſionaria d. de Graſſeo: & ſic ei obſtat exceptio cedendarum,
1 nam exceptio,† quæ obſtat,& obſtare poterat dictis de Graſſeo cedẽtibus,obſtat etiam dictæ de Agliata ceſſionariæ iuxta Bar.in l. apud Celſum. §.ſi cum legitima. ff.de doli excep.& tradita per Soc. Iun. conſ.74.nu.6.in 3. Bero.conſ.32.n,46. in 2.Gabriel.conſ.20.num.7.& conſ. 155. in pri-
2 mo in fin. vbi ampliat † etiam ſi fuerit ceſſionario ſoluta pars debiti.

Principalibus autem ſcilicet illis de Graſſeo
3 obſtabat exceptio cedendarum: quia † poſtquam ſoluerunt ipſi de Graſſeo,tanquam conuenti,ratione detentionis rei ſpecialiter ſubiugatæ, etiã quòd habeant iura ceſſa à principali creditore, nõ poſſunt eis iuribus ceſſis experiri cõtra alios poſſeſſores aliorum bonorum, etiam ſubiugatorum, & hypothecatorum pro eiſdemmet redditibus: quia quoad ratam prædij per eum de graſſeo detenti,ceſſiones ſunt ineſſicaces. per tex. in l.cũ poſſeſſor.ff.de cenſib. Capit. deciſ.51.n.8.9.

4 Et hæc † exceptio cedendarum, eſt exceptio, quæ admitti poteſt in omnibus caſibus, vbi competit,nõ obſtante ſtatuto, ſeu lege reijciente omnes exceptiones aduerſus executionem inſtrumenti. Firmat de iure communi Dec.in c.ex parte.il 2. n.7.de off.de leg.& in conſ. 104.n.2.in fi. & in conſ.99.n.2.3.4.& in conſ.447.n.1.in 4. & in conſ.27.n.1.in 1.Alex.conſ.119.n.4.in 1.Suares poſt lect.l.poſt rem iudicatam.in declarat.ll. Regni,verſic.pro euidentia.n.52.fol.642.Marſil. ſing.7.Rebuf.ſuper Inſtit.reg. Franç.tit. de litteris oblig.art.1.glo.9.nu.40.in 1.tom.Alex.conſil. 20.n.2.3.in 6.Bal.in l.ſi non ſortem.§.1.ff.de condit.indeb.Cyn.in l.quoties.C.de fideiuſſ.

5 Et † in terminis noſtris in debito bullari,quòd exceptio cedendarum admittatur,& non eſt exceptio à Pragmatica reiecta, firmat Pet. de Gregorio in ſuo tract.ſuper bulla, & Regia Pragmatica quæſtione nona, verſic.confirmatur hoc ibi in verſ.vnde ſi cauſata fuit executio virtute dicti contractus ſubiugatorij contra fideiuſſores annui iuris cenſus prædicti, & illi opponant exceptionem cedendarum actionum, talis exceptio, vtpote non impediens,nec impugnans executionem prędictam, debet admitti. ita Bald.in auth. præſente.& l.fideiuſſor.in princ. C.de fideiuſſor. quem refert, & ſequitur dominus Benedict. de Ben.in ſuo tract. de inſtrum.guarentigian.in 8.q. 3.par.& Angel.Aret.in rubr.Inſt. de actio.8.col. hæc ſunt verba Petri de Gregorio ibi, & allegabatur etiam Nicolaus Intriglol.in ſuis quæſtionibus ſuper bulla quæſtione 41.

Et licet occaſione prædictorum per Petrum
de Gregorio in loco prædicto eum ſequens præ-
dictus Nicolaus Intriglolus in ſuis centum quæ-
6 ſtionibus, quæſtione 41 tangat eam † quæſtionē
diſtinguens tres caſus, primum caſum prædi-
ctum, quem ponit Petrus de Gregorio, quando
fideiuſſor conuenitur, in quo caſu firmat cum
Petro de Gregorio ampliando hunc caſum etiā
quando conuenitur fideiuſſor à creditore, qui
iam ſucceſſerat principali debitori, quia tunc
tenetur cedere contra ſeipſum ex Paul. de Caſtr.
in l. de die. §. ſi fideiuſſor. vbi Alexan. ff. qui ſatis
7 dare cogan. † ſecundum caſum, quando fide-
iuſſor conuentus petit iurium ceſſionem contra
fideiuſſorem, ex Hyppol. de Marſil. in rubr. de
fideiuſſ. num. 28. l. fideiuſſoribus. l. vt fideiuſſor,
vbi glo. de fideiuſſorib. l. cum alter. C. de fide-
iuſſor. limitando duobus modis ex diſtinctione
Bart. in l. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duobus. ff. de fide-
iuſſ. vbi etiam eandem diſtinctionē ponit Paul.
de Caſtr. de quarum limitationum veritate di-
ſcutere non eſt præſentis ſpeculationis, ſed de
eis alibi dixi latius.
8 † Tertium caſum, quando agitur pro interuſu-
rijs, & cenſibus bullaribus contra poſſeſſorem
rei ſubiugatæ, vt ipſe tertius non poſſit oppone-
re exceptionem cedendarum contra agentem,
dato quòd ipſe agens, ſeu eius author liberaſſet
aliqua bona ſubiugata, contra quem amplius ce
di actiones non poſſunt. Allegat Neguſant. tract.
de pignor. 5. parte 3. membro num. 29. 30. in l.
iubemus. ſub num. 2. ibi, quia magis ſuccurri-
tur, vbi etiam Salycet. ad Velleian. Afflict. de-
ciſione 343. num. 4. firmat hunc tertium caſum,
prout ſupra ratione illa, qua mouentur prælle-
9 gati Doctores, quòd tertius † poſſeſſor non ac-
cepit poſſeſſionē hac mente, vt iura ſibi cederen
tur, ſed potius venit extra conſiderationem in-
tellectus: ſed fideiuſſor, quando interceſſit, ha-
buit reſpectum ad ſuam indemnitatem contem-
platione beneficij cedendarum ſuper bonis om-
nibus debitoris.

Attamen prædicti tres caſus, licet in terminis
iuris communis procedant ſine difficultate ſe-
cundum prædictos Doctores, tamen adaptando
ad terminos caſus noſtri, quando creditor agit
ex contractu redditnum, & cenſuum debitorum
10 iuxta formam bullæ, & regiæ pragmaticæ † alia
ratione, & fortiori quàm illa, quam ponit Petrus
de Gregorio, & qui eum ſequuntur, non proce-
dunt dicti tres caſus in caſu, quo agitur ex con-
tractu venditionis iuxta formā bullæ: nam prag
matica diſponit executionem paratam habere
non ſolum contra perſonas, res, & bona illorum,
qui originaliter cenſualia huiuſmodi vendide-
rint, necnon eorum fideiuſſorum, hæredum, ſeu
vniuerſalium ſucceſſorum, ſed etiam abſque ali-
qua bonorum principalis debitoris diſcuſſione
contra perſonas, & bona quorumcunque ſingu-
larium detentorum iurium, vel bonorum, ſuper
quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onera-
ta, quandiu apud eos detentio fuerit, quæ qui-
dem executio nullo falſitatis, nullitatis, aut al-
terius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri va-
leat, quomodolibet, vel differri, præter quam
realis ſolutionis, &c. quæ verba regiæ pragmati-
cæ multum ſtringunt contra prædicta firmata in
primo & ſecundo caſu, & primo contra primū,
11 nam ſi volumus intelligere † quòd creditor red
dituum agens, qui non poteſt cedere iura fide-
iuſſori, contra quem agit, quòd per hanc exce-
ptionem repellatur ab agendo: & ſic, quòd ei
agenti obſtat exceptio cedendarum: & tunc di-
co, quòd bulla, ſeu regia pragmatica reijcit hāc
exceptionem propter verba regiæ pragmaticæ,
nam licet hoc caſu de iure communi exceptione
repellatur ab agendo, iuxta tradita per Iacobum
de Aret. Cyn. & alios in l. iubemus. C. ad Senat.
conſult. Velleian. Ioan. Ronchegall. in l. reos. nu.
55. verſic. verum. & text. expreſſus eſt in l. ſicut
eligendi. C. de fideiuſſ.
12 Attamen † ex quo pragmatica reijcit omnes
exceptiones, quæ impediri faciunt, vel differri
executionem, admittendo tantum exceptionem
realis ſolutionis non eſt dubium, quòd hæc exce
ptio cedendarum facit impedire executionem,
ſcilicet ſolutionē cenſus: ideo nō eſt admitten-
da. Idem dicendum etiam in ſecundo caſu, in li-
13 mitatione ſecunda, aut † volumus intelligere de
ceſſione, quam quis petit in actu ipſo ſolutionis,
vel poſt ſolutionem, de qua videtur loqui Petrus
de Gregorio, & tunc ideo non reijcitur, quia nō
eſt proprie exceptio aduerſus actionem, nec exe
cutionem eo caſu impedit, ſed eſt beneficium à
lege prouiſum fideiuſſoribus ſoluentibus, vt poſ
ſint à creditore impetrare iurium ceſſionē, ex l.
Modeſtinus. de ſolutionib. l. cum is, qui. l. vt fide-
iuſſor. ff. de fideiuſſorib. l. cum alter. C. eod. Ron-
chegall. in d. l. reos. num. 54. in fine, vbi idem ait
in duobus reis, ex tex. in l. cum apparebit. ff. lo-
cat. & l. ſi diuiſa. C. locati. & not. in l. 1. C. de duo
bus reis 2. Bart. in l. Modeſtinus. col. 1. ff. de ſo-
lut. & ſic non poteſt dici proprie exceptio, & op
poſitio aduerſus executionem, ſcilicet ſolutionē
petitam: nam poſſumus conſequi tam poſt ſolu-
tionem, quàm in ipſo actu ſolutionis, licet pro
cautela debeat peti ante ſolutionem, vel ſolui
cum reſeruatione iurium eam petendi, etiā poſt
ſolutionem, & hoc iure vtimur in regno: quia fit
ſolutio ſeu depoſitum cum clauſula & reſerua-
tione habendi iurium ceſſionem, vel quòd non
tradantur, niſi ceſſis iuribus.
14 Alii caſus, † qui ponuntur pro limitatione, li-
cet poſſent adaptari ad caſum noſtræ pragmati-
cæ, tamen poſtquam in eis caſibus de iure diſpo
nitur, quòd nec etiam poſt ſolutionem creditor
tenetur cedere iura, cōtra alios cōfideiuſſores li
beratos de conſenſu fideiuſſoris, nec etiam quan
do eſt ei exceptioni renunciatum, vel bona libe-
rata: ideo non poteſt dici, an exceptio hæc im-
pediat, cum de iure communi non competat
hoc ius excipiendi.

Redeundo igitur ad caſum præſentis quæſtio
15 nis, † ſcilicet quando poſſeſſor aliquorum bono
rum conuentus ſoluit creditori, & impetrauit
à creditore iura ceſſa contra debitorem, alioſ-
que obligatos, & bona eorum obligata: & dein-
de experitur eis iuribus ceſſis, quòd obſtet ex-

ceptio cedendarum pro rata ſui corporis, pro cuius detentione fuit conuentus, & ſoluit tam ſupra firmata, & in debito redditnum, iuxta formam bullæ, & regiæ pragmaticæ, firmat in terminis noſtris, & tenet Antonius Lancea ſuper bulla, & regia pragmatica, Apoſtill. in verbo, ſucceſſorum. dum concludit ſub infraſcriptis verbis: Quid ſi vnus ex dictis poſſeſſoribus ſoluit totum, & habet iura ceſſa à creditore, & dirigat ſe contra alios poſſeſſores, & detentores, agatne inſolidum, an de dicta eius rata, ad quam tenebatur creditori, conueniat alios debitores pro eorum rata? argument. l. 2. C. de duobus rei. l. Neſſenius. ff. de negotijs geſtis. l. hæredes eius. §. fin. ff. famil. herciſcun. & l. 1. §. ſed vt manifeſtetur. & in §. his ita. C. de caduc. tollend. aliàs niſi fieret deductio ſuæ partis ipſius ſoluentis, contingeret perplexitas: quia in parte, ad quam tenebatur paſſiuè ante ceſſionem, modo poſt ceſſionem eſſet debitor, & creditor ſui ipſius. l. Vrannius. ff. de fideiuſſorib. & l. debitori. C. de pactis. & per Angelum Aretinum Inſtit. de ſatiſdat. §. ſecundo. num. 4. verſic. capio aliud. hæc ſunt verba Antonij Lanceæ in apoſtilla ſuper bulla. Hanc eandem apoſtillam inueni ſub Iacobo Chirco notatam ſub eiſdemmet verbis, cuiuſcunque ſit, eſt magnæ authoritatis; quia vterque eſt antiquus doctor, & magni nominis. Hoc etiam firmat Boniornus antiquus doctor ſuper bulla in tex. vendere: dum ait, ceſſionarius detentor debet agere contra alios poſſeſſores detracta ſua rata, ſecundum Capicium deciſione 51. num. 81.

16 Ratio † diuerſa à ſupradictis caſibus eſſe poteſt: quia in hoc caſu non agitur de excipiendo contra executionem & ſolutionem cenſus petitam per iſtum ceſſionarium habentem ceſſionē à creditore principali, ſed diſcuſſio tendit circa legitimationem perſonæ quoad integrum ius, & integram, & indiminutam actionem, an poſſit experiri iura contenta in contractu ſubiuga-
17 torio, qui de eo non loquitur, & in quolibet † iudicio, quantumcunque ſummariſſimo, etiam vbi proceditur, vt Deus, requiritur legitimatio perſonæ. Marant. in Spec. Aduoc. diſtinct. 9. num. 38. Oſaſcus Pedemont. deciſione prima, num. 35. & ſeq. Immo ſecundum Ioan. Petrum Surdum in conſil. 22. num. 1. in princ. ſi ceſſio-
18 narius † ageret, niſi ceſſionis inſtrumentum exhibeatur, non conſtat, quòd agentis interſit. Et
19 hæc exceptio tua non † intereſt, impedit litis ingreſſum, & partes iudicis ſunt repellere actorem à limine iudicis, cuius non intereſt: allegat Dec. conſil. 302. num. 2. & ſeq.

20 Et licet ceſſionarius videatur eſſe legitima perſona, quia procurator cedentis, licet in rem propriam, & procurator irreuocabilis dicatur. glo. in cap. 1. de procuratorib. in 6. tex. in l. illud. C. de donationib. Bartol. in l. 3. quæſtione prima, C. mandati. Gozad. conſil. 3. num. 9. conſil. 38. num. 11. Berous conſil. 187. num. 45. in princ. &
21 per ceſſionem † conſequitur omnia iura, quæ cedens habebat Portius conſil. 172. num. 34. Berous. conſil. 189. num. 19. in princ. Becius conſil. 105.
22 num. 17. † quod procedit etiam quòd ſoluat ex cauſa obligationis propriæ, prout Gutterius in allegatione ſua quarta impreſſa poſt repetit. l. ne
23 mo poteſt. & † ſuccedit in ius cedentis. l. emptor. vbi Bald. primo notab. C. de hæred. vel actio. cen
24 ſetur † eadem perſona. cap. denique. 7. quæſt. 1. not. conſil. 83. num. 10. late Ioan. Petrus Surdus in conſil. 22. num. 16. 17. 18. in princ. Attamen
25 † iura non permittunt, nec faciunt acquirentem iura ceſſa in omnibus caſibus capacem, vt omnia iura ceſſa quæſita ceſſionario poſt, vel ante ſolutionē per eum factā, quando ceſſio in eum transfertur ex cauſa ſolutionis, ſint efficacia in totum in terminis noſtris, ſcilicet in tertio poſſeſſore ſoluente ratione detentionis prædij, ex textu in l. cum poſſeſſor. ff. de cenſib. vbi licet gloſ. dicat ibi, cedi debere pro parte aliorum poſſeſſorum aliorum prædiorum, tamen Capicius deciſione 51. nume. 8. 9. ponit clarius ſcilicet in fortiori quando omnia eſſent iura ceſſa poſſeſſori conuento à creditore: & dicit quòd vigore ceſſionis poſſit pro rata tantum agere contra alios tertios poſſeſſores, & ſic fuiſſe notatum per dictum Speculatorem, cuius Speculatoris dictum allegant in titulo de ceſſione actionis. §. primo, verſiculo, ſed pone habeo. Idem firmat Antonius Lancea, & Boniornus, Iacobus Chircus ſupra allegati.

Et ſic ex prædictis habes, quòd poſſeſſor conuentus, qui poteſt conſequi iura per ſolutionem contra alios pro rata, ſi conſequitur in totum contra alios pro portione ſua, non poteſt eis experiri. & hæc opinio, & doctrina eſt recepta, & indubitata in regno, & ſemper eam ſeruari vidi à curijs, & magiſtratibus, & nunquam vidi
26 ſeruari contrarium. bene verum † quòd modus practicandi ſeruatus fuit diuerſimode: quia aliquando, & tempore initij, quo cœpi in curijs verſari, inueni ſecundum prædictam deciſionē terminarij, quòd oppoſitiones admitterentur, & ſtarent, ex quo non poteſt agere, niſi pro ra-
27 ta, quæ † non conſtabat quanta eſſet: & hæc exceptio reddebat executionem illiquidam, & ſic debitum erat illiquidum, iuxta text. in l. ſeruus quem. §. bone ſubrepto. ff. de condictio. furti. ex
28 quo textu elicitur † concluſio, quòd quando pars debiti eſt illiqnida, tota ſumma redditur
29 illiquida, & pro † illiquido non poteſt executio fieri. Bartol. in l. 1. num. 8. C. de edend. Rebuff. in conſtitutionib. regni. Franc. titulo de litteris obligat. articulo primo. Gloſſa 9. numero 7. 8. Riminal. conſil. 277. num. 26. 27. in 2. Imola in l. 2. num. 2. circa finem. ff. qui & à quibus appell. non licet. Roma. conſil. 312. Paul. de Caſt. conſil. 91. in princ. Corneus conſil. 31. in 3. Caualcan. de tutu. & curat. nu. 219. cum ſeq. late Caranit. ſuper ritu Neapol. 167. num. 15. & ſeq. vſque ad finem. & infiniti alij, quos omitto: quia hæc non eſt materia noſtra.

29 Et † ob id ſoliti erant terminare præſentem cauſam, admittendo hanc oppoſitionem ſimpliciter, & ſententiando ſimpliciter, quòd oppoſitiones ſtent: ſed ab hinc aliquot annis fuit ſeruatum, prout hodie ſeruatur pronunciari, quòd

oppoſitiones reiicerentur pro rata corporum ,
& ſic non admittendo pro reliquo , & in totum :
& deinde fit liquidatio , quantum capit rata prę-
dii per ceſſionarium poſſeſſi , deducta ea rata ,
pro reliquo exequitur contra alium poſſeſſorem
alterius prædii , quia quoad poſſeſſores per ceſ-
ſionarium conuentum non habetur reſpectus ,
an poſſideat aliqua prædia , & non omnia : nam
contra eum deducta rata prædii poſſeſſi per ceſ-
ſionarium pro reliquo conuenitur inſolidum ,
& ei ceduntur iura contra alios , & in alia de-
ciſione latius de hac materia diſcuſſi : an præ-
dia ſubiecta ſint pro rata , an inſolidum obli-
gata , vt poſſit poſſeſſor inſolidum , vel pro ra-
ta conueniri , in deciſione 13. incipiente, In tri-
bunali M. V. C.
30 Et hic † modus ſecundus pronunciandi ho-
die paſſim ab omnibus iudicibus regni in ma-
gnis tribunalibus ſeruatur : & licet poſſit dubi-
tari de validitate huius interlocutoriæ , quòd
cum ſit incerta reſpectu ſummæ , & pro non li-
quido videtur etiam incerta , & ſic nulla. iuxtà
tradita per textum, vbi Bart. & Docto. in l. 3. C.
de ſentent. quæ ſine cert. quant. tum practica ita
determinādi ſubſtineri poſſet ex illa vulgata pro
31 poſitione, quòd quia † certum quid petitur quod
eſt debitum , ex contractu ſubiugatorio ab ini-
tio promiſſum impoſitum ſuper omnibus præ-
diis ſubiugantis, & eſt ſumma certa in executio-
ne contenta aduerſus quam ſummam petitam
opponuntur exceptiones , deinde pronuntian-
do reiiciuntur pro rata , vel deducta rata corpo-
rum, intelligitur iudex reiicere oppoſitiones ſim
plicitet , & executionem , & effectum perduci ,
& ei ſolui debere deducta rata corporis poſſeſſi
per iſtum , qui ſoluendo tanquam poſſeſſor præ-
dii obligati habuit iura ceſſa à creditore , quibus
modo experitur contra alios executionem cau-
32 ſando pro rata ſumma , quia † cum ſit in con-
tractu ſubiugatorio vigore cuius agitur , pro-
miſſio certæ ſummæ & obligatio ſuper omnibus
prædiis inſolidum, & ſic certa ſumma petita pro
ea , executio poteſt fieri licet veniat aliqua ſum-
ma deducenda , quæ non ſit certa , neque liqui-
da , iuxta tradita per Soccinum , & alios in l. pe-
cuniam quam. ff. ſi certum petatur. Grammati-
cus deciſione 58. num. 21. Vrſill. Addit. ad Af-
flict. deciſione 205. num. 7. Decius conſil. 383.
verſiculo , & hoc maxime dicendo . Rebuffus in
conſtitutionib. regni Franciæ , titulo de litteris
obligatorijs , articulo ſecundo . gloſ. 1. num. 31.
Cephalus conſilio 135. num. 36. in 1. Burſatus
conſilio 104. num. 25. 26. in primo. Surdus con-
ſilio 38. num. 24. 25. & ideo iudex poteſt admit-
tere executionem , pronuntiando exceptionem
reiici deducta de ſumma petita rata corporis prę
dii per eum poſſeſſi , quod eſt conforme diſpoſi-
tioni iuris. Et prædictæ deciſionis cauſa eſt , ne
grauetur creditor ante ſolutionem facere cau-
ſam oppoſitoriam , & ſic proceſſum ordinarium,
& per iſtum modum pronuntiandi ſummatim
cognoſcitur de valore prædiorum poſt interlo-
cutoriam : quia etiam in executione prædictæ
interlocutoriæ , & in liquidatione valoris cor-
porum procedetur , prout in liquidatione, quæ
deberet fieri ſecundum diſpoſitionem ritus in
cap. 119.
33 Et hæc † exceptio cedendarum , quod debeat
admitti etiam in hac executione cauſata pro de-
bito reddituum in terminis prædictæ bullæ , &
regiæ pragmaticæ, coadiuuatur ex doctrina Bar.
in l. Modeſtinus . de ſolutionibus . vbi fideiuſſor
ſoluendo ſolidum , licet habeat iura ceſſa à prin-
cipali creditore contra alios confideiuſſores : ta-
men ea iura ceſſa non poteſt in totum exercere ,
niſi deducta ſumma eius rata portionis ei com-
petentis , tanquam fideiuſſori , licet quoad por-
tiones aliorum contra vnum inſolidum poſſit
agere . Facit doctr. Alexand. in conſil. 38. circa
finem in 5.
34 Ex † parte actricis dicebatur , quòd iſta ceſ-
ſionaria habens ius , & cauſam à principali cre-
ditore per iurium ceſſionem , licet per interme-
diam perſonam aliorum , ex quo ſumus in exe-
cutione cauſata ex contractu ſubiugatorio , &
bullari ſtante pragmatica aduerſus iura per eam
propoſita , & eius perſonam , quòd nihil oppo-
ni poſſit ex priuilegio regiæ pragmaticæ , niſi fa-
cta ſolutione , nec etiam de vitibus iurium ceſ-
ſionis de actu ceſſionis , & de eius efficacia poſ-
ſit opponi ante factam ſolutionem , ſed in alia iu-
dicii inſtantia reſeruari poſt factam ſolutionem.
35 Et primo † videbatur dicendum , nihil opponi
poſſe, nec de eius virtute, & efficacia diſcuti de-
bere ante ſolutionem , quamquam ſtante ſtatuto
dante executionem inſtrumento etiam cum pa-
cto de non opponendo poteſt exequi ad inſtan-
tiam ceſſionarii eo modo , & forma , & cum eo-
dem priuilegio , quo principalis creditor poteſt
Caſſeneus ſuper conſuetud. Burgund. titulo de
cenſ. rubrica vndecima, §. 6. in textu ibi , contra
le principal, num. 8. col. 1429. qui loquitur in cen
ſu. Suares in declarat. ll. regn. Hiſpan. poſt lect.
l. poſt rem iudicatam . verſiculo ſeptimo , folio
571. Duenas de reg. iur. reg. 277. ampliat. 3. in
1. Angel. Maſſa tract. de forma Cameræ obliga.
in ſecunda quæſtione 1. particul. oblig. folio 40.
Berons conſil. 187. num. 26. & ſeq. in 1.
36 Et hoc † procedere videtur in regno magis
plane, & clare cum habeamus diſpoſitionem iu-
ris municipalis , quod ad inſtantiam ceſſionarij
eo modo, & forma, & cum eodem priuilegio, quo
principalis creditor poſſit exequi inſtrumentum,
prout colligitur ex diſpoſitione ritus ſub Rege
Alfonſo in c. ritus 124.
37 Sed † reſpondetur , quòd priuilegium regiæ
pragmaticæ, quod dat executionem inſtrumen-
to debiti ex cauſa reddituum cenſualium , iuxta
formam bullæ perſonæ contrahenti, vt nulla poſ-
ſit opponi exceptio contra eius perſonam tan-
quam contrahentem , non extenditur ad ceſſio-
narium , ſcilicet reſpectu iurium ceſſionis , dum
excipitur aduerſus ceſſionem , quod firmo ex
38 pluribus , & primo , † nam executio priuilegia-
ta , quæ datur creditori principali nominato in
contractu , non datur ei , qui non eſt in contractu
nominatus , etiam ſi eius non nominati ſecun-
dario intereſt . Bald. in l. ſi pro te . C. de dotib.

pro-

promiſſis. Iaſon in l. tertia, in fine priuilegii.
C. de tranſactionibus, & l. ſi vnus. §. ante om-
nia. ff. de pactis. Tiraquellus tractatu, res in-
ter alios acta, fo. 15. in verſiculo, cui confine.
& Suares poſt lecturam, l. poſt rem indica-
tam. in declarationibus legum Regni Hiſpanię,
verſiculo ſecundo. fol. 586. Duenas de reg. iur.
regula 275. num.6. in 1.

Et licet tam ex diſpoſitione iuris communis,
quàm ex diſpoſitione ritus Regni videatur com
prehenſus ceſſionarius in pragmatica ex vi com-
prehenſiua ex interpretatione paſſiua aliorum
ſtatutorum, & etiam ex diſpoſitione ritus.

39 Et † in terminis bullæ firmat in Regno Aloy-
ſius de Septimo ſuper bulla, ibi, Quinto, ſi
quis ceſſionarius. Follerius ſuper bulla, verſi-
culo, tanquam res iudicata. numero vigeſimo
ſexto. Idem concludit Nicolaus Intriglolus Ca-
tinenſis in ſuis quæſtionibus bullaribus, quæ-
ſtione duodecima.

Tamen intelligitur ſecundum prædicta iura
ſi de iuribus ceſſis prius diſcutiatur, an ſit ta-
lis, qualem ſe facit, & an ei ſint translata ta-
lia iura, quibus vult experiri, quia non poteſt
gaudere beneficio ſtatuti tribuẽtis executionem
inſtrumento publico, & priuilegiatam, niſi prius
diſcutiatur de iuribus ceſſis ſecundum Boe-
rium deciſione decima, in principio. Soccinus
conſilio octuageſimonono, in tertio. Alexander
conſilio nonageſimoquinto, numero nono, in ſe-
cundo. Beltrand. conſilio vigeſimoprimo in pri-
ma primi. Carauit. in ritu Neapolitano 286. Ro-
landus à Valle conſilio vigeſimo, numero deci-
moquarto, in primo. Antonius Columbet inter
ſingul. omnium doctorum ſingul. obſtantiarum
late in terminis ſtatuti tribuentis executionem
ponit quæſtionem Brunorus à Sole, quæſtione
duodecima.

40 Et licet † ſtante ſtatuto Regni, & diſpoſitio-
ne ritus Regni ſub Rege Alfonſo in cap. 118.
Ritus diſponat, quòd executio poſſit fieri de-
bitore citato, & contumace, vel etiam non cita-
to debitore: tamen quoad executionem, quæ
fit ad inſtantiam ceſſionarij debet præcedere di-
ſcuſſio, & liquidatio, quòd iſte ſit ceſſionarius.
Marſilius ſingul. vigeſimoſexto, qui hoc ponit
in terminis ſtatuti, prout ritus: quia non licet
ceſſionario agere, niſi in primis, & ante omnia
conſtet citatis, & auditis debitoribus eos eſſe ve
re ceſſionarios: hoc firmat dicens receptam opi-
nionem Lauren. Rodulph. in tractatu cautelarũ
ſuarum, cautela 256. idem dicit Boerius deciſio-
ne decima. Ioannes Petrus Surdus in conſilio vi-
geſimoſecundo numero primo, & ſecundo in pri
mo, late quæſtionem diſputando diſcutit totam
materiam, Brunorus à Sole quæſtione vndecima
Peregrinus Iannin. tractatu de citatione reali, li-
bro ſecundo, cap. ſecundo, numero decimonono
quando pars opponit aduerſus ceſſionem: ſed in
41 Regno † intelligi liquidationẽ fieri, quando con
ſtat quòd ipſe, qui agit, ſit ceſſionarius, non cum
cognitione cauſę plenarię, ſed ſummatim in vim
extremorum, etiam abſque partis citatione, pro-
ut ſentit ex pluribus, & ſeruari in Francia, Boe-
rius deciſione decima, & quando diſcuti debeat,
vide etiam practicam, quam ponit Suares in de-
clarat. legum Regni in l. poſt rem iudicatam. in
prima extenſione, numero tertio, fol. 554. Ioan-
nes Baptiſta Aſinius in tractatu de executionib.
in prima parte, cap. vigeſimonono, numero de-
42 cimoquarto, & ſeq. deinde † plena executione
diſcutitur in viribus ceſſionis ante tamen ſolu-
tionem, etiam in debito bullæ, & nos in Regno
hoc iure vtimur, quod de ceſſione diſcutitur
poſt adimplementum per interpoſitionem pri-
mi decreti, vel præſtita fideiuſſione per debito-
rem, quia extunc debitori facultas datur oppo-
nendi, & deducendi exceptiones ſuas infra
dies quindecim, & prædicta practica intelligi-
tur ſecundum diſtinctionem illam doct. an de-
43 beat † de ceſſione conſtare in initio iudicij, vel
in proceſſu cauſæ: dicitur per Ioannem de Ami-
cis in conſil. vigeſimoquarto, in prima columna,
quòd aut agit nomine proprio vti ceſſionarius,
& ſufficit conſtare in proceſſu cauſæ, & non in
initio iudicij, & ſi non exhibetur in principio iu-
dicij valet, & tenet iudicium, & proceſſus: aut
agit ceſſionarius nomine cedentis, & debet con-
ſtare in initio litis. ita etiam latius diſtinguit, &
examinat hunc punctum Ioannes Petrus Surdus
in conſilio vigeſimo ſecũdo, numero decimoocta
uo, verſiculo nõ obſtat igitur. & numero decimo-
nono, in primo, & plures alij, quos ipſe allegat,
44 vbi idem † dicunt dici debere in hærede agente
legatario emptore, & permutatore; & dicit etiã
hanc diſtinctionem eſſe magis communem, ex
Alexandro in l. Ariſto. numero quarto. ff. de ac-
quirenda hæreditate. poſt Bart. numero decimo
tertio Bald. numero decimotertio. in l. 1. C. de
actionibus & obligationibus. Alber. in l. vltima,
C. de eden. Aret. in cap. primo, vbi Felin. num.
28. de probationibus. Octauia. Cacher. deciſio-
ne Pedemont. deciſ. 58. num. 4. verſiculo, non ob-
ſtat. Peregrinus Iannin. tractatu de citatione rea
li, libro ſecundo, cap. ſecundo, numero quarto
vſque ad nonum, & ſeq. vbi ponit materiam &
modum practicandi.

Comprobantur predicta, quia cum contractus
de eo non loquatur ad hoc, & ad eius inſtantiam
exequatur, oportet, quòd conſtet de qualitate
tribuente ei executionem ſcilicet quòd ſit ceſ-
ſionarius, & talis vt ſtatutum, ſeu pragmatica
de eo loquatur ex ui comprehenſiua ex diſpoſi-
45 tione alterius ſtatuti, & ſic qualitatem † ab alio
ſtatuto requiſitam debet prius probare, & de ea
conſtare, & ante factam ſolutionem. Decius con
ſilio 524. num. 1. & conſilio 586. num 7. conſilio
439. num. 3. conſilio 356. num. 4. conſilio 222.
num. 2. Berous conſilio 142. num. 11. in 3. nota-
tur in cap. ſi clericus. num. 7. & ſeq. de foro com
petenti, vbi Felinus, & alij. Afflictus in conſtitu-
tionibus Capitaneorum, ubi Follerius etiam nu-
46 mero 10. vſque 14. Et debet † plene de qualita-
te conſtare. Celſus conſilio 63. num. 1. conſil. 71.
num. 9. uerſiculo addebam. late Decius conſilio
12. numero 14.

47 Nec obſtat, † quòd actio, quæ eſt penes eum
ceſſionarium, eſt talis, quæ non admittit defen-

ſionem rei ante ſolutionem, ſed reſeruet poſt ſo-
lutionem: quia non intelligitur quoad qualitaté,
quam requirit ſtatutũ vt beneficio ſtatuti quis po
tiatur, iuxta tradita per Doctores in fortioribus
48 terminis, ſcilicet in ſpolio, † vbi non admittitur
probatio dominij, nec meritorum, nec auditur
ſpolians in ſuis defenſionibus, & in ſtatuto con-
tiuuante poſſeſſionem in hæredem: qnia clauſula
hæreditaria ſcilicet, quòd ſit hæres, verificari de
bet cum cauſæ cognitione, & connentus debet
audiri, & propter talem verificationem, & au-
dientiam Doct. appellant illud non eſſe merum
poſſeſſorium, ſed mixtum, prout ponit Baldus in
conſilio 141. in primo, conſilio 330. eod. Alexau
der conſilio 7. in 6. Berous conſilio 101. in tertio,
Contard. in repet. l. vnice. §. 2. C. ſi de momenta.
49 poſſeſſ. fol. 93. & † quomodo diſcutiendum ſit
hac qualitate à ſtatuto requiſita in ſimilibus iudi
cijs ſummarijs, & vbi denegatur audientia, an
plene cum plenis probatiouibus, cum terminis,
& proceſſu, vel ſummarie, & incidenter late dixi
in cauſa poſſeſſorij Marchionatus Iarratanæ, vbi
vide reſolutionem lib. 1. deciſ. 3. ex quibus con-
cludes, quòd hęc qualitas ceſſionis debet proba-
ri, diſcuti, & audiri contradicens, licet ſumma-
tim, & non cum proceſſu, ſed iuxta naturam cau
ſæ: bene verũ, quòd plena prius executione con-
uentus circa verificationé, & probationem iſtius
qualitatis auditur in eo, quod contra eum obij-
cit, & de obiectis diſcutitur, & cognoſcitur ante
factam ſolutionem, & non poſt factam ſolutio-
nem in alia iudicij inſtantia, quia hæc exceptio
non reſeruatur diſcutienda, prout reſeruantur
aliæ, quæ excipiuntur aduerſus merita exceptio-
nis, & iuris in ea deducti.

50 Corroborantur prædicta etiam, quia † ſtatutũ
requirens aliquam qualitatem, ut inſtrumentum
poſſit executioni mandari, quando ſtatutum reij-
cit oppoſitiones, non intelligitur reijcere exce-
ptiones tendentes contra illam qualitatem. Bar.
in l. diuus. ff. de teſtamento militari. Abb. in cap.
item cum quis. de reſtitutio. ſpoliat. vbi Berous
num. 27. Felinus in cap. ex parte. num. 6. verſic. 2.
fallit de officio delegati, vbi Decius num. 5. in ſe-
cunda fallentia, & in conſilio 119. Pedemontan.
deciſ. 122. num. 2. Guid. Papa tractatu de litteris
compulſorijs, q. 1. num. 2. 3. in 3. vol. tract.

51 Et † in terminis caſus noſtri firmat Aloyſius
de Septimo ſuper bulla, ait quinto. ſi quis ceſſio-
narius poteſt opponi contra ceſſionem, maxime
quia tunc fundat ſe non ex ſubiugatione tantum,
ſed etiam ex coutractu ſubiugatorio, & ceſſione,
hæc ſunt verba Aloyſij de Septimo.

Et etiam in terminis bullæ firmare videtur An
tonius Lancea ſuper bulla, ſuper verbo, quæ qui-
dem executio, verſic. admittitur etiam, vbi ait,
admittitur etiam contra iſtud ſtatutum, quando
aliquis eſt ceſſionarius, videlicet quòd uõ eſt ceſ-
ſio, iſta exceptio admittitur. Bald. iu l. cum pro-
ponas. C. quomodo & quando iud. Alex. in l. 1. §.
ſi vir vxori. ff. de acq. poſſ. & in l. plane. ff. de pet.
hæred. Bald. in l. 1. C. de iuris & facti igno. & idé
in l. 1. C. quomodo & quando iud. per quæ uerba
Lancea ita concludit.

Idem Mont'altus Doct. Regni magnæ autho-
ritatis, & antiquus dicit in annotat. bullæ, pone
quòd alicui facta eſt ceſſio alicuius contractus
ſubiugatorij: & dum ceſſionarius uellet facere
executionem, excipitur de uiribus ceſſionis, quia
non ualebit, uel alio quoquomodo, non obſtante
priuilegio bullæ, iſta exceptio admittitur. Vide
Bald. in l. per diuerſas. C. mandati. & in magna
regni curia ita fuit iudicatum, quòd admittatur.
hæc ſunt quæ Mont'altus ponit.

Replicabatur etiam ex parte iſtius de Agliata
52 aduerſus prædictam exceptionem cedendarũ, †
quòd licet reſpectu creditoris, plura prædia di-
cantur obligata in contractu ſubiugatorio uendi-
tiouis reddituum, tunc oumes obligati inter ſe
dicuntur fideiuſſores, ita ut tam reſpectu bono-
rum, quàm reſpectu eorum, ad quos debitum nõ
ſpectat, dicantur obligati: ſed in terminis no-
ſtris illi de Graffeo, uel eius prædeceſſores, qui
ſimul ſubiugarunt cum principali, ad quem de-
bitum principaliter ſpectabat, ſubiugarunt con-
templarione ipſorum de Aiutami Chriſto, & de-
bitum ad eos ſpectabat, & ita declarare fecerunt
faciendo ſibi indemnitatem promittere, & eos,
eorumque bona indemnes ſeruare. Quo caſu in-
ter eos non dicuntur fideiuſſores: nam principa-
les, & eorum bonorum poſſeſſores tenentur alios
correos, & eorum bonorum poſſeſſores ſeruare
indemnes, & ſiue damno, ita ut eis ſolnentibus
contra principales, & eorum bonorum poſſeſſo-
res poſſint ea iura experiri, & uti iuribus eis ceſ
ſis à principali creditore reddituum, iuxta tradi
ta per Bartolum in l. Modeſtinus. ff. de ſolut. non
53 obſtat iſto † caſu exceptio cedendarum, cum de
bitum ſpectet ad eos, etiam ſecundum dictam l.
Modeſtinus. dico eſſe in totum efficaces actio-
ues, quas recuperauit à principali creditore ſtan-
te ſolutione facta per eum conuentum, tanquam
detentorem alterius prædij obligati cum ſerua-
tione indemnitatis, iuxta tradita per Alexandrũ
in l. ſi res obligata. in fine. ff. de leg. 1. Neguſant.
tractatu de pignorib. 3. membro principali, num.
27. par. 5. priucipalis. & licet obligatio indemni-
54 tatis † nõ fuerit facta iſti poſſeſſori iſtius prædij
obligati, tamen ius excipiendi tranſit ad quem-
libet ſingularem ſucceſſorem rei, pro qua eſt pro
miſſa ſeruatio indemnitatis. l. fin. de exceptio.
rei iudicatæ. Crauett. conſilio 148. in primo. Pla-
centi. conſilio 36. num. . . . . lib. 3. Soccinus con-
ſilio 121. num. 16. in primo. Boerius deciſione 53.
num. 17. Imol. couſilio 128. circa finem, late Bar.
in l. ſi tertius. in §. ſi quis prius. num. 6. ff. de aqua
pluuia arcenda. Tiraquellus de retractu lignag.
Glo. 1. glo. 9. num. 139. §. 13. Glo. 1. num. 20.

Et in hoc puncto fuit aliàs ita deciſum per ma
gnam Regni curiam in fortioribus terminis, ſci-
licet in fauorem obligati in contractu reddituum
inſolidum cum alio principali, & ad alterum tan
tum ſpectabat debitum, quia ſeruauerat eum in-
demnem: nam iſte, ad quem non ſpectabat de-
bitum, & habuerat ſeruationem indemnitatis,
ſoluerat creditori principali, uel habentibus iu-
ra ceſſa ab eo, & deinde ſe direxit cum illis iuri-
bus ceſſis contra poſſeſſorem bonorum princi-
palis

palis debitoris poſſeſſorum per tertios, non obſtante quòd ſe opponeret de exceptione cedendarum. Fuerunt oppoſitiones reiectæ: & etiam in cauſa cuiuſdam de Suppa contra Carolum Crobulla in magna Regni curia in menſe Februarij, quarta indictione 1591. in proprijs terminis noſtris fuit idem deciſum, quòd oppoſitiones reijcerentur in totum.

55 Secundo † principaliter dicebatur, quòd in contractu ſubiugatorio, & uenditionis redditnũ non erat ſubiugatum prædium hoc ſpecialiter, pro cuius detentione conuenitur princeps, & ſtante pragmatica diſponente executionem inſtrumenti, & contractus cenſus iuxta formam bullæ dari tantum contra detentorem, & poſſeſſorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, ſeu oneratæ, pro ut ex uerbis pragmaticæ. Sed hoc motiuum fuit reſolutum ex dictis Doctorum Regni, dum diſcutiunt in materia bullæ, quomodo intelligitur ſpecialiter ſubiugata, ſeu onerata. In hoc noſtri Doctores antiqui Regni determinarũt modo infraſcripto. Petrus Rizati antiquus Doctor apoſtillans uerbum, ſingulariter, & uerbum, ſpecialiter, dicit uerbum, ſpecialiter, ponitur hic cauſa demonſtrationis, & non pro forma. Quo caſu ſufficit, quòd taliter res demonſtretur, quòd ſit certe ſubiugara, vt not. dictus Alexander poſt alios in l. prima, ff. de liberis & poſthumis. ad quod etiam facit, quòd illud, quod dicitur ſpecialiter nominatum exprimi, quod fit per verbum uniuerſale omnia generaliter, ut dicendo, ſubiugo omnia bona mea ſtabilia, & mobilia. l. Titius. in principio. ff. de liberis & poſthumis. & ibi dominus Alexander ubi dicit, quòd licet renunciatio caſuum fortuitorũ debeat fieri ſpecialiter, tamen dicitur ſpecialiter, ſi generaliter quod aſſumit in ſe omne periculum caſuum fortuitorum ſecundum magis communem opinionem: eodem modo in exhæredatione: nam debet fieri nominatim, & ſpecialiter, ut ualeat, ut Titium filium meum exhæredo, cum plures habeat: tamen dicitur fieri nominatim, ſi dico omnes filios meos exhæredo. dicta l. Titius. & ibi Alexander, pro quo facit etiam quod tantum operatur obligatio generalis, quoad omnia, quantum ſpecialis quoad ſpeciem. l. ſecunda. & ibi Bartolus C. de pignoribus. & æquale ius habet generalis, & ſpecialis obligatio. l. ſecunda. C. de pignoribus. ibi & æquale ius, & l. ſi plures. & l. ſi duo. ff. de adminiſtratione tutorum. & not. in cap. primo. de exceſſibus prælatorum. & ſic caſu, quo non eſſent in contractu ſpecialiter obligata, ſed tantum generaliter haberet locum bulla per iura ſuperius allegata. hæc firmat prædictus Petrus Rizari.

Quam apoſtillam ſubſequitur apoſtilla Blaſij Lanceæ ſuper his verbis, ſuper verbo, & ſingula mobilia, dicas, quòd verbum, omnia & ſingula, habetur pro genere, mobilia & ſtabilia habentur pro ſpecie, uti magna Regia curia decidit per l. primam, ſecundam, & tertiam. ff. de liberis & poſthumis. Facit l. quamuis. la prima. C. de pignoribus.

Antonius Lancea magnus Doctor Regni ſuper bulla ſuper verbo, ſpecialiter onerata, dicit, an referatur ad uerbum executionis ſuprapoſitum, hoc eſt quod ſufficiat reperiri ſpecialiter onerata tempore executionis, an vero ad uerbum quorumcunque detentorum, hoc eſt quòd requiratur eſſe ſpecialiter onerara tempore acquiſitæ detentionis, vt ſubiugatio teneat quoquomodo intelligatur, vide l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pignorat. actio. l. ſecunda. de pignoribus. & videtur procedere per modum formæ dando modum procedendi via executiua contra tertios, nec ſufficit generalis. vide Alexandrum in l. filiusfamilias. §. ſi vir in quinquennium. in tertia columna. ff. ſoluto matrimonio. adde Philippum Decium conſilio vigeſimo, in penultima columna. Igitur de iſta dictione, ſpecialiter, uide Iaſonem in l. omnes populi. in antepenultima columna. de iuſtitia & iure. ſed hęc opinio non recipitur ab omnibus, ut infra dicetur.

Sed alibi, idem Antonius ſuper uerſiculo, & nota, ſuper uerbo, ſpecialiter onerata, quòd aliqui tenent, quòd ſicut dicit, quòd in genere ſit obligata, cum in eis uerificetur obligatio. dicendo, omnia bona mea. per l. 3. ff. de liberis & poſthumis. ubi filius nominatim debet exhæredari, tamen ſufficit, ſi dicatur omnes filios meos, quia ualet hoc, ac ſi nominatim eſſent exhæreditati. contrarium dicitur per notata per Alexandrum in l. prima. ff. de legatis primo. numero uigeſimotertio, in prima & ſecunda quæſtione. in l. ſi filiofamilias. §. ſi uir in quinquennium. ff. ſoluto matrimonio. quia nõ habet locum in correctorijs.

Sed Blaſcus Lancea magnus Doctor in Regno ſuper bulla in eodem uerſiculo, ſpecialiter, dicit quod ſi eſſent omnia bona ſubiugata in genere, an idem iuris ſit, uide per Iaſonem in decima columna. in l. prima. ff. de uulgari & pupillari. dum tangit, an illud quod exprimitur in genere, ſit eiuſdem effectus, ac ſi fuiſſet expoſitum in ſpecie, & ibidem declarat quomodo intelligatur aliquid ſpecialiter exprimi, de quo per Bartolum in l. prima. in fine. & ibi Baldus per alios. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. & per Iaſonem in l. ſi quando. §. generaliter. C. de inofficioſo teſtamento. & per eundem in dicta l. prima. & quid iuris quando ſunt obligata omnia, & ſingula bona, uide per gloſſam, & Doctores in cap. ut circa. de electionib. in 6. omnia, & ſingula bona, per Corn. conſilio 49. in prima columna, tertio uolumine. Alibi dicit Blaſcus Lancea, quando ſunt obligata, & ſubiugata omnia, & ſingula bona, dic, quod operatur ſpecialem expreſſam, uide Franciſcum Areti. in conſilio 114. incipiente, in præſenti conſultatione. in tertia columna, & Franciſcum Curtium in ſuo tractatu de feud. car. 3. ſub eiſdemmet uerbis ponit Philippus de Paternione doctor Regni antiquus ſuper bulla.

Et idem Blaſcus ſuper dicta bulla in fine hunc punctum latius explicando ſub his verbis concludit, in quantum bulla, & Regia pragmatica dicit, quod poſſit fieri executio contra tertium detentorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, quomodo in-

do intelligatur illud uerbum, ſpecialiter, dico, quòd intelligitur ſemper, quod eſt dictum ſubiugo omnia bona mobilia, uel ſtabilia, ita ut non requiratur, quod dicatur de certo ſingulari corpore. ita Bartolus & alij per illum textum in l. prima. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. ubi dicitur, quòd ſubiugatio ſpecialiter facta, intelligitur ſemper quòd ſit ſuper aliqua ſpecie bonorum, puta mobilia uel ſtabilia, & ſic de ſingulis, licèt non ſit facta ſingulariter, uel indiuidualiter ſuper certo determinato corpore ſeu prædio, ita ut ſufficiat, quòd ſpecies bonorum ſubiugatorum in ſubiugatione ipſa exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem, ad hoc, ut dicatur talis ſubiugatio ſpecialiter facta, non autem requiritur, quod fiat, & fieri debeat ſecundum ſuam ſingularitatem, & indiuiduitatem. pro hoc allego textum in l. finali, C. quod cum eo, ubi Bartolus expreſſe dicit, quòd ſemper, quod ſcholaris renunciat omni priuilegio fori ſui, licet non exprimatur de illo priuilegio fori, quod habet tanquam ſcholaris, quod dicitur talis renunciatio ſpecialiter facta: ſecus, ſi diceretur renuncio omni priuilegio uel omni exceptioni, non tranſcendendo ad certam ſpeciem priuilegii, uel exceptionis, quod tunc diceretur generaliter facta, ut ibi per eum. per Baldum in l. generaliter. C. de numerata pecunia. ubi ponit, quando dicitur facta in genere, & quando in ſpecie, & quando indiuidualiter. Præterea illud verbum, ſpecialiter, poſitum in pragmatica recipit interpretationem à iure communi. l. ſecunda. C. de noxal. actio. l. finali. §. in computatione. ubi gloſſa in verbo, confunditur. & ibi Doctores C. de iure deliberandi. & Paulus Caſtrenſis in conſilio 102. quod incipit, non eſt dubium. & Baldus in rubrica C. qui accuſare non poſſunt. in penultima columna. in uerſiculo, quæro ſi ſtatutum. & tanto magis, quia bulla, & Regia pragmatica concernit fauorem publicum, & publicam negotiationem: quia tunc etiam recipit interpretationem in perſonam, & largam. l. huiuſmodi. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. not. in l. cætera. §. penultimo. ff. de legatis primo. & Bartolus in l. quemadmodum. in uerbo, de hoc patet. C. de agricolis, & cenſit. libro vndecimo, & Paulus Caſtren. in conſilio 23. incipiente, viſo proceſſu. in tertia columna. per l. gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de muneribus, & honoribus. & quod bulla fuit facta ad publicam utilitatem, patet ex eius lectura, ſed de iure communi uerbum, ſpecialiter, exponitur, ſcilicet expreſſe. l. finali. iuncta gloſſa C. quod cum eo. ſuper uerbo, ſpecialiter, & in l. negotium. C. de negotijs geſtis. & ſic fuit ſenſus, quòd illud uerbum, ſpecialiter, erit exponendum, ideſt, expreſſe: ſed ſic eſt ſemper, quòd ſubiugatio eſt facta ſuper bonis mobilibus, & ſtabilibus, dicitur, & intelligitur facta expreſſe ſuper illis bonis: ergo habet ſemper locum pragmatica, licet non eſſet facta ſingulariter, & indiuidualiter. ita Doctores in dicta l. 1. 2. & l. Titius. ff. de liberis & poſthumis. allegatur per hoc capitulum, quòd translationem. & ibi Barbatius

in tertia columna, in uerbo, nota ibi ſine ſpeciali
56 mandato eſſe. de officio delegati. † ubi dicitur,
quod ad hoc, ut illud, quod eſt reſeruatum principaliter in ſingulari priuilegio uideatur demandatum, opus eſt de eo fiat ſpecialis mentio ſecundum eam ſpecialitatem, non autem ſecundum ſuam ſingularitatem. per Bartolum in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. in ſecunda columna. faciunt, ut per Ioannem Andræam in cap. nonnulli. de reſcriptis. per Baldum in l. edita actio. in 25. colum. C. de edend. & in cap. mandare. de reſcriptis. & quod ibi per Compoſtellam, & Barbatium in cap. aduerte. de reſcriptis. extat in ſpecie conſilium Oldradi in conſilio 300. in penultima columna. & Soccin. in conſilio 300. in ſecunda columna. Philippus Decius in conſilio 20. 3. col. in primo uolumine.

57 Adde, † quòd ad ſubſtantiam, ſeu ad eſſe ſpecialis hypothecæ, ut ſuper certa re conſtituatur, requiritur probari ex parte creditoris, quòd talis res erat in bonis creditoris tempore obligationis, ſeu ſubiugationis ſecundum Doctores. Angel. in l. 1. §. cum prædium. & l. quæſitum. §. fin. ff. de pignoribus. & gloſ. & Doctores in l. 1. ſuper
58 gloſ. in uerbo, difficilis. ff. de pignoribus. † ſed
an ſufficiat præſumptiua probatio, quod erant in dominio ſubiugantis per Baldum, & alios in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Angel. Inſtit. de actio. §. item ſeruaui. in 9. car. Speculat. in titu. de pignor. §. cæterum. in 2. & 3. col. & hoc uidetur
59 ſentire bulla, dum dicit † quòd executio habet
locum contra perſonas, & bona illorum, qui originaliter bona ipſa ſubiugauerunt, & præſupponit dominium penes ſubiugantem. & hoc colligitur ex illa bulla, & regia pragmatica in multis partibus eam recte intuendo, ſic quod non dominus non poteſt ſubiugare in præiudicium domini. l. prima. in principio. & ibi gloſſa ff. de pignoribus. cum ſimilibus. & iſta exceptio oritur originaliter, & ſemper admittitur ſecundum doctrinam textus, & Doctorum in l. eum, qui ita §. qui ita. ff. de uerborum obligationibus. & in l. ex prædiis. C. de euictionibus. ita ut ſemper quis opponit, & dicit bona ſibi ſubiugata non fuiſſe in dominio ſubiugantis, tempore ſubiugationis, ſemper admittatur, & ita utitur magna Regia curia, & tanto magis talis exceptio admitti debet, quia bulla uult, quòd contra executionem inſtrumenti bullæ non audiantur exceptiones, & hæc oppoſitio uenit contra inſtrumentum, quod non contineat ſubiugationem de tali prædio, quod tunc non erat in dominio ſubiugantis, per doctrinam Bartoli in l. ſi filius. ff. quod cum eo. & Baldus in l. ſecunda. Cod. de exceptionibus rei iudicatæ. & Doctores in l. prima. Cod. de iuris & facti ignorantia. ubi faciunt diſtinctionem, & uim maximam, quando ſtatutum denegat defenſiones aduerſus inſtrumentum, alias aduerſus executionem, uel aduerſus liquidationem extremorum.

60 Immo † & plus dici poſſit, nec eſſet ponere os in cælum, quod ſi eſſet ſubiugatio in genere, ſine aliqua expoſitione alicuius prædii bonorũ,

ut puta

vt puta dicendo, ſubiugo omnia bona mea,
quod adhuc locum habet bulla contra tertium
poſſidentem aliquod bonum de bonis ſubiu-
gatis. ſic non eſt neceſſe, vt ſubiugatio ipſa ſit in
ſpecie facta ad hoc, vt contra tertium poſſiden-
tem bona ſpecialiter ſubiugata poſſit cauſari
executio virtute bullæ, non obſtante, quòd
bulla dicat, contra tertium poſſidentem bona
ſpecialiter ſubiugata executio procedat: quia
61 illud verbum, † intelligitur appoſitum cau-
ſa demonſtrationis, & ad finem probandi, &
demonſtrandi ipſam ſubiugationem, & bona
ipſa ſubiugata, non obſtante, quod ſit de for-
ma: quo caſu ſufficit, quòd res ſit ſubiuga-
ta, nec curatur de modo certificationis. tex-
tus eſt in l. prima, & ſecunda, ff. de liberis &
poſthumis, vbi Bartol. Alexand. & alij in l. no-
minatim. ff. de conditionib. & demonſtrationi-
bus. l. certum. ff. ſi certum petatur. & quòd hoc
62 ſit verum, quòd non ſit poſitum pro forma † pa-
tet, quia tunc dicitur poſitum pro forma, quan-
do bulla dictaret, quòd aliter facta ſubiugatio,
quàm ſpecialiter de certa ſpecie bonorum, non
valeret contra tertium, nec ipſum obligaret: ita
vt eſſet appoſita clauſula decreti annullatiua.
ita Alexand. in d. l. 1. ff. de liberis & poſthumis.
63 vbi dicit ſemper, quòd non eſt poſita † talis
clauſula, tunc ſtat ad finem certificandi, ſeu pro-
bandi, & demonſtrandi: ſufficit rem taliter de-
monſtrari, quòd ſit certa. non curatur tunc de
modo certificandi, ſiue fiat per genus, ſiue per
ſpeciem, ſiue per indiuiduum. dicta l. 1. pro quo
64 facit, quod tantum facit, † & operatur obligatio
generalis, quoad omnia, quantum ſpecialis quo-
ad ſuam ſpeciem. l. alumnus. & ibi Bartol. C. de
pignorib. & l. quamuis. eod. titulo, & ibi dici-
65 tur; † quoad æquale ius habet generalis, & ſpecia
66 lis obligatio, ſiue hypotheca. & quod bulla † nõ
requirat pro forma ſubiugationis fieri debere
ſpecialiter, & ſic ſit obligatus tertius detentor:
ſed ſufficit eſſe factam in genere, patet ex eius
lectura in multis partibus, & maxime ibi, dum
dicit ſuper rebus & proprietatibus ſuis, ac fa-
cultatibus, & emolumentis eorundem, & ſimi-
liter hoc dicit in verbis proxime ſequentibus, &
67 in pluribus aliis partibus. Quid iuris † quando
eſt dictum omnia, & ſingula mobilia, & ſtabi-
lia, dic quòd tunc eſt indiuidualiter, & ſingu-
lariter ſubiectum, & ſecundum gloſſam in cap.
vt inter omnia, & ſingula. de electionibus. in 6.
& ſic illud verbum; omnia, & ſingula, importat
indiuiduam ſpecificationem: an ex eo, quod il-
68 lud, quod † diſponit bulla, ſcilicet executionem
cauſari poſſe contra tertium detentorem bono-
rum ſpecialiter obligatorum, eſt contra ius com
mune, ſi iſta ratione attenti illud verbum ſpe-
cialiter debet intelligi, ſcilicet ſingulariter, &
expreſſe indiuiduo. Vide Angelum in authent.
de hæred. & falcid. §. ſi vero. expreſſim ſupra-
dicta omnia firmantur per Blaſium in loco præ-
allegato.

Et quia ponuntur prædicta omnia ſub eiſdem
verbis, & ſyllabis in apoſtillis ſuper bulla ſub
nomine Philippi de Paternione antiqui docto-
ris regni, & in omnibus apoſtillis, quæ etiam
ponuntur ſub nomine Blaſij Lanceæ, ſub eiſdem
verbis ponuntur ſub nomine Philippi de Pater-
nione, dubitatur cuius ſint apoſtillæ Blaſij, an
dicti de Paternione: tamen quia vterque fuit
doctor celeberrimus in regno, & magnæ au-
thoritatis, cuiuſcunque ſint, dicendum eſt,
vtrumque eandem opinionem ſecutum fuiſſe.
Petrus de Gregorio in ſua lectura ſuper bulla,
in hac difficultate, in quæſtione quinta, verſi-
culo, tertio requiritur. ponit modo infraſcri-
pto.

69 Tertio † requiritur, quòd hæc annua iura cen
ſualia imponantur, vel ſpecialiter ſuper vno,
vel aliquibus corporibus, vel generaliter ſuper
omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iu-
ribus, & rebus eorum, &c. vel venditoris, vel
ſubiugantis: quod patet ex his verbis Apoſtoli-
cæ bullæ dicentis ſuper domibus poſſe. & pro-
prietatibus ſpecialiter, vel generaliter ſuper om
nibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus,
& rebus eorum: eſt bene verum, quòd ſi fiat ſu-
70 per vno † corpore ſpecialiter tantum requiri-
tur, quòd ex tali corpore producantur tot fru-
ctus, ſeu redditus à ſolo ſeparati, qui ſufficiant
ad totam ſummam annualium iurum cenſualium
impoſitorum quolibet anno ſuper toto corpore
ſubiugato: aliàs ſequeretur contractus vſura-
rius, aut illicitus, quia talis venditio excederet
decimam partem fructuum, ſeu redditῦum pro-
uenientium ex illo corpore ſubiugato. ita dixit
Laurentius de Rodulphis in dicto ſuo tractatu
de vſuris, 12. quæſtione, prima parte, & Guido
Papa in dicto ſuo tractatu, de contractibus illici-
tis, ſexta colum. & ſeq. verſiculo, quod ſi vendi-
71 di, & † ideo cauti contrahentes hodie conci-
piunt verba cõtractus ſubiugationis iurium cen-
ſualium ſuper omnibus bonis ſtabilibus Burgen-
ſaticis, & feudalibus, ſpecialiter, & expreſſe ſu-
per aliquo, vel aliquibus corporibus melioribus
ſuis confinibus deſignatis. Per quæ verba effu-
giunt hanc difficultatem, vnde licet hodie con-
tingere poſſet reſpectu principalis ſubiugantis,
poſſet tamen accidere reſpectu plurium hære-
dum, & ipſius, qui poſſideret diuerſa corpora
ſubiugata, vel etiam poſſet accidere reſpectu
tertii poſſidentis aliquod corpus ſpecialiter ſub-
iugatum, quod non ſufficeret ad ſoluendum to-
tum ius cenſus ſuper redditibus, & fructibus ex
eo prouenientibus quolibet anno, prout infra di
cam in ſexta quæſtione principali, in tertio pri-
uilegio, in verſiculo, tertio aduertendum eſt,
quòd licet, &c. in quo loco tangens eundem pun
ctum concludit modo infraſcripto.

72 Tertio † aduertendum eſt, quòd licet ex for-
ma bullæ poſſent huiuſmodi iura imponi ſuper
domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpe-
cialiter, vel etiam generaliter ſuper omnibus
bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & re-
bus venditis, eo caſu dicuntur impoſita generali-
73 ter. Si vero imponantur † ſuper domibus, & poſ-
ſeſſionibus, & proprietatibus eo caſu dicuntur
ſpecialiter onerata, & non generaliter. Iſta pro-
prie dictant verba bullæ.

74 Igi-

74 Igitur, ſi verba † contractus venditionis di-
ctant, quòd Titius vendidit alia iura, & imponit
ſuper omnibus bonis ſuis, talia bona dicuntur
75 generaliter ſubiugata. Si vero † dictant ſuper
omnibus bonis ſuis ſtabilibus, eo caſu tranſeunt
ad ſpecies bonorum, quæ prædicantur de bo-
nis ſtabilibus, & dicuntur talia bona ſtabilia
ſpecialiter onerata, quod ſatis colligitur ex
mente bullæ, dum dicit ſuper proprietatibus,
76 † quæ proprietates ſunt proprie bona ſtabi-
lia, quia in bonis mobilibus non cadit proprie-
tas diſtincta ab vſu fructu, vt in toto titulo
de vſu fructu earum rerum, quæ vſu conſum.
77 Si vero dictant † verba contractus ſuper om-
nibus bonis ſuis ſtabilibus, Burgenſaticis, feu-
dalibus, eo caſu magis clare, & ſpecifice tran-
ſeunt ad ſpeciem bonorum ſtabilium ſubalter-
nam. quia ſtabilia bona prædicantur de bonis
Burgenſaticis, & feudalibus. & hoc colligitur,
& intelligitur etiam ex mente bullæ dicentis,
ſuper domibus, & poſſeſſionibus, quæ tunc ve
niunt appellatione bonorum ſtabilium, quæ de
domibus, & poſſeſſionibus prædicantur. Sed ſi
78 dictant verba contractus † ſuper omnibus bo-
nis ſuis mobilibus, & ſtabilibus, Burgenſati-
cis, & feudalibus, & præſertim ſuper tali do-
mo deſignata, & dicuntur talia bona in gene-
re, & in ſpecie, & indiuiduo onerata: & ita
ſunt formata verba contractus, iuxta formam
bullæ.

79 Quarto dicuntur † bona ſpecialiter ſubiuga-
ta, quando impoſita fuit ſubiugatio ſuper om-
nibus, & ſingulis bonis ipſius ſubiugatoris ori-
ginaliter ſubiugantis: quia illud nomen ſingu-
lis, ſtat diſtributiue, & illud nomen omnibus
ſtat collectiue, vt declarat Baldus in l. mo-
ſchis. ff. de iure fiſci. & ideo bona tunc dicun-
tur ſigillatim, & ſpecialiter ſubiugata, ita vo-
luit Bald. in l. ſecunda, in ſecunda columna,
C. de probationibus, & Angel. in tractatu ma-
lefic. ſuper omnibus & ſingulis, & ibi Auguſt.
in additionibus, vbi ponit concordant. & idem
voluit Alexand. in ſimili. in l. nemo poteſt, in
quarta columna, verſiculo in quantum conclu-
dit Bart. ff. de leg. 1. dum voluit iuramentis in-
terpoſitis ſuper contractu tollere ſimulationem
contractus quando pars iurauit omnia & ſingu-
la vera eſſe, vt ibi per eum.

Ramundus Ramundecta autem ſuper bulla,
ſuper verbis, omnia, & ſingula dicit. nota il-
80 la verba omnia † & ſingula ſolita apponi in
contractibus bullæ, idem important, ac ſi eſ-
ſent ſpecificata. ita plene not. Soccinus in con-
ſilio 300. volumine ſecundo, ibi, num. 18. quod
ibi requiritur ſpecialis mentio, vel æquipol-
lens, ſolet dubitari in materia bullæ, an ad
81 hoc † vt poſſit agi contra tertium poſſeſſorem,
requiratur obligatio indiuidua: dico, quòd ſuf-
ficit obligatio ſpecialis, ita not. Bartol. in l. pri-
ma, ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. ſecus ſi
82 dixiſſet bulla ſpecialiter, & expreſſe, † quia
tunc per geminationem requireretur obligatio
indiuidualis. ita not. Barbatius conſilio 25. nu-
mero 19. vltima carta, primo volumine: & quan-
do dicatur aliquid ſpecialiter fieri, vide Bar-
batium conſilio decimoquinto, numero decimo-
tertio, in vltima carta, volumine ſecundo, vbi
dicit, quòd tunc dicitur quando fit verbis ſpe-
cificis, vbi late.

Et quædam apoſtilla incerti authoris con-
cludit ſub infraſcriptis verbis: Si in inſtrumen-
83 to eſt dictum omnia, † & ſingula bona, an
tunc dicantur omnia ſpecialiter obligata, vide-
tur quòd ſic. per gloſſam in capit. vt circa. de
electionibus, in 6. contrarium tenet Angelus in
§. ſi vero. de hæred. & ſalci. in prima columna,
84 vbi † quando debitor obligauit omnia bona ſua
mobilia, & ſtabilia, intelliguntur etiam ſpecia-
liter. & ita magna Curia ſeruat, quòd nota.
& ita fuit iudicatum in magna Regia Curia,
85 & verbum, ſpecialiter, † intelligitur expreſſe,
quod ſufficit: ſi verbis generalibus ſecundum
gloſſam in l. negotium. C. de negotiis geſtis.
faciunt notata per Bartolum & Doctores in l.
1. ff. de liberis & poſthumis.

Nicolaus Saccanus autem ſuper bulla, ſuper
verbo, ſpecialiter onerata, in quantum ſubiu-
gatio eſt facta per verba vniuerſalia, ſuper om-
nibus bonis ſuis, videtur diſſentire ab opinio-
ne prædictorum doctorum, & ideo dicit quid
86 in generali, an poſſit agi † vigore bullæ con-
tra tertium poſſeſſorem? videtur, quòd ſic, quia
æquipollet ſpeciali, ſi fiat maxime per verbum
vniuerſale, omnia bona mea: nam nihil refert
aliquid ex æquipollentibus fiat, vt notant Do-
ctores in l. prima, ff. de liberis & poſthumis.
& dicunt communiter Doctores in l. Titius. ff.
eod. vbi dicitur fieri nominatim exhæredatio-
nem, ſi fiat generaliter, id eſt, omnes filios
meos exhæredo. ita videtur, ſed in contrarium
87 eſt veritas: quoniam in ſtatutis verba ſunt pre-
ciſe intelligenda, prout ſtant, & non ſufficit,
quod fiat ex æquipollentibus in materia ſtatu-
ti, ſeu ſtricti iuris, vt notat Bartolus in l. ſe-
cunda, in columna tertia, C. de patribus, qui fi-
lios diſtraxe. & dominus Alexander in conſi-
lio 137. columna 4. verſiculo, & dicit. Bald. in
2. volum. ſed cogitabis.

88 Sed pro iſta vltima † opinione, quòd bulla,
ſeu pragmatica, non habet locum in generali
hypotheca. facit ſingularis deciſio Alexandri in
l. ſi filiofamilias. §. ſi vir in quinquennium. in
ſecunda columna, in fine. ff. ſoluto matrimo-
nio. quæ deciſio eſt in terminis, & decidit in
ſpecie hanc quæſtionem. ideo omnino videas
ibi eum.

89 Sed † quid ſi dicatur omnia, & ſingula bo-
na mea, an hæc ſit ſpecialis? dicerem, quòd
ſic. Gloſſa tamen in l. ſecunda, C. de pignori-
bus, tenet contrarium. & hoc mihi videtur
verius, ſed per illud verbum, ſingula, dice-
rem eſſe ſpecialem, vt per Oldradum conſilio
90 trecenteſimo. Sed quæro, † quid ſi dicatur om-
nia, & ſingula bona, & præſertim vineam? di-
co, quod omnia bona erunt ſpecialiter obligata,
& obligatio de vinea eſt indiuidualis, vt dicit
Bart. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitat. public.
hæc apoſtilla ponitur ſub eiſdẽ verbis ſub nomi-
ne Mon-

ne Montalti; ſed eius videntur dicta: quia anti-
quior Doctor, & cum prædicto Nicolao Saccano
cõtrarium tenente vt ſupra videtur firmare etiã
Antonius Lancea ſuper bulla in verſiculo, ſpe-
cialiter onerata. Sed eorum opinio Saccani, &
Antonij Lanceæ in eo, quod firmant contra alios
non recipitur.

Ex ſupradictis Doctorum regni doctrinis eli-
91 citur infraſcripta concluſio, quòd redditus † &
cenſus iuxta formam bullæ poſſunt conſtitui ſu-
per bonis, rebus, & proprietatibus ſuis ſub
verbis generalibus omnibus bonis ſuis abſque
eo, quod exprimantur particulariter bona, &
proprietates, & in hoc videntur concordare
Doctores regni. quæ concluſio procedit ſine
difficultate quoad ſubſtantiam contractus, ſed
ad hoc, vt tertius poſſeſſor poſſit conueniri,
tanquam detentor rei ſpecialiter ſubiugatæ de-
bent eſſe bona ſpecialiter ſubiugata, quod pro
batum apparebit, quando eſt dictum omnibus,
& ſingulis bonis ſuis ſtabilibus, &c. quia non
dicitur generalis expreſſio, ſed ſpecialis, & ex-
preſſa, & ſecundum aliquos, de quibus infra
dicam: & dicitur ſingularis numeratio, & ſe-
cundum aliquos, nedum ſpecialis, ſed indiui-
dua, & nominatim, & ita etiam videtur con-
cludere vltra prædictos Foller. in practica cen-
ſuali in verſiculo, huiuſmodi cenſualia ſuper re-
bus, numero 48. & poſt omnes Doctores regni,
quos refert Nicolaus Intrigliolus ſuper bulla in
ſuis quæſtionibus bullaribus, quæſtione trigeſi-
92 maoctaua, † & dicta late ſuper hoc puncto per
Brunorum à Sole quæſtione quarta: ſed eius con
cluſiones procedunt in terminis iuris Canonici,
& bullæ Martini, & Caliſti, ſecus in terminis no
ſtræ bullæ Papæ Nicolai Quinti, ſed hodie in ter
minus bullæ Papæ Gregorij xiij. habebit locum
opinio prædicta Brunori à Sole in prædictis lo-
cis, & de eius dictis dixi latius in alijs meis de-
ciſionibus.

93 Sed opinio prædicta Petri de Gregorio † in
pradicto loco videtur colligi ex textu præfatio-
nis ipſius bullæ, prout ipſe dicit colligi: nam
bulla licet in diſpoſitione requirat, quòd cen-
ſualia imponantur ſuper rebus, proprietatibus,
facultatibus, ac emolumentis eorundem, & de-
inde bulla ſubdit, quòd vendantur, & eman-
tur, cum opportuna contrahentium ſecuritate,
tutione, & indemnitate, ac cum poteſtate, ven-
dentes perſonas, eorumque proprietates red-
ditus, iura, iuriſdictiones, cenſus, ac omnia,
& ſingula mobilia, & immobilia bona obligan-
di, & obligari faciendi. Et ſic iſta ſubſequens
clauſula non ſe referat ad ſupradictam diſpoſi-
tionem, modum, ſeu requiſitum: quod eſt,
quòd cenſus, imponatur ſuper domibus, poſſeſ-
ſionibus, & proprietatibus ſpecialiter, vel ge-
neraliter, ſuper omnibus bonis, redditibus, &
emolumentis, iuribus, & rebus eorum, quo-
niam ſuper bonis mobilibus, non poteſt conſti-
tui cenſus, prout idem Petrus de Gregorio fir-
mat in dicta ſua lectura bullæ quæſtione quinta,
in verſiculo, & ſic infertur, poſt verſiculum, ex
quibus infero, & ideo alia clauſula in bulla ſub-
ſequens, ibi, cum opportuna ſecuritate, &c. ac
omnia, & ſingula bona mobilia, immobilia, &c.
refertur ad cautelam, & non reſpicit ſubſtan-
94 tiam contractus, prout ſentit etiam quædam †
apoſtilla ſuper bulla incerti authoris, quæ dicit
mobilia, & ſic videtur, quòd poteſt conſtitui
ſubiugatio ſuper bonis mobilibus, & tamen ex
eis fructus non percipiuntur, tu dic, quòd qua-
tenus hic Papa nominat bona mobila, intelli-
git quoad hypothecam, quo vero ad conſtitu-
tionem cenſus ſupra ſtatim dixit ſuper rebus,
& proprietatibus, ita vt cenſus debeat conſti-
tui ſuper re, ex qua fructus percipiuntur, &
ſub hypotheca bonorum mobilium, & ſtabi-
lium.

Dicendum igitur, quòd Petrus de Gregorio
prædicta colligat ex prefatione eiuſdem bullæ
ex illis verbis per venditiones annualium, cen-
ſualium, quæ mortua nuncupantur ſuper domi-
bus, poſſeſſionibus, proprietatibus ſpecialiter,
vel etiam generaliter, ſuper omnibus bonis, red-
ditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum,
qui modus conſtitui conſueuit vltra montes;
ex qua conſuetudine motus videtur Papa ad
concedendum hanc bullam noſtram in regno
Siciliæ.

Illa clauſula ſubſequens in diſpoſitiuo bullæ ſe
refert tantum ad cautelam, & pacta contrahen-
tium, quæ fiunt in contractu venditionis cenſuũ
pro ſecuritate & corroboratione contractus, pro
ut ex communi ſtylo hodie in omnibus contra-
ctibus in calce ipſius apponitur illa clauſula,
ſcilicet,

95 Quoniam † promiſit habere rata, grata, &
firma, &c. cum promiſſione & obligatione om-
nium, & ſingulorum bonorum mobilium, & ſta-
bilium iurium, redditũum, nominum debito-
rum, præſentium, & futurorum, vbique exiſten
tium, & melius apparentium, & alia, quæ ſub-
ſequuntur, & etiam ante prædictam clauſu-
lam ſolet apponi obligatio, & hypotheca bo-
norum ſpecificando ſub verbis ſpecificis etiam
generaliter cum clauſula, conſtituti. Et ſic ra-
tio, qua mouetur ipſe de Gregorio videtur,
quòd poſſit habere fomentum ex verbis in
procemio bullæ poſitis, & non alijs in diſpoſiti-
ua bullæ ſubſequentibus: nam verba ſubſequen
tia reſpiciunt corroborationem contractus, &
non dant modum ſubiugandi: ſed quia prædi-
cta concluſio eſt communis, ab ea non eſt rece-
dendum: nam præallegati Doctores etiam alijs
fundamentis, & iuribus mouentur, & ob id non
recedo ab ea.

96 Ex prædictis etiam infero, quòd illa † clau-
ſula, in calce contractus, quæ omnia promiſit,
&c. ſub hypotheca, & obligatione omnium bo-
norum, non facit, vt dicatur facta impoſitio, ſi
aliter in contractu non appareret facta impo-
ſitio ſuper bonis, cum illa reſpiciat tantum
cautelam obſeruantiæ contractus, & hypothe-
cam tantum pro obſeruantia, & euictione, pro-
ut ſentit bulla in illis verbis, cum opportuna
ſecuritate, &c. & ibi, perſonas, &c. & ibi, ac om-
nia, & ſingula mobilia, & immobilia, &c. hoc in
terminis

terminis ſentit etiam Laureat. Rodulphus in
tract. de vſur. q. 18. Foller. ſuper bulla in verſic.
huiuſmodi cenſualia ſuper rebus nu. 48. Rodoa-
nus in tract. de reb. eccl. nõ alien. in rubr. de con
ſtit. annuor. redditũum nu. 44. Brunorus à Sole in
ſuis quæſtionibus legal. q. 4. num. 9. 3.
97 Et † prædicta communis concluſio hodie ſtan
te bulla Papæ Gregorij xiij. edita die 7. Ianuarij
2. ind. 1574. executoriata in Regno die 20. Fe-
bruarij eiuſdem anni, quæ eſt confirmatoria bul-
læ Papæ Nicolai Quinti, eſt confirmata cum tem
peramento, quòd vltima generalitate bonorum
debeat apponi vnum prædium, vel plura prædia
ſpecificata ante generalem, quæ bulla Papæ Gre
gorij videtur proſpicere illam cautelam, de qua
diſſerit Petrus de Gregorio in prædicto loco, &
verba bullæ Papæ Gregorij ſuper hoc ſunt infra-
ſcripta, videlicet concedimus, declaramus, & ſta
tuimus illud addentes, vt in cenſuum emptione,
& venditione prius vnius prædij, vel plurium re
rum certarum ſuper qua, vel quibus cenſus ipſe
conſtituatur expreſſe, & deinde ſi voluerit, om-
nium bonorum in genere mentio fiat, quemad-
modum in cenſualibus contractibus huiuſmodi
in futurum in eo Regno celebrandis præteritis,
in quibus forte prius generalis, deinde ſpecialis
bonorum mentio facta eſt quoad hoc in ſuo ro-
bore permanentibus.
98 Sed quia † poteſt dubitari, quòd ſub iſta gene
rali impoſitione prædictorum bonorum ita gene
raliter ſuppoſitorum, & ſubiugatorum dicantur
ſubiugata bona futura, & quòd dicantur impoſi-
ti, & ſubiugati cenſus ſuper eis, vt poſſit credi-
tor ſtante pragmatica exequi contra detento-
res, & poſſeſſores, prout ſentire videtur dictus
Carineuſis de Intriglolo in dicta q. 35. ob id ex
infraſcriptis authoritatibus concludo dictam ge
neralem expreſſionem bonorum, & impoſitio-
nem ſuper bonis prædictis generaliter expreſſis
& ſubiugatis, futura non comprehendi, in termi
nis quæſtionis noſtræ, vt dicantur ſubiugata, &
ſuppoſita cenſui bona futura, vt contra detento-
res, & poſſeſſores eorũ poſſent ex ui regiæ prag
maticæ mandari executioni contractus bullæ,
propter illud verbum in pragmatica adiectum,
ibi, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpeciali-
ter onerata, quandiu apud eos eorum detentio
fuerit. probatur hoc ſecundum Doctores anti-
quos magnæ authoritatis, prout Blaſcus Lancea
99 in ſuis annotationibus ſuper bulla, in verbo † ſpe
cialiter, dum dicit, quotuplex dicatur ſpecialiter
aliquid factum vide notata per Decium in conſ.
20. in penul. colum. in fin. & dic, quòd ad ſubſtan
tiam, ſeu ad eſſe ſpecialis hypothecæ ſuper cer-
ta re, vt ſuper ipſa conſtituatur, requiritur proba
ri ex parte creditoris, quòd talis res erat in bo-
nis ſubiugantis tempore obligationis contractæ
ſecundum Angel. in l. 1. §. cum prædium. & l. quæ
ſitum. §. fin. ff. de pignor. quod confirmat etiam
dominus Lancea ibidẽ in verbo onerata: & præ
dictam apoſtillam de verbo ad verbum poſuit
Philippus de Paternione, & ſupra latius dixi ex
Blaſco Lancea in verſic. adde, quod ad ſubſtan-
tiam, quę apoſtilla, vt ſupra dixi, eſt poſita etiam
ſub nomine Philippi de Paternione.
100 Et Ioannes † Aloyſius de ſeptimo ſuper bulla
in annotationibus ſuis dicit in verſic. in generali
quòd in generali obligatione veniunt poſtea quo
modocumque quæſita, etiam pecunia. l. cum ta-
bernam. §. fin. vbi Angel. de pignor. & per mo-
dum diſtinctionis inter generalem, & ſpecialem
vide Angel. in l. Paulus. §. ſi emancipata. ff. eod.
qui Aloyſius deinde ſubſequitur in materia prag
maticę nota, ſi acquirit de nouo bona poſt ſubiu-
gationem dominus, an illis habeat locum prag-
matica, & videtur, quòd non: quia pragmatica
101 requirit, quòd bona † ſint ſpecialiter ſubiuga-
ta, & ad hoc vt res dicatur ſpecialiter obligata;
opus eſt, quòd ſint in bonis debitoris tempore
contractus, tex. eſt vbi not. Angel. in l. 1. §. cum
prædium. ff. de pignor. tex. & ibi Angel. in l. quę-
ſitum. §. dicitur. ff. eod. nec etiam res ſubrogata
ab hærede. l. fideiuſ. §. latius. vbi not. Angel. eod.
102 tit. † etiã quòd pignus conſiſtat in rebus ſub-
rogatis, Angel. in l. cum tabernam. in fin. princi-
pij. ff. de pignor. quod non intelligatur res ſubro
gata ſubiugata in terminis molendini deſtructi,
& ex eadem aqua reædificati. alio firmat Marti-
nus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in tract. de
vſur. poſt glo. Extrauagantis Pij V. in quæſtione
55. num. 118. fol. 81.
103 Probatur † etiam ex eo, quod ponit ſuper bul-
la ipſemet Aloyſius de ſeptimo ibidem in verſ.
pragmatica vult, quod non audiantur oppoſitio-
nes, dicit, an audiatur exceptio, quod bona non
ſunt ſubiugantis, magna curia conſueuit audire
ſemper, pro qua eſt ratio, nam pragmatica hoc
inducens in contractu bullæ diſponit, quę vult,
quòd dictæ ſubiugationes fiant ſuper rebus, &
proprietatibus ſuis: ergo hoc eſt fundamentum.
Ex quo infero, quòd non ſolum ego poſſum exci
pere, & debeo audiri, quòd iſta res non erat in
bonis ſubiugantis. Sed ille agens debet hoc pro-
bare, cum ille, qui tentat beneficium alicuius con
ſtitutionis, debet probare ipſe qualitates requiſi-
tas in conſtitutione. Bart. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne
quid in publico flumine. cap. 1. de elect. in 6. Iaſ.
in l. non ſolum. §. ſciendum. ff. de noui oper. nun-
tia. verſic. 2. col. pen. ſecundum Ioan. Andr. vbi
refert, & ſequitur Bal. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de
appellat. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi-
ſcop. & cleric. & pro hoc quod licet quis non de-
beat audiri, debet tamen audiri circa hoc, quòd
caſus ſuus non eſt talis, vt comprehẽdatur ſub il
la diſpoſitione Franc. in cap. cupientes. §. quòd ſi
per viginti. nu. 3. in glo. ibi in verſic. comparere.
de elect. in 6. & quod not. Bart. in l. 1. §. & parui.
cum concordantijs allegatis per Felin. in cap. ex
parte. in 2. fallen. de offic. deleg. Anch. conſ. 270.
3. dub. verſic. ex quibus infero, quòd oppoſitio,
quòd iſta bona non erant ſubiugantis, tempore
ſubiugationis, poteſt opponi, maxime per ten-
104 tiũ, quia † licet bona quæſita veniant in obliga
tione, & hypotheca, tamen non poſſunt dici ſub-
iugata, quia non erãnt in tempore, quo fiebat
ſubiugatio, & conſtituebatur ius ſuper re, quod
105 vendebatur, quia † ſubiugatio non valet, niſi
ſuper illa re poſſunt percipi tot fructus, aliàs eſſet
vſura;

vſura: quia perſonalis eſſet venditio, prout con-
cludit Laurent. de Rodulf. in tract. de vſur. 2. par.
106 q. 12. cum ſeq. ſed contra tertium † eſt clarum:
nam pragmatica vult, quòd bona ſint ſpecialiter
ſubiugata ad hoc, vt poſſit contra tertium ambu-
lare executio: ſed quando bona debent ſpecia-
liter obligari, nunquam veniunt poſt quæſita. l. 1.
§. cum prædium. ff. de pignor. vbi Bart. l. & quæ
nondum. §. quod dicitur. vbi Bart. ff. eod. quod §.
107 Angel. legit poſt l. quæſitum. nec † etiam bona
ſubrogata ab hærede. l. fideiuſſor. §. Lucio. ff. eod.
titu. vbi Angel. & hæc concludit idem Aloyſius
de Septimo.
108 Franciſcus † Prouẽzalis ſuper bulla ibi, & pro-
pter verbum ſuis admittitur exceptio, quòd bo-
na non erant in dominio ſubiugantis. Angel. in l.
ſi ſuperatus. num. not. ff. de pignor. Bald. conſil.
136. incip. præmiſſis duobus ſtatutis. in prin. vbi
Bal. præſupponit in principio conſilij ſtatutum,
prout noſtrum, quod poſſit agi contra tertium,
& deinde in fine concludit, quod loquitur de bo
nis poſſeſſis à debitore tempore contractus.
109 Et quædam † apoſtilla quam habeo ſub incer-
to authore, ſuper bulla dicit ante verſiculum hæ-
redum, & aduerte, quòd quando quis vult exer-
cere executionem contra ſingularem poſſeſſo-
rem, & detentorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, de
bet probare, quòd res ſpecialiter ſubiugata erat
debitoris ſubiugantis, eo tempore, pro quo fa-
ciunt quæ dicit Angel. in l. 1. §. prædium. & in l.
quæ nondum. §. dicitur. ff. de pigno. & non ſuffi-
cit exinde poſt ipſam ſubiugationem.
110 Mont'altus † doctor antiquus magnæ authori-
tatis ſuper verbo rebus & proprietatibus ſuis ait
intellige hoc etiam quod poſtea fuerunt quæſita
in ſpecie. l. & quę non ſolum. §. & quod dicitur.
ff. de pignor. & ibi not. Bart. & Angel. & Bart. fir-
mat hoc tantum adeſſe ſpecialis hypothecæ, &
requiratur, quòd tunc res ſit in bonis debitoris
in generali ſufficit, quòd poſtea quandocumque
inueniatur: & pragmatica, ſeu bulla, & contra ter
tium agatur, requirit ſpecialem obligationem, &
hoc debet probari, non obſtat illud, quod dicit
Bart. in d. l. 1. ff. de pignor. quòd quando quis ha
bet ius, ſeu actionem perſonalem non habet locũ
§. quod dicitur. quia reſpond. quod procedit
quoad debitorem hypothecantem, quia tunc ſi
efficitur dominus, confirmantur pignora contra
eum, ſed vt agatur contra tertium, non procedit
§. quod dicitur. ita declarat Bar. in l. cunctis. C. ſi
res aliena pigno. da. præterea ratio Bar. in l. 1. &
in d. l. cunctis. dum ait, quòd cõfirmantur pigno-
ra, quando quis habeat ius in re, vel actionem,
eſt, quia res etiam in bonis noſtris ſunt, ſi actio-
nem habemus. l. qui actionem habet. ff. de reg.
iur. ſed illud eſt per fictionẽ, vt declarat Decius
in d. l. qui actionem. & in l. quod euincitur. ff. eo.
illud non habet locum in ſtatuto, ſeu in bulla cũ
verificatur in caſu vero, non ficto, ſed debet pro
bari, quòd res tunc erat vere in dominio ſubiu-
gantis, & non poſtea, & facit, quia qualitas adiun
cta verbo maxime in ſtatutis intelligitur ſecun-
cundum tempus verbi. Cuma. conſil. 146. colu. 2.
hæc firmat Mont'altus.

111 Et idem † Mont'altus alibi ſuper verbo ibi,
authenticis documenticis, ait. Sed quid ſi ter-
tius opponat, & dicat rem non fuiſſe in bonis
ſubiugantis, an debeat audiri? videtur, quòd ſic,
quia hic dicitur ſuper bonis ſuis, &c. & ſic impe
ditur executio: obſeruãtia eſt, quod auditur pro
pter cõmodũ poſſeſſionis & transfert onus pro-
112 bandi ſummatim † de dominio vero ſubiugan
tis, vel ſaltem putatiuo, vt per Bertach. in verbo,
dominium, in principio, quo verificato fiet exe-
cutio, & facta executione quilibet auditur in iu-
ribus ſuis, & hoc ſumma ratione, & æquitate eſt
introductum. l. & quæ nondum. §. quod dicitur.
ff. de pignor. hæc etiam apoſtilla eſt poſita ſub
Nicolao Saccano.
113 Et hæc † opinio, quòd in ſubiugatione omniũ
bonorum ſtabilium, &c. vel omnium & ſingulo-
rum bonorum, &c. non veniant futura, & poſtea
quæſita poſt contractum ſubiugatorium: eſt cõ-
munis in regno, & recepta ab omnibus, & de ea
nunquam contigit dubitari, & ideo male ſentiũt
qui contrarium tenent, & concludunt in contra-
ctu venditonis redditus iuxta formam bullæ in
ſubiugatione, & impoſitione bonorum veni-
re etiam futura, & poſtea quęſita, quia eſt contra
communem opinionem, & contra communem
obſeruantiam, ſed bene futura in generali obliga
tione, quæ ponitur in calce contractus ſubiuga-
torii: & hodie habemus in regno diſpoſitionem,
& determinationem quæ diſponit in extenſione
verbi, & cętera, quæ ponitur in illa clauſula, quæ
omnia, &c. & ſic habes ex prædictis, quòd opi-
nio Nicolai Intrigloli in quæſtionib. bullaribus
q. 38. num. 8. & q. 35. num. 7. non poteſt eſſe vera
quoad terminos noſtræ bullæ, & regię pragma
114 ticæ. Practica † & modus datur probandi bo-
na fuiſſe tempore ſubiugationis in dominio ſub-
iugantis, quando prædium poſſeſſum per tertiũ
conuentum pro executione annuorum reddituũ
cenſualium iuxta formam bullę non eſt particu-
lariter, & nominatim expreſſum prædium ſubiu
gatum: ſed ſub illis verbis comprehenditur ſu-
per omnibus, & ſingulis bonis ſuis ſtabilibus, &c.
Debet actor, & executionem cauſans in vim
extremorum iuxta formam ritus prius quam cõ
ueniat tertium poſſeſſorem, probare, quòd illa
res, quæ detinetur à tertio erat in dominio debi
toris ſubiugantis tempore initi contractus ſubiu
gatorij, & de præſenti poſſidetur, ſeu detinetur
per iſtum tertium. Et hæc probatio ex diſpoſi-
tione ritus fit parte incitata, ſed ſi res detẽta per
tertium poſſeſſorem, & in contractu nominatim,
& expreſſe nomine proprio ſubiugata cum deſi-
gnatione confinium, ita vt indiuidualiter, & ſpe-
cifice ſit ſubiugata; probatio fit alio modo, quia
fit probatio tantum de poſſeſſione de præſenti
iſtius tertij detentoris, & vt identitas rei probe-
tur, probatur, quòd hæc res aliquando fuit poſſeſ
ſa per ſubiugantem. Et in hoc ſecundo caſu non
requiritur illa probatio, quòd erat in dominio
tempore ſubiugationis, quia elicitur ex verbis
enunciatis contractus, dum eſt ſpecialiter, & no-
minatim ſubiugata, vti res ſua, & verba contra-
ctus, nedum probat contra contrahentem, ſed
etiam

etiam contra quemlibet tertium in bulla, quicquid dicat Petrus de Gregorio in hoc ſuper bulla, quoad tertium in q.5.verſicu.item requiritur. circa fin. quia hæc practica hodie in magnis tribunalibus regni eſt vſu recepta, licet ibidem per Petrum de Gregorio apponatur alia cautela, quę non ſeruatur hodie in contractibus apponi Petrum de Gregorio ſequitur Intriglol.q.38.num. 18. Si autem non eſt indiuidualiter, & nominatim prædium ſubiugatum, in dominio fuiſſe tem pore ſubiugationis probatur hodie ex communi practica & obſeruantia in regno, dum teſtes
115 † dicunt, quòd eo tempore detinebat, & poſſidebat ſubiugans, vti dominus, & patronus percipiens ex eis fructus introitus, & prouentus. Pro quo vide Afflict.deciſ.383. Marant.in Specul. in par.4.diſtin.3.nu.59.vide Angel.inſtit. de actio.
116 §.item Seruiana.num.8. vbi diſtinguit † & hoc modo probatur etiam dominium præſumptiue, prout Bart. Paul. de Caſt. & alij in l.penul. ff.de condit. inſtit.quæ probatio ſufficit quando incidenter contingit dubitari de dominio, prout exemplum ponunt Doct. de ſeruitute impoſita ſuper prædio: in terminis noſtris agitur eodẽ modo incidenter cum principaliter agatur de cen-
117 ſu ſuper prædio impoſito. Et hoc ius cenſus † impoſitum iuxta formam bullæ vocant ius ſeruitutis noſtri Doctores, Petrus de Gregorio in tract.bullæ q.7.verſic.2.infero: Ioan.Alouſius de Septimo ſuper bulla verſic.2.dico, quòd ſubiugatio. & Bongiornus ſuper bulla in 1.col.vbi allegat Caſſan.ſuper conſuetud.Burgund.tit.de cenſib.§.6.Franciſcus Prouenzalis ſuper verbo iuribus, & rebus, in verſic. ſubiugatio eſt ſeruitus, quæ debetur à re perſonæ l.vt pomum. ff. de ſeruitu. Alex.conſil.18.in ver. poſt Petrum de Gregorio ſuper bulla q.5.in 1. col. vbi idem affirmat Cannet.ſuper c.volentes.fol.165. num.18.19.20. 21.vbi dicit hoc neminem negare.
118 Secundo † potes comprobare prædictam practicam, quia hæc actio, quæ datur contra tertium poſſeſſorem pro executione contractus venditionis cenſus pro cenſibus maturatis eſt executiua, quæ ſuccedit loco hypothecariæ ordinariæ, ex quo res detenta eſt ſubdita cenſui, quia ſuper ea eſt cenſus impoſitus, & ſic prædium detentum eſt hyppothecatum, prout aliàs firmani infra in deciſ.13.& cum hypothecaria executiua agitur, ſufficit probare rem fuiſſe in bonis, neque requiritur quòd probetur dominium debitoris, & ſubiugantis, quia quicquid dicant aliqui, probari ſufficit poſſeſſionem rei hypothecatæ fuiſſe penes debitorem cum bona fide poſſidentis, quam opinionem magis communem dicit Andr. Gail. practicar.obſerua.lib.2.obſer.27.in princ.dicens cõmuniter reprobatam opinionem glo. in §. item Seruiana.Inſtit.de actio.Gail.refer.& ſeq.Maſcardus de probat.lib.2.conclu.870.& lib.1.coucluſ. 456.nu.22.& ſeq.vbi etiam in dicta couclu.456. n.10.declarat quomodo intelligantur verba prædicta, cum bona fide poſſidentis, ideſt quòd poſſederit vti ſuam: & ſic bona fide, & ideo deducitur, articulatur, & probatur per actorem executionem cauſantem, quòd tempore ſubiugationis tenebat, & poſſidebat ſubiugans tanquam dominus, & patronus percipiendo fructus introitus, & prouentus.
119 Et Franciſcus † Prouenzalis ſuper bulla remiſſiue ibi in verbo iuribus, & rebus, inſtrumento tamen eorum: & quomodo dicatur res eſſe in bonis alicuius, vide l.bonorum.§.in bonis.ff. de verbo.ſignific. Salyc. in l.fin. C. ſi res pignor.oblig. poſſ. vide Panorm. in c.pro illorum. de præbendis. Iaſ in §.item Seruiana. n.87.88.89.Inſt.de actio. & per prędicta habes reiectam opinionem prędicti de Intriglolo quæſtione 38.
120 Aliud, & † tertium motiuum in præſenti cauſa erat, quòd licet prædicta ſint vera, quòd ex verbis contractus ſubiugatorij, dum in eo fit impoſitio redditus ſuper omnibus, & ſingulis bonis ſuis ſtabilibus, burgenſaticis, & feudalibus dicantur omnia bona ſubiugantis, & venditoris ſpecialiter ſubiugata, ut poſſit exequi contra tertiũ, non tamen dicitur in eis verbis, quantumcunque generalibus comprehendi domum, & prædia ad præſens poſſeſſa per ipſum Principem: quia bona prędicta per Principem poſſeſſa ſunt vinculata, & ſubiecta reſtitutioni, & fideicommiſſo cum expreſſa prohibitione alienationis: quo caſu ſi non poſſunt alenari, neque obligari, neque hypothecari. Fanus de pigno.2.memb.2.par. in prin. & nu.31.& 53. vide per totum ſecundum membrum, vbi ponit regulam cum ſuis ampliationibus & limitationibus.

Secundo cum agatur de hypotheca, & obligatione generali, non comprehenduntur ſub ea bona prohibita alienari, & quæ ſubiacent reſtitutioni, & fideicommiſſo.c.in generali. ſi de feud.fue. controuer.inter dom.& agnat.cap. 1.in princ.de capit.qui Cur.vendid. l.in obligatione generali. ff.de pignor.Crauet.conſ.427.nu.1.& ſeq. Alex. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig. Hyppolit.de Marſil.in ſingul.314.nu.2. Roman. conſil.166.nu.1.Mozzius in tract.de contract.tit. de pigno.nu.24. Ioannes Crotus in l. ſi conſtante.in 1.lectu.nu.93. ff. ſolu.matrim.& late Petrus Surdus conſ.73.nu.15.Burſat.conſil.44.
121 Et quòd † in generali diſpoſitione nõ veniant bona fideicommiſſo ſubiecta.gloſ. & ibi Angel. in authen.de reſtit. ea, quæ par. Alex.conſil.41. nu.2.in 6.& in l.ſi conſtante.nu.26. ff.ſolu.matri. Iaſon conſil.124.nu.4.in 4.Neguſant. de pignor. 2.memb.1.par. nu.53. Lupus in cap. per veſtras. §.38.nu.3.de donat. inter vir.& vxo. Nata conſ. 474.nu.22.Gabri.lib.6.concluſ.titulo de reg. iu. concluſ.12.num.12.
122 Et e i † ſint prohibita alienari.l.fin.§.ſint autẽ. auaritię. C.communia de leg. in generali obligatione bonorum non veniunt bona ſua, & quæ in ſpecie non poſſunt obligari, & alienari. Bart. in l.codicillis.§.inſtituto. nu.5. vbi etiam Imola. ff.de leg.2.Bal.in l.1.C.quæ res pign. oblig. poſſ. vbi dicit non venire ea, quæ nemo ſani capitis eſſet obligaturus, & in l.voluntas.num.14.C.de fideicommiſſ.Alex.d.conſil.41.Soccin.conſil.198. nu.2.verſic.3.confirmatur in 2.Neguſant.in d.2. memb.nu.2.Bernus conſil.41.nu.27.& in conſil. 127.num.19. in princ. Nata conſil. 516. num.3.

Gabriel.

Gabriel.lib.6.concluſ.titulo de reg.iur.concluſione 12. num.12.

113 Item † in obligatione, & diſpoſitione generali non veniunt ea, quæ non eſſet quis ſpecialiter comprehenſurus, & obligaturus. facit text. in l. obligatione generali. ff. de pignor. l.3.ff.de euict. l.qui peculii. ff.de pecul.cap.veniens. & c.Quintauallis.de iur.iur.Frideric.de ſen.conſ.123.colu.1.circa finē. Curtius in l.cauſas.nu.17. C.de tranſact. Ruinus conſ.6. nu.7. in 3. conſ. 170.nu.13.in 1. Ripa in l. Centurio. nu.84. ff.de vulgar.Ioannes Annibal in rubr.ff.ſolut. matrimo.nu.276. Berous conſ.41.nu.27.in 1. Cephal. conſ.49.nu.36. Natta conſ.398. num.46. conſ.412.num.12.Crauett. conſ.101. prædicta late ponit Petrus Surdus conſil.73.a nu.15.vſque 21.in 1.Gabriel.lib.6.conclu.tit.de reg.iur. concl.13.n.1.& ſeq. per totum, vbi ampliat ad plures res, & bona, quòd non comprehendantur in generali obligatione, & etiam Fanus de pignoribus.ſecundo membro, per totam ſecundam partem: Ampliat etiam ad plures res, & bona.

124 Et † quod bona prohibita alienari non poſſunt expreſſe, ſpecialiter obligari, & hypothecari Petrus Antonius à Petra in tractat. de fideicommiſ. q.8. num. 105.106.& 107.poſt Beroum q. 95. Cephal.conſilio 323.numero 39. Ruin. conſilio 123. numero 20. Menoch. conſilio 116. numero 14. & 15.Alba. conſilio 34. ad finem. Natta conſil.474. numero 22.

125 Et † in terminis bullę firmat Foller. ſuper bulla in verſic. huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, nu. 41.quem ſequitur Intriglolus in ſuis quæſtionibus quæſtione 29.num.4.hoc etiam tenet Bongiornus ſuper bulla in tex. ſpecialiter, vbi hoc firmat dicendo ſub his verbis, nō tamen comprehenderet prohibita alienari per teſtatorem Bart.in l.pen.§. inſtituto.de leg.2. ſed vide quæ poſui ad Bar. ibi, ſed ante eum videtur tenere Blaſcus Lancea ſuper bulla ibi, ſuper quibus cenſualia ipſa, &c. dictus dicit, quod ſi quis ſubiugaret omnia bona, an veniant ſub iſta vniuerſali ſubiugatione bona prohibita alienari per ſuos prædeceſſores, dic quod nō cum veriſimiliter non fuiſſet etiā ſpecialiter ſubiugaturus propter pœnam adiectam à teſtatore in caſu obligationis, per tex.in l.obligatione generali.ff.de pign.ita Bart.in l. Codicillis. §.inſtituto. ff.de legat.2.eadem uerba ſunt poſita in apoſtillis Philippi dæ Paternione ſuper bulla.

126 Item † ex parte ipſius Principis dicebatur etiā quod ubi agitur de præiudicando tertio, & ius tertij auferendo diſpoſitio, & expreſſio generalis nō ſufficit, ſed ſpecialis requiritur.c.quanuis.vbi Lupus, Gemin.de reſcript.in 6.Curt.Senior conſ.50. Geminian.conſ.15.in fin.ubi concludit, quod generalis expreſſio nunquam præiudicat alteri in ſpecie, ſuper iure ſuo niſi ſpecialitas, & expreſſa mentio interueniat, allegat Ioānem Monacum in extrauag. dudum boni. Gloſſa in verbo, reddimus.de ſciſmat. per tex.in cap. cum olim de conſuet. Crauetta conſil.435.num.32.

127 Ponderabantur † etiam verba contractus ſubiugatorū ibi, omnibus & ſingulis ſuis, quod nō ueniant ea, quæ uendicari non poſſunt. l. Quintus.l.2.§.argentum.& §.cui legatum.ff.de auro, argentoque lega. Corn.conſil. 128.nu.3.in 4.quæ uerba in caſu, de quo agitur, reſtringuntur ad bona ſubiugantis, non autem ad bona fideicomiſſo ſubiecta, quæ nō poſſunt vendicari pro debito poſſidentis, & venditio præſupponit dominiū. l. in rem.ff. de rei uendica. l.1.C. de alien.mutand.iud. cauſa fact. maxime cum talia uerba generalia ita prolata reſtringi conuenit, ita ut abſurdi quidquam nō ſequatur Federicus de Sen.conſil.210.poſt mediū Crauetta conſ.86.num.8.conſ.668.num.16. quod ſatis eſſet abſurdum uelle bona aliena obligare, & hypothecare contrahentes: nullam maxime expreſſam mentionem faciendo de eis, neque uero ſimilia, & ratione ueriſimilitudinis uerba generalia reſtringenda ſunt, ne contra ueriſimilitudinem contrahentis intentionem operetur. l.ſolutum. §. ſolutam.ff.de pignorat.action. l.ſi quis ita.§.fin.ff. de teſtam.tute. immo cum de eis uerbum expreſſum nullum non ueriſimile eſt uelle ea obligare, ne tertii ius læderet.iuxta textum in l.2.§.mentio. & §.ſi quis.ff.ne quid in loco publico.

128 In prædicta † concluſione ſupra firmata, licet magna ſit authoritas tenentium ſupradictam opinionem prædictorum Blaſci Lanceæ, Bongiorni, & Philippi de Paternione patrum noſtrorum antiquorum, quorum authoritas apud nos magna fuit, & eſt, forte ab ea non auderem recedere, tamen quia non uideo ita paſſim in curiis practicari, dico eorum dicta non procedere hodie ſtantibus clauſulis, ſeu uerbis ſolitis apponi in contractibus ſubiugatoriis, & uenditionis reddituum: nam dicitur in eis ſuper omnibus, & ſingulis bonis mobilibus, ſtabilibus, Burgenſaticis, & feudalibus, & prædictam antiquorum opinionem non procedere etiā opinor rationibus infraſcriptis.

129 Et primo † pondero illa uerba, omnibus & ſingulis bonis mobilibus, ſtabilibus, burgenſaticis. & feudalibus, & propter illud uerbum, omnia, quod eſt uniuerſale, diſpoſitio fit uniuerſalis, & non generalis, & in diſpoſitione uniuerſali comprehenduntur omnia bona, etiam bona ſubiecta fideicommiſſo. Petrus Surdus d.conſilio 73.nume.61. verſic.vlt.nō obſtat, vbi dicit ponderando ibi verba omnia & ſingula bona: dictio enim, omnia, eſt uniuerſalis, & nihil excludit. l.1. ubi Doctores ff. de leg.1.ubi allegando etiam Decium conſil, 597. num.1. quòd ſi non includerentur, non eſſet uerū dicere, quod omnia ueniunt. Pariſ.conſil.35.nu.5. in primo, conſil.53.num.21.in ſecundo, Berous q. 29. Rubeus conſil.135.nu.3. de in litem iurando. §.1.nu.14. Crauett.conſil.294.num.1.& ſeq.conſil.308.nu.6. Natta conſil.160.nu.24. conſil. 340. num.12. Cephal. conſil.92. nu.15. conſil.150.nu. 8, conſil. 156. numero 25. Roland, à Vall. conſilio 54. numero 44. in tertio. Pedemont. deciſ.94. num. 10.in primo. ubi multa congerit. Ita etiam limitat Magonius in Florentina deciſione 54. numero 18.& 19.

130 Et geminatio uerborum † omnibus, & ſingulis multum operatur, ex l. baliſta.ff. ad Trebell.& in propoſito dictam geminationem conſiderat Ruynus conſil.150.nu.13.in tertio, Crot.conſil.14.nu. 15.Riminaldus Iun. conſil.59. nu.8. in primo.ubi

dicit, quòd illud uerbum, & ſingulis, additum uer
bo, omnibus, tantú operatur uerbum, & ſingulis,
quod ſingulis numeratio; & pro hoc allegat plu-
res Doctores: ante eum ponit Oldrad. conſil. 300.
nu. 6. 7. 8. & Soccin. conſi. 300. nu. 2. in 2. 5. allegat.
Bal. in conſil. 88. nu. 2. 3. in 2. vbi dicit, quod dictio
ſingulos, eſt nota, ne dum ſpeciei, ſed etiam indi-
uidui ac ſi nominatim quidquam exprimeretur ar
gumento c. 1. vt circa de elect. in 6. c. conſtitutio-
nem vt circa de elect. in clementi. & in cap. gran-
dis de neglig. prælat. ff. de leg. l. iura. inſtitut. de re
rum diuiſione. §. ſingulorum, quos omnes ſequitur
Bongiornus in annot. ſuper bulla ſuper verbo ſpe-
cialiter.

131 Et in vniuerſali † donatione omnium bono-
rum veniunt & ea, quæ non venirent in generali
obligatione, probatur ex his, quæ ponit Bart. in l.
ſtipulatio hoc modo concepta. numero. 5. ff. de ver
borum obligat. vbi concludit, quod donatio om-
nium bonorum præſentium, & futurorum non va-
let, quia aufert liberam facultatem teſtandi. Si
enim talis donatio non compræhenderet ſupelle-
ctilia, & alia, quæ non veniunt in generali obliga-
tione vtique valeret, quia ceſſaret ratio teſtandi.
Bart. ſequitur. Angel. Imol. Fulgoſ. Caſtre. quos re-
fert, & ſequitur Alex. ibi num. 16. Iaſ. ibi num. 7. &
eam dicit communem Imol. in rub. de teſtam. Bal.
in l. vltima num. 16. vbi Curt. Iun. num. 61. Purpu-
rat. num. 247. C. de pact. vbi Cagnol. num. 237. vbi
dicit ab hac opinione communi nõ recedendum,
etiam ſatis canonizata: & ibi plures refert: & alij
infiniti, quos refert Petrus Surdus in d. conſil. 73.
numero 67.

132 Vbi Surdus † ibidem ait, quòd donatio om-
nium bonorum compræhendat ea, quæ non ve-
niunt in generali obligatione tenuit Decius conſi.
30. num. 4. conſil. 76. num. 2. conſi. 389. num. 11. &
in cap. ſedes nu. 7. in fin. de reſcript. in l. omnia, ff. ſi
cert. pet. in quibus locis repræhendit Marheſila. in
not. 136. licèt Matheſila. loquatur contra Decium.
Fanus de pignoribus 2. membro nu. 37. 38. 39. 40.
etiam reſpondet ad tex. in l. in generali, ff. de pi-
gnoribus, quod procedit in obligatione facta ge-
neraliter, & indiffinitè: aliud tamen eſſet in obliga
tione vniuerſali, & Ita tenet Corne. conſi. 176. col.
penul. verſic. non obſtat in 2. vbi repræhendit Ma-
theſil. dicẽs quod ſi eius opinio eſſet vera, deſtrue
retur communis opinio, de qua ſupra, & in conſil.
128. colum. penul. in 3. Iaſ. conſil. 124. num. 4. in 4.
Ruinus conſi. 37. num. 12. in 1. conſi. 150. num. 13.
in 30. Corn. conſil. 176. colum. penul. in fin. & ſeq.
in 2. Gabriel. lib. 6. concluſ. tit. de reg. iur. concluſi.
12. num. 34. 36. 37. 38. vbi refert etiam aliquos te-
nere contrarium, & Ruinus in conſil. 150. num. 13.
in 2. dicit ſtantibus prædictis verbis cum verbo
133 vniuerſali † includi bona emphiteotica, & tamẽ
ea ſunt prohibita alienari, ſine conſenſu domini, l.
2. C. de iure emphiteo. Natta. conſi. 516. num. 4. &
ſeq. licèt quoad bona emphiteotica priuati com-
præhendantur etiam in generali obligatione ex
communi relata per Burſatum conſil. 44. num. 26.
in 1. & quod veniant etiam firmat Gabriel. lib. 2.
concluſio. titulo de regu. Iur. concluſi. 12. numero
18. 19.

Alciat. in conſilio 61. in primo dubio conclu
134 dit † quod in vniuerſali legato vſusfructus om-
nium bonorum veniunt etiam bona fideicommiſ-
ſo ſubiecta, & idem dicit Bellonus conſilio 9. nu-
mero ſeptimo, & ſequenti vbi confirmat pluribus
rationibus Albanus conſilio 73. Riminal. inſtitu-
ta quibus alie. non licet numero 179. Crauetta con
ſilio 256. numero 6. vbi reſpondet argumentis
contrarijs.

135 Curtius Iun. conſilio 26. numero 8. ait † quod
feudalia veniunt, & compræhenduntur in vniuer
ſali prohibitione, quem ſequitur Surdus in dicto
conſilio 73. numero 70. 71. vbi etiam allegat. Nat-
tam in conſilio 159. numero 24. qui poſt Decium
ita declarat cap. in generali ſi de feud. fuer. con-
136 trou. & dicit feudalia venire † in vniuerſali di-
ſpoſitione facta de omnibus bonis, licèt non ve-
niant in generali. Cephal. conſilio 270. numero
34. poſt infinitos alios, quos allegat Cannet. ſu-
per c. volentes. in §. 6. ibi in fine, & Burſatus conſi.
44. numero 3. in primo poſt Afflict. Ruinus conſil.
72. numero 9. in 5. Dec. conſilio 76. 11. colum. con-
ſilio 389. numero 11. Afflict. in cap. in generali nu.
21. Iaſon conſilio 124. penultima colum. in 4. Ma-
cabrunus conſilio 26. numero 394. & ſeq. imò ſi
137 fit mentio de feudalibus † in generali obligatio-
ne veniunt feuda titulata, vt ſunt ducatus, Mar-
chionatus, & Comitatus, ſecundum Ioannem Tho
mam Minad. in conſtit. in aliquibus ſuper verbo
Comitum, & Baronum. numero 35. vſque 42. &
138 Gabriel dicit, † quòd in procuratorio generali
veniunt feuda. lib. 6. concluſi. tit. de regu. Iur. con-
cluſ. 12. numero 23. licèt feuda non compræhen-
dantur in generali diſpoſitione & obligatione bo-
norum. Communem Burſatus conſilio 44. numero
1. 2. 3. 25. 26. in 1. latè Gabriel in d. concluſio. 12. 2
numero 15. vſque. nume. 26. vbi dicit magis com-
munem, & eam diſtinguit latè Macabrunus conſi.
26. nu. 396. & ſeq. & in feudis in regno Io. Thom.
Minadoi in conſtitutione in aliquibus in 7. notabi
li. numero 8. 9. 10. 11. vbi concludit, quando vel in
teruenit conſenſus, vel fuit reſeruatus, vel non re-
quirebatur in regno venire feuda in obligatione
generali firmat ſtante cap. volentes. Io. Aloyſi. de
ſeptimo ſuper d. c. volentes. in tertio affectu num.
mihi 178. Macabrunus in caſibus prædictis latè
in conſilio 26. à numero 331. vſque ad finem con-
ſilij.

139 Et in tali † vniuerſali oratione, quod compræ-
hendantur bona prohibita alienari, firmat. Rolan.
140 à Vall. conſil. 27. num. 29. in 4. vbi dicit, † quòd
comprænenduntur, nedum tacite prohibita alie-
nari quæ ſunt fideicommiſſo ſubiecta, ſed etiam
expreſſe prohibita alienari, ait latè dixiſſe in con-
ſil. 87. num. 7. 8. & ſeq. in 2. vbi vſque ad num. 16.
pluribus concluſionibus firmat Beccius conſi. 94.
141 numero 32. & † quando eſt prohibitio cum
pœna comprænenduntur etiam in generali obli-
gatione, Fanus de pignoribus, ſecundo membro.
num. 42. 2. parte.

In terminis firmat. Caſſaneus in conſuet. Bur-
gun. in tit. de cenſ. rubr. 11. §. 6. in tex. ibi contra le-
tenementier, & quomodo procedat & ſubſiſtat
ſubiugatio, ponit. Foller. ſuper bulla verſic. huiuſ-

modi cenſualia ſuper rebus.num.41.
Et Secundum Beccium in conſilio 94.numero
32. dicendum magis de plano procedere in ter-
minis contractus, quàm alijs diſpoſitionibus,
142 quia dicit ſine dubio procedere videtur † in ver
bis vniuerſalibus prolatis ab homine, quia talia.
verba nullam recipiunt reſtrictionem: allegat etiã.
Ruinum conſilio 96.numero 5.in 1.conſilio 59.nu
mero 24.in 4.& Petrus Surdus.d. conſil. 73.num.
16. dicit, quod ſi præmiſſa intra ſunt in diſpoſi-
tione legis, procedunt facilius in diſpoſitione ho-
minis, quæ (quicquid in lege) non poteſt reſtringi
ad terminos habiles ſecundum Bald.in l.fin.num.
1.C.ſine cenſ. vol. reliq. Alexand.in l. ſi patroni in
priuilegio.numero 15.ff.ad Trebell.Crotus conſi-
lio 136.numero 50.Ruinus conſilio 105.numero 1.
conſilio 111.numero 2. in 3.& in l.1.§. numeratio.
numero 126.vbi Crotus.num. 53.ff.de nou. oper.
nunciat. Ripa in l. 1. numero 15.ff. de interedict.
Natta.conſilio 525.numero 18.& aliquos ipſe re-
fert, & Riminal.Iun.conſil. 505.nu.12.
143 Et hæc † opinio ex prædictis contra noſtros
antiquos Doctores mihi videtur verior, & eam
ſequor, quam prout ego videre potui, ſequi vi-
dentur iudicantes, nec ſtante bulla hanc exce-
ptionem rem eſſe fideicommiſſo ſubiectam, &
prohibitam alienari, vidi commiſſam in hac pri-
ma inſtantia ante factam ſolutionem, ſed reſer-
uari facta ſolutione, nec vſque ad diem præſentis
deciſionis vnquam vidi per hanc exceptionem,
quòd res detenta per tertium conuentum, non
ſit ſpecialiter ſubiugata, ex quo prohibita aliena-
ri detentorem potuiſſe diffugere executionem,
& ſolutionem.
144 Nec obſtat, dum etiam obijciebatur, † quod
dicatur in contractu ſuis, & quòd verbum, ſuis
non poteſt aliud operari niſi quòd procedat in re-
bus in quibus habet dominium, pro vt textus in
l. quintus, la ſecunda, §. argento. & l. quin-
tus. la vltima & vtrobique. Bartolus.ff. de aur. &
argent.legat. Soccinus conſilio 92.numero 9.ver-
ſiculo ſecundo, hæc in primo Pariſius conſilio
184.numero nono, in princ. Alba conſilio ſeptua-
geſimotertio.
145 Nam † dicetur ex Petro Surdo in dicto conſi-
lio 73.num.72.in 1. quòd quamuis bona eſſent ſu-
biecta reſtitutioni, tamen reſtitutio eſt ordinata
poſt mortem, & ſubſequenter ſub conditione.l.
hæres meus.§.1.ff. de condit. & demonſtr. Caſtr.
in l.ſi me tibi.verſi.Item patet, ff. ad leg.Falcid.cũ
alijs apud Cephal.conſi.393.nu.34.
146 Bona † autem fideicommiſſo ſubiecta poſſunt
alienari.tex.apertus in l.1.1.§.ſin autem ſub con
ditione.C.communia delegat.vbi dicitur euenie-
te conditione fideicommiſſi reſolui alienationes
antea factas per grauatum, niſi eſſent validę, non
potuiſſent reſolui, quia priuatio preſupponit habi
tum.l.decem.ff.de verborum oblig.& reſcindi nõ
poteſt, quod nullũ eſt.l.ſi tutor.C. in quibus cauſ.
in integr.reſtit.non eſt neceſſ.tenet expreſſe Gloſ.
in l.pater.§.libertis.ff.de leg.2.dum ait valere alie
147 nationes † a grauato, dum pendet conditio reſti
tutionis, & in dicto.§.& quia in 1.ſolutione in ver-
ſic.celebrata vbi Caſtrenſ.& Iaſon vterque num.
7.& dicit Caſtrenſ.in l.fin.§.ſi.ff.de leg.2.& peden
148 te conditione † grauatus eſt verè Dominus, &
alienando transfert Dominium in emptorem, &
in conſilio 370.numero 2.in 2. Inquit patrem gra-
149 uatum † filio poſt mortem reſtituere eſſe ple-
num dominium, donec viuit, & poſſe de bonis
pro libito voluntatis diſponere, ante eum idem te-
nuit.Bart. in l. Marcellus.§.res, quæ.ff.ad Trebell.
vbi Angel.columna prima, dicit dominium trans-
ferri a grauato alienante, quòd eſt hæc mera veri-
tas, & ita practicabatur in Iudicijs, & Imol.ibi co-
lumna prima, in fin. inquit ita ſe habere commu-
nem opinionem, & ſequitur. Alex.numero 5.Imol.
in l.cuparum, §.libertis. columna fin.verſic. & no-
ta bene.ff. de leg.2. vbi communem dicit ibi Ca-
ſtrenſ.numero quarto, & dicit Decius in conſilio
150 323. in principio quòd ſine † dubio res condi-
tionalis fideicommiſſo ſubiecta alienari poteſt,
& per eius traditionem transfertur dominium,
licèt reſoluatur eueniente conditione, & idem di
cit in conſilio 386.numero primo, conſilio 417.in
principio & Bald.in authent. & qui numero 38.C.
de bon.author.iudici.poſſid.dicit, quòd bona ſu-
151 biecta reſtitutioni poſſunt † interim effici pigno
ra prætoria: ſequitur Alexand. conſilio 23.numero
12.in princ. Ruinus conſilio 84.numero 15. in prin
cip.Soccinus Iunior in l. filiusfamilias.§.diui.nu-
mero 91.de leg.1. vbi Rip.numero 110. Cephal. in
conſilio 296. numero 41. imò ſecundum Ruinum
152 conſilio 93. in princ. prohibitam rem † alienari
poſſe hypothecari, quæ hypotheca ſaltem tenet
in vita, & Fanus latè de pigno. 3.membro.2. par-
tis.numero 71. & ſequenti licèt idem Ruinus in
conſilio 123. numero 20. in ſecundo diſtinguat
153 † Et licèt prætendatur ex euentu fideicommiſſi
reſolutam eſſe obligationem, & hypothecam, &
ſic ſubiugationem ex ſupradictis Iuribus, atta-
154 men dicendum eſt, quòd hæc † exceptio re-
ſolutionis dominij ante ſolutionem admitti non
debet in hac parte iudicij, ſed poſt factam
ſolutionem in alia iudicij inſtantia, & ita Do-
ctores concludunt, prout concludit Petrus de
Gregorio in lectura bullæ, quæſtione quinta, ver-
ſiculo item requiritur quòd: vbi ait item requiri-
tur, quòd imponatur ſuper rebus, & proprietati-
bus ſuis de præſenti, quia tale pronomen ſuis
importat dominium de præſenti, ſcilicet ſi ita, vbi
declarat Bart.ff.de auro, & argento leg.a: quod in-
telligi de præſenti durante toto tempore vitæ con
tractus ſubiugatorij ab initio contractus vſque
quo talia iura cenſualia redimantur, vnde ſiquis
imponeret huiuſmodi cenſualia iura ſuper rebus
ſuis vinculatis, ſeu reſtitutioni ſubiectis, licèt
illę res ſint in dominio debitoris de preſenti.
& tempore venditionis prædictæ, quia tamen
eo mortuo eſt locus reſtitutioni, & reſoluitur
dominium, quod erat in perſona ſubiugantis,
nec illud tranſit in eius hæredem, ſed in eum,
qui vocatus eſt ex fideicommiſſo facta reſtitutio-
ne iuxta ea, quæ habentur in authentica res,
quæ C.cõmunia de leg.& in l.Marcellus.§.res, quæ
& in l. reſtitutio.ff.ad Trebellianum: tunc reſoluto
dominio in perſona vẽditoris ſubiugantis expirat
talis contractus venditionis cenſus iuxta formam

155 bullæ, verum eſt, quòd ad validitatem ſeu ad †
validandam executionem ſufficit, quod res ſub-
iugatæ fuerint ab initio in bonis originaliter ſub-
iugantis, licet ex poſt facto reſoluatur dominium
156 in perſona ſubiugantis, non admittitur † exce-
ptio reſolutionis dominij, niſi poſt factam ſolutio-
nem ad retractandam executionem ſicuti dicimus
in alienatione feudi quæ facta eſt contra formam
priuilegij, vt illa valeat in vita ipſius alienantis, &
hæres eius poſt mortem, confecto inuentario per
ſententiam, & non ipſo iure reuocabit eius alie-
nationem, prout voluit Andreas de Iſern. in cap.
157 an agnatus. ex quibus infero, quòd † dominus
reuocabiliter poteſt facere contractum ſubiuga-
torium, licet ex poſtfacto deſinat eſſe dominus
rei ſubiugatæ, quia intelligitur dominus rei ſci-
licet ab initio contractus originaliter ſubiugan-
tis ad verificandum requiſita contractus, licet
ex poſtfacto deſinat eſſe dominus rei ſubiuga-
tæ, vt quia ſit res reſtitutioni ſubiecta, vel ex
poſtfacto alienatur, & ita ſeruatur: ſed poſt fa-
ctam ſolutionem, & exceptionem retractabitur
talis executio in cauſa oppoſitoria, vtpote fa-
cta ſuper rebus alienis hoc tempore reſoluto do-
minio in perſona originaliter ſubiugantis. Et ſa-
158 tis verificari † poteſt, quòd bona ſubiugata
tempore ſubiugationis fuerunt in bonis ſubiu-
gantis ex illis verbis, quæ poni conſueuerunt
in contractu ſubiugationis, videlicet ſuper om-
nibus bonis ſuis, ſcilicet de præſenti, & in do-
minio ſubiugantis: quia talia verba prolata in-
ter ipſos contrahentes, & per ipſos inter eos
plene probant. l. optimam. C. de contrahen. &
committ. ſtipulat. & declarat Bartol. in l. ſcien-
dum. in prima columna. & ibi Doctores de ver-
borum obligationibus. & Iaſon in l. his verbis. in
penultima & vltima columna. C. de teſtamento
159 militari, ita vt cauſata † executione contra ſub-
iugantes, & hæredes eius, aut fideiuſſores non
potuerit opponi de non dominio ſubiugantis, quia
partes non poſſunt venire contra eorum confeſ-
ſiones. Et dicuntur fateri omnia contenta in di-
cto contractu ſubiugatorio, contra quem tam iu-
ramenti ratione, iuxta l. ſi quis maior. C. de tran-
ſactionibus: quàm ratione confeſſionis, contra
quam non admittitur probatio in contrarium, iux
ta gloſ. in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. an-
te nup. & ea, quæ ponit Felinus in cap. illud. de
160 præſumptionib. venire non poſſunt, licet † for-
te tertius non nominatus in contractu, contra quẽ
ratione poſſeſſionis rei ſpecialiter ſubiugatæ pro-
cedi poteſt, illud opponere poſſet: quia talis ter-
tius, vt puta non nominatus in tali contractu non
dicitur in eo contenta fateri. l. ſi ſtipulatus. §. Cri-
ſogonus. ff. de verborũ obligationib. & voluit Bal
dus in l. ſi pro te. C. de dotis promiſſione. & Iaſon
in dicta l. ex his verbis. in principio, in vltima co-
161 lumna. & ideo † cauti contrahentes ſuper huiuſ
modi contractu ſubiugatorio, poſtquam expreſſe-
runt plura corpora per venditorem ſubiugantem
conſueuerunt apponere iſta verba, videlicet quæ
corpora, & bona ſpecialiter ſubiugata dictus ven-
ditor in animo ſuo vti dominus, & patronus de-
tinet, & poſſidet; & dictum ius cenſus impoſi-
tum ſuper dictis bonis, & rebus ſpecialiter ſub-
iugatis, abdicans à ſe tranſtulit in ipſum em-
ptorem præſentem, & recipientem conſtituens
ſe precario, & conſtituti nomine tenere, & poſſi-
162 dere. Ex quibus † verbis infertur, quòd quan-
do ageretur de dominio incidenter duorum cor-
porum, ſeu iurium dicti cenſus ratione poſſeſſio-
nis, quàm habet venditor, præſumitur dominus,
vt voluit Bart. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeru.
vendice. & ratione poſſeſſionis, quam habet ven-
ditor ſubiugans in animo ſuo tenere, & poſſide-
re poteſt conſtituere ſe precario nomine poſſi-
dere, quòd aliàs facere non poſſet, vt voluit
Angelus in l. quiſquis. C. de donationib. & Ale-
xander in l. quod meo. ff. de acquirenda poſſeſſio-
ne. tale conſtitutum & precarium iſto caſu non im
ponetur ad transferendum poſſeſſionem, ſed ad
transferendum ius pignoris, & ſpecialis hypothe
cæ rei ſubiugatæ: quia non poteſt immotari natu-
ra contractus ſubiugatorij. Hæc firmat Petrus de
Gregorio in præallegata quæſtione, cuius doctri-
nam non in omnibus firmo, maxime dum ſentit,
163 enunciata † in inſtrumento non probare con-
tra tertium, cum non dicatur confiteri, & alibi
diſcutiam.

Et ſic ex ſupradictis annotationibus Petri de
Gregorio, & alijs vltra eum ſupra deductis col-
164 ligitur, quòd † ſubiugatio poteſt fieri, & ſub-
ſiſtit ſi fiat ſuper rebus reſtitutioni, & fidei com-
miſſo ſubiectis etiam prohibitis alienari. & hoc
165 in Regno eſt communiter receptum: ſed † quod
hæc exceptio reſolutionis dominij, & per con-
ſequens hypothecæ, & ſubiugationis ob euentũ
conditionis, & diei fideicommiſſi non poſſit op-
poni, & admitti in hac parte iudicij ante factam
ſolutionem, ſed in alia iudicii inſtantia, ſcilicet
in cauſa oppoſitoria poſt factam ſolutionem, quæ
cauſa oppoſitoria in Regno vocatur, poſt deci-
ſum articulum reiectionis oppoſitionum, & ſolu-
166 tionum: tamen in Regno hæc cauſa † oppoſito-
ria eſt vnica, & vna, & eadem: & habet vnam
tantum inſtantiam ſex menſium, iudicium hoc
incipit ab executione: & deinde ſubſequitur ad-
implementum executionis per primum decretũ,
vel fideiuſſionem, & infra dies quindecim præſen
tantur oppoſitiones, à quo die incipit inſtantia,
& eis præſentatis creditor, & actor facit peti-
tionem, & ſcripturas mittit propter priuilegium
bullæ, & Regiæ pragmaticæ, & pactum de non
opponendo ſuper reiectione ipſarum oppoſitio-
num, & deinde eis oppoſitionibus reiectis per
interlocutoriam à iudice, & facta ſolutione di-
ſcutiuntur exceptiones in eadem et inſtantia, quæ
ſupereſt: & iſto modo practicantur in Regno il-
la verba pragmaticæ, in alia iudicii inſtantia ſci-
licet, quæ fit poſt ſolutionem in eadem cauſa,
quam practici noſtri uocant, poſt ſolutionem,
cauſam oppoſitoriam: quia articulum reiectio-
nis oppoſitionum ante factam ſolutionem uo-
cant articulum incidentem, qui debet expedi-
ri ex forma alterius pragmaticæ Regni infra ean-
dem inſtantiam cauſæ oppoſitoriæ, & infra tres
menſes, & eis elapſis, & non reiectis oppoſitio-
nibus auditur opponens in ſuis oppoſitionibus:

quia

quia habentur prò admiſſis, etiam in debito bullæ, & etiam ante factam ſolutionem: & hoc iure ũtimur in Regno, & dicta Ioannis Aloyſij de Se-
167 ptimio ſuper bulla † intelligenda ſunt cum prædicto temperamento, & modo prædicto reſtringendum firmat ibi Septimo, ſi hæres opponit rem propriam ſibi onere fideicomiſſi: quia tunc opponit, quòd res non erat ſubiugantis, ut in præcedenti hoc ſupradictum eſt.

Nec obſtat, quod ſatis eſt, quod erat dominus tempore ſubiugationis: quia dixi, quod in euentũ conditionis apparet, quod non erat dominus ab initio. l. fin. §. ſin autem auaritia. C. communia de leg. & iſta duo cum præcedentibus adduxi in eandem Decij Caietani contra Gaſparem Bonett. hęc ſunt uerba Ioannis Aloyſij.

168 Et ſic † reſtringes etiam dictum Follerij ſuper bulla in verſic. huiuſmodi cenſualia. numero vigeſimotertio. Nicolaus in quæſtionibus bullaribus, quæſt. 29.

169 Quarto † ſe opponunt dictus Princeps, & conſor. quod ipſe poſſidet ex cauſa anteriori, & pro debito priuilegiato ex cauſa dotium, quo caſu procedit regula. l. qui balneum. & l. potior. ff. qui poti. in pigno. habean. allegabatur etiam Neguſantius de pignoribus. in ſecundo membro quintæ partis,
170 quæ regula dicebatur † extendi, & procedere tam agendo, quàm excipiendo, & replicando. l. creditor. in priuilegio. ff. qui potior. in pigno. habean.

In hoc difficultas cõſiſtit an procedere poſſent prædicta iura contra executionem pro debito ex cauſa bullæ. Et primo ex Blaſco Lancea dubita-
171 tur, quod † hæc exceptio, quod poſſidet conuentus, & detentor ex cauſa pro debito anteriori in prima inſtantia iudicij in bulla non admittitur. & hoc dicebatur etiam ſentire Petrum de Gregorio ſuper bulla quæſtione 6. verſic. & ſicut in actione hypothecaria num. mihi 44. vbi Gregorius ait, quod in actione hypothecaria ius anterioris creditoris abſorbet hypothecam creditoris poſterioris vt voluit Salyc. per illum textum in l. 1. C. ſi antiq. credit. ita hoc ius executiuum ſubrogatum in locum actionis hypothecariæ. Item corpus ſpecialiter ſubiugatum erit reſolutum cum effectu, & retractabitur executio in cauſa oppoſitoria, licet ab initio procedat mero iure, & ita vidiſſe ſeruare alias in magna Curia.

Et hoc dictum Petri de Gregorio ante eum tenet etiam Lancea præallegatus in verſiculo, quid ſi vni.

172 Et licet † nulla videatur dari difficultas ſtantibus infraſcriptis auctoribus quando agitur contra tertium non obligatum vigore ſtatuti non pro debito redditus ex cauſa bullæ: ſed pro alio debito non priuilegiato, quod in iſto articulo, & in prima iudicij inſtantia admittatur hæc exceptio. argum. text. in l. 1. C. ſi antiq. credir. ita in terminis videtur ſentire Bal. nouell. in decima parte, limitatione octaua, verſic. quinimmo. num. 21. in tractatu de dote, quem Bal. nouell. ſequitur Chircus in apoſtilla ad bullam, vbi dicit, quòd noſtri antiqui apoſtillantes Regiam pragmaticam ita ſunt interpretati. & ſic tenet Chircus cum Bal. nouell. etiam in debiti executione ex cauſa bullæ prædictam etiã opinionem Nouelli tenet Pedemontanus deciſione 59. per totam deciſionem fortificando eam ſex argumentis reſpondendo alijs argumentis contrarijs, licet Bald. nouell. non alleget, & omnia argumenta Pedemontani poſſunt adaptari ad hanc quæſtionem in terminis bullæ.

Sed difficultas in caſu noſtro eſt, quòd iſte Prin-
173 ceps conuentus allegat detinere, † & poſſidere illud tenimentum domorum ex adiudicatione facta creditori etiam pro debito ſecundum formam bullæ pro cenſibus decurſis: & ipſe excipit detinere per intermediam perſonam alterius creditoris, qui id tenimentum bonorum ſibi adiudicauerat ex cauſa crediti cenſus debiti iuxta formam bullæ, in quo caſu Blaſius Lancea ſuper bulla in dicto verſiculo, quid ſi vni, licet primo loco dicat debere admitti in oppoſitionibus ſuis de poſſeſſione priuilegiata ex cauſa bullæ, & ex cauſa anteriori, per textum in dicta l. 1. C. ſi antiq. credit. allegatis, & Bald. Nouell. in dicto tractatu de dote, in decima parte, limitatione octaua, verſiculo, quinimmo, numero vigeſimoprimo præallegato, deinde ſubſequendo his verbis Lancea dicit, quod ſunt conſideranda verba Baldi, ſi loquitur in terminis bullæ, & Regiæ pragmaticæ, ſcilicet quando ſtatutum diſponit, quòd contra tertium poſſeſſorem poſſit executio cauſari procedendo ad vlteriora, quod non ſit audiendus in aliqua exceptione, & defenſione, niſi tantum in exceptione ſolutionis apparentis per publica inſtrumenta: nam Baldus ibi videtur formare quæſtionem ſuam caſu, quo ſtatutum diſponeret, quod etiam contra tertium poſſit executioni mandari inſtrumentum guarentigiæ, & non quando ſtatutum procederet etiam ad vlteriora excludendo omnes exceptiones, & non admittendo, niſi vnam tantum, prout facit bulla: quia tunc videretur ſequi dicendum ſcilicet, quod talis tertius non poſſit audiri, niſi tantum in exceptione realis ſolutionis apparentis per inſtrumenta publica, allegat doctrinam Angeli in l. non tantum. §. 1. ff. de petitio. hæreditat. Lanceam ſequitur Philippus de Paternione in ſua lectura bullæ, & idem etiam Petrus de Gregorio ſentire videtur in dicta quæſtione ſexta, dicto numero 44. verſiculo, & hoc etiam licet deinde relinquat cogitandum: nam ibi concludit ſub his verbis Gregorius, quod etiam ſi tertius poſſeſſor corporis ſpecialiter ſubiugati poſſederit ex cauſa pariter priuilegiata anteriori propter priuilegium, iuxta formam bullæ, & Regiæ pragmaticæ, iuxta ea, quæ habentur in l. 1. vbi per Baldum, & Salycetum C. ſi antiq. credit. vel ſucceſſiſſet in locum anterioris creditoris ex eadem cauſa, iuxta ea, quæ habentur in l. prima, C. de his qui in prio. credito. loco ſucced. quia tunc licet talis oppoſitio impedire executionem non poſſet, ab initio, impedit tam in effectu poſt ſolutionem in cauſa oppoſitoria per perdicta.

Sed quia prædicto de Gregorio ibidem viſum fuit poſſe ſuſtineri contrariam partem dicit, limitando ſupradicta per eum ſub his verbis, niſi dicas, quòd Regia pragmatica non tollit ius anterioris creditoris, & ratione paritatis priuilegij

res reducitur ad ius commune, de quo per Bald. & Salyc. in l. 2. C. de priuileg. Fiſ. & in l. 1. C. ſi antiq. credit. vbi per eos diſtinguitur, & ſic dicit Petrus de Gregorio, quod vis ſtat, nunquid ab initio ante ſolutionem, vel ex poſt facto poſt ſolutionem impediat, vel remoueat executionem in cauſa oppoſitoria, ſuper quo dicit melius cogitandum. & idẽ Petrus de Gregorio in dicto tract. quæſt. 9. in fine, verſic. nunquid autem tertius. allegat pro hoc puncto Bar. Bald. & Salyc. in l. 1. & 2. C. ſi antiq. credit. & Ioan. Frabrum, qui declarat hoc in §. item Seruiana. in 8. colum. Inſtit. de actio. & deinde ſe remittit ad quæ dixit in quæſtione 6. in verſiculo prædicto.

Petrus Petrolus ſuper Regia pragmatica, & ſuper bulla in verbo ibi, onerata, dicit tenendo opinionem, quòd ſingularis ſucceſſor, qui ſucceſſerit in locum alterius creditoris in ſimili cauſa ſubiugationis poteſt allegare, quòd ſit prior in tempore, & potior in iure aduerſus executionem debiti ex cauſa bullæ, ratione paritatis priuilegii, allegando etiam text. & Doct. in l. aſſiduis, in verbo, exceptis. C. qui potio. in pigno. habean. & licet dicat intelligenda eſſe præmiſſa ſecundum deciſionem Doctorum, & gloſ. in l. 1. C. ſi antiq. credit. vt in prima inſtantia executionis debeat ſoluere, & repetere deinde in alia iudicii inſtantia, vbi de meritis poſt ſolutionem eſt diſcutiendum, propter illa verba pragmaticæ. quorumcunque, quod eſt generale ad omnes: attamen ipſe Petrolus dicit veriorem primam opinionem per dicta verba, exceptis. & quia præſtat ſoluere in l. 2. C. de compenſat. nec obſtat verbum, quorumcunque, quia recipit reſtrictionem, vt non comprehendat eodem beneficio munitos per illud verbum, exceptis, vt l. aſſiduis, ibi, exceptis. C. qui potio. in pigno.

Hanc etiam opinionem firmare, & tenere videtur ex auctoritate Henrici de Medicis, & Henrici rubei, & aliorum, Catinenſis in ſuis quæſtionibus bullaribus quæſtione 51.

In hoc puncto licet præallegatorum Doctorum aliqui teneant indiſtincte aduerſus executionem contractus pro cenſibus decurſis debitis ex forma bullæ in priuilegio inſtantiæ in articulo reiectionis oppoſitionum admitti non debere exceptionem, ſeu oppoſitionem, quòd ille tertius qui detinet, & poſſidet ex cauſa adiudicationis, ſeu in ſolutum dationis pro debito anteriori, & cauſa hypothecæ anterioris, ſed in alia iudicii inſtãtia poſt factam ſolutionem in cauſa oppoſitoria. Si prædictam opinionem vellemus diſputare, quando ille, qui poſſidet, allegat cauſam anteriorem pro cauſa, & debito anteriori, & potiori, non pariter priuilegiato, nec ex cauſa bullæ. In hoc omnes doctores in Regno tenent indiſtincte, quod non admittitur hæc exceptio aduerſus executionem cauſatam virtute contractus debiti pro cenſibus, iuxta formam bullæ, ſtante Regia pragmatica in principio inſtantiæ in articulo ante factam ſolutionem: ſed in alia iudicii inſtantia, & poſt factam ſolutionem in cauſa oppoſitoria: & ita paſſim ſeruatur, & ſemper ita fuit deciſum in magna curia, & nunquam ego vidi determinare contrarium.

Sed quatenus hic, qui poſſidet conuentus pro executione cenſuum decurſorum pro debito bullæ allegat ſe poſſidere ex cauſa & debito anteriori, potiori, & prouenienteex cauſa bullæ, in quo caſu nos ſumus, hoc dubium fecit remanere ancipites, & dubios aliquos doctores Regni; & licet aliqui ex doctoribus Regni determinent, quòd in iſto principio inſtantiæ in articulo ante factam ſolutionem non admittatur hæc exceptio, ſed in alia iudicii inſtantia poſt factam ſolutionem in cauſa oppoſitoria, prout ſupra retuli; attamen quòd admittatur etiam in principio inſtantiæ in articulo, an debeat reiici hæc exceptio, mihi videtur verior opinio, quòd debeat admitti in hoc articulo reiectionis oppoſitionum: & ſic in prima iudicii inſtantia ante factam ſolutionem, prout ſupra retuli Doctores hoc tenentes, & etiam infraſcripti doctores tenent prædictam opinionem, & quædam apoſtilla dicit in Regno communiter teneri rationibus prædictis paritatis priuilegii, & per Bald. in dicta l. 2. C. de priuil. fiſci, Salyc. ibi, vbi Salyc. firmat num. 3. verſic. item qui fiſcus, quod in pariter priuilegiato melior eſt conditio poſſeſſoris, & in pari cauſa melior eſt conditio conuenti, per text. in l. ſi minor quindecim annis. ff. de minor. & l. viro, atque vxore. ff. ſolut. matr.

Et Antonius Lancea ſuper bulla, & Regia pragmatica in verbo, onerata, tenendo hanc opinionẽ dicit, quòd ſi iſti ſingulares poſſeſſores ſucceſſerunt in locũ alterius creditoris in ſimili cauſa ſubiugatoria, an creditor vtatur priuilegio iſtius bullæ contra tales poſſeſſores in iure alterius ſingulari priuilegio ſuccedẽtis: dic, quòd ratione paritatis priuilegii cauſa reducitur ad ius commune ſecundum Bal. & Salyc. in l. 4. C. de iure fiſci. & ideo prior in tempore potior eſt in iure cum diſtinctione. l. 1. C. ſi antiq. credit. & hoc ne paſſim inducatur legum correctio, ubi etiam allegat l. aſſiduis. in uerbo, acceptis. & ibi Doct. C. qui potio. in pigno. habean. poſt quam apoſtillã Antonij Lanceæ ſubſequitur quædã annotatio ſub nomine Blaſci Lanceæ, licet ipſe in alijs annotationibus, ut ſupra dixi, teneat contrarium; tamen hæc annotatio Blaſci dicit, quod aliqui ſaluant prædicta in meritis, ut prima facie ſaluant, & repetant, & fundatur ſuper uerbo, quorumcunque. poſſeſſorum, quod eſt uerbum generale ad omne: tamen dicta prima opinio eſt uera per dictum uerbum, exceptis, nõ obſtat uerbum, quorumcunque, quod recipicit reſtrictionem eodem beneficio munitos per dictũ uerbum, exceptis, argum. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de muner. & honorib.

Iacobus Chircus autem ſuper bulla ponit hanc concluſionem, & determinat prout infra ibi in uerſic. exceptiones. & ſic ſunt ſublatæ exceptiones: ſed an ille, qui poſſideat ex anteriori cauſa poſſit de hoc excipere, quod poſſidet ex anteriori cauſa, & in Regno tenetur communiter, quod ſic: quia non uidetur reiecta, et licet non uiderim aliquid ad hoc allegari, tamen uide Bal. nouell. in tract. dotiũ, qui hoc decidit in terminis in 10. par. principali, col. 10. et 11. 2. limit. uerſic. quinimmo dicebatur, licet ibi Bal. dicat, quod in Florentia aliter ſeruatur, et pro iſta obſeruantia faciunt uerba Bart. ff. de aqua pluuia arcen. l. in diem adiecto. nu. 2. &

Bald.

Bald. in l. 3. in 13. quæſt. C. de reſcind. vend. ſed cogita, an poſſit dici, quòd iſtud debet procedere quoties tertius, qui allegaret ius anterius, habet titulum, quia iſte titulus reſoluit ius creditoris præcedens ſubiugationem: tamen ſi recte ponderetur ſtatutum noſtrum reijciens omnes exceptiones, præter vnam: & ſic nulla alia eſt admittenda, & à fortiori, vt inquit Angel. in l. & non tantum. §. 1. ff. de petit. hæred, ideo reſponde, quòd iſta exceptio admittitur, quãdo talis creditor poſſideret ex alia ſubiugatione anteriori; quia priuilegium non operatur contra pariter priuilegiatum eodem priuilegio pragmaticæ, & ita tenent omnes in Regno.

Et ſic tenendo hanc opinionem, ego dico, quod non obſtat pragmatica, quæ priuiligiat actionẽ, & executionem, & non exceptionem; quoniam reſpondeo iam ille, qui poſſidet ex cauſa anteriori, quando fuit adiudicata res pro debito cenſuali, & priuilegiato per Regiam pragamaticam fuit conſecutus rem ipſam pro executione, & actione priuilegiata, & ſic durat priuilegiata retentio rei proueniens ex cauſa actionis, & executionis priuilegiatæ, quia hypotheca anterior priuilegiata non dicitur extincta, ſed remanet efficax ſuper ipſa, & licet fuerit effectus dominus, quando reuocabile eſt dominium, non extinguitur hypotheca. notant Doctores in l. neque pignus. ff. de reg. iur. & actio, & retentio pari paſſu ambulant; nam cui damus actionem, multo magis & retentionem. l. nemo inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. & ibi Decius, & Cagnol. quia facilius permittitur retentio, quàm petitio, ex notatis per Bald, in l. 2. C. de fideicom. maxime quando actio, & retentio tendunt ad eundem finem. Decian. conſil. 94. num. 29. in tertio.

Et prędictam opinionem ſequendo Aloyſius de Septimo in annotationibus ſuper bulla verſic. 2. dico ſub his his verbis ait, quòd ſi illud quod eſt ſolutum per detentorem, eſt ſolutum alteri habenti ius ſubiugationis, pariter ego poſſem opponere, quod ſolui alteri habenti iura ſubiugationis: & iſta oppoſitio non reijcitur à pragmatica, quia priuilegium conceſſum ſubiugationibus in agendo, non videtur conceſſum contra pariter ſubiugatarium, immo quemadmodum illi ſubiugatario faueretur etiam quod ſi exerceret executionem contra eum non audirentur oppoſitiones, ita fauetur ei in excipiendo, quia cui damus actionem, damus multo magis & exceptionem. c. fin. de ordin. cognit. vbi ſi quis agit ſpoliatorio iudicio non audiuntur eius defenſiones. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. vnde vi. tamen ſi conuentus agit de contrario ſpolio auditur, quia ex quo poſſet agere contra vltimo loco ſpoliatum, priuilegium non habet locum contra eum; & propterea dicit ibi Abbas, quòd priuilegium conuenti eſt reſpectu eiuſdem cauſæ, magis fauetur reo, prout ibi late ſequitur, vbi plura Barbat. adducit. & ita tenet Abbas in c. 2. eod. tit. & Angel. in l. licet. C. de exceptionibus. ſub eiſmet verbis hæc apoſtilla annotatur ſub nominè Corradini Puteo, & quia magis antiquus eſt Ioan. Aloyſius de Septimo, hæc opinio eſt Ioan. Aloyſij.

Et hæc opinio, quòd hæc exceptio detentionis ex cauſa anteriori, & pariter priuilegiata ab eo, qui poſſidet rem ex cauſa adiudicationis, & dationis in ſolutum, quòd poſſit allegari in prima
parte inſtantię in hoc articulo ante ſolutionem am-
174 pliari † poteſt, quod de plano procederet, & abſ-
que difficultate in caſu, quo adiudicatio, & libera-
tio rei ſubiugatæ fuiſſet facta in iudicio executio-
nis ex cauſa debiti cenſualis, & pariter priuilegia-
ti cũ principali debitore etiã citato iſto creditore
modo comparente & exequente eius inſtrumen-
tum pro ſuo credito cenſuali, quia tunc omnia acta
ei præiudicant, iuxta tradita per Doct. in l. ſi ſupe-
ratus. ff. de pignor. l. præſes. C. eod. clarius tex. in l.
iudicatę quidem. §. ſi debitor. ff. de except. rei iud,
& not. in l. ſępe. ff. de re iud. & c. quamuis de re iud.
175 Quam quidem opinionem ampliatam † quod
prædicta opinio procedat, ſi ille qui modo agit,
fuit citatus, quando alter anterior creditor ex cau-
ſa bullæ ſibi adiudicauit prædium, pro cuius præ-
dij detentione & poſſeſſione modo cõuenitur prę-
dictus Intrigolus in ſuis quæſtionibus bullaribus,
quæſt. 51. firmat ita communiter teneri allegando
Henricum de Medicis, & Iacobum Rubeum Do-
ctores Regnicolas apoſtillantes: ſed Doctores,
quos ego vidi ſuper bulla, non inueni hanc conclu-
ſionem firmaſſe in his terminis citationis alterius
creditoris bullaris, ſed tantum determinantes mo-
do vt ſupra retuli, licet prędictos de Medico, & de
Rubeo adhuc non vidi, & ſine prædicto tempera-
mento vidi aliquando ſeruari prædictam opinio-
176 nem † etiam contra non citatum, quoniam licet
in ſecundo decreto non fuerit citatus ille, qui mo-
do agit, tamen magna Regia curia, quæ eſt curia
æquitatis, & veritatis, admittit hanc exceptionem
177 probatam etiam per inſtrumenta † & probatio-
nes probatas, prout ſunt inſtrumenta publica, &
talia, qualia ſunt, ex quibus fundatur executio: nã
ſicut creditor agendo in terminis noſtris aſſumit
pro ſe executionem paratam à ſuo inſtrumento,
ita debet etiam ſimili ratione contra ſe recipere
admiſſibilem exceptionem à pari inſtrumento pa-
rato procedente, prout elicitur ex mente Bart. &
aliorum in l. planę. ff. quod falſ. tutor. & Ioan. de
Imola in cap. fin. de vita & honeſt. cleric. etiam in
executiuis non licet actori, quod reo non permit-
titur, ſecundum Bald. in l. ſi cauſam. ff. de execut.
rei iud. ita per prædicta concludit Antonius Co-
himbet. & in ſingul. obſtantiarum primo in priui-
178 legio, vbi etiam dicit, quod procedit † etiam ſi
eſſet ſtatutum, quod contra inſtrumentum guaren-
tigium nulla exceptio poſſit opponi: quia tunc be-
ne admitteretur exceptio, de qua in cõtinenti con-
ſtat, & magna Regia curia hoc ſeruat in exceptio-
nibus admiſſibilibus probatis per inſtrumenta pu-
blica, quia admittit eo modo probata, & latius di-
xi infra deciſione tertia.
179 Sed † prædicta ampliatio extendi poteſt etiam
citato tertio creditore, quando præceſſiſſet citatio
per proclama, ſecundum tex. l. ſi eo tempore. C. de
remiſſ. pigno. & ſecundum hanc opinionem fuit
aliàs iudicatum in cauſa Iacobi Garaglano cum
illo de Stiuala, & alio de Graffeo in curia appella-
tionis huius vrbis in anno 1584. xiij. indictionis,
& de citatione per proclama, quando operatur, et
poſſit fieri, et quando non, vide late Becium conſ.
12. à num. 1. vſque num. 23.

Item fuit deciſum in cauſa alterius creditoris de cauſa debiti bullaris, qui citatus in cauſa adiudicationis ex cauſa debiti cenſus ex cauſa bullæ, deinde quoniam res adiudicata peruenit ad creditorem, ſe direxit contra eum, & cauſauit executionem poſt adiudicationem. Fuit in magna Regia curia deciſum in cauſa cuiuſdam Iacobi Lanteri cum quadam Ioannella Denepita in ciuitate Cataniæ in primo & ſecundo iudicio, quæ deinde cũ fuerit deuoluta ad magnã Regiam curiam via appellationis in anno 3. indictionis 1589. fuit per magnam Regiam curiam confirmata, licet ego non determinauerim, quia fui in illa cauſa recuſatus à partibus propter allegatam deciſionẽ dum eſſem iudex appellationis, & iterum in magna Regia curia, ego cum alijs determinauimus in cauſa Antonini Sapupo nominibus contra Coſmum Chioſſo.

180 Et pro iſta opinione conſidero † etiam, quod ille poſſeſſor conuentus, qui poſſidet rem ſpecialiter ſubiugatam ſibi obuentam ex cauſa adiudicationis pro debito bullari; & cenſibus decurſis, & ſic ex cauſa pariter priuilegiata non repellitur à pragmatica reijciente exceptiones, dum allegat contra agentem etiam pro debito bullari, & volente ſibi liberari facere ex cauſa executionis contra eum cauſatæ, prædium, dum allegat ius retentionis ex cauſa anteriori, & priuilegiata ſibi quæſitũ pro executione cenſuum decurſorum pariter pri-
181 uilegiatorum. Quo caſu, quia † retentio non eſt exceptio, immo vbi à iure eſt denegata exceptio, non dicitur denegata retentio: ita in duobus debitis, quando aduerſus executionem vnius denegatur exceptio, & pro iure alterius allegatur compenſatio, firmat Bald. in conſil. 315. in tertio.

Immo magis priuilegiata eſt retentio, quàm actio. Decian. conſil. 94. num. 27. 28. in 3. Rota Lucenſ. deciſ. 64. num. 5.

182 Item qui † retinet rem hypothecatam ratione hypothecæ non compenſat, neque deducit, ſed ſuſpendit executionem. Corn. conſil. 61. num. 37. verſic. & etiam aduertendum. in 3. vbi etiam per totũ nu. 27. firmat opinionem, quòd licet aduerſus depoſitarium non poſſit opponi exceptio compenſationis, vel dominij, tamen poteſt opponi ius retentionis ratione hypothecæ.

Nec facit in caſu noſtro doctrina Capicij in de-
183 ciſione 88. num. 3. 4. 6. cum vocat retentionem † exceptionem ita vt comprehendatur in renunciatione exceptionum generaliter facta, & maxime quando adeſt renunciatio omni ll. auxilio, omnibuſque exceptionibus iuris, vel facti, ex parte ſubſequenti.

Quoniam reſpondeo, quòd dum Capic. dicit, quod retentio eſt exceptio, & quod veniat in re-
184 nunciatione generali, non dicit verum, quia † retentio non eſt exceptio, cum non habeat quis excipere, ſed pignori incumbere, ſecundum Bald. in l. ſi traditio. num. 3. C. de actionib. empt. vbi dicit,
185 quod etiam ſi ſtatutum † diceret, quod nulla exceptio poſſit opponi, poteſt tamen opponi retentio; quem refert & ſequitur Barbat. conſil. 86. colum. mihi 6. verſic. & ſi dicat quiſpiam amice. in 3. volum. quos refert, & alios id tenentes. Boerius deciſ. 43. num. 15. 16. vbi etiam dicit etiam num. 16,
186 quod etiam ſtante † ſtatuto prohibente nullam opponi poſſe exceptionem, venditor poteſt iure pignoris retinere poſſeſſionem rei venditę pro pretio non ſoluto, & communem dicit, quicquid dicat Bart. refert Marin. Frecc. de pręſentatio. inſtrumenti, par. 3. q. 1. num. 1. & in fin. & ſic habes ex prædictis firmatam hanc tertiam opinionẽ, quòd tertius contra quem executio cauſatur pro debito bullari, poteſt allegare quòd ipſe poſſidet ex cauſa crediti bullaris, ſed anterioris, & admittitur etiam in principio inſtantiæ ante factam ſolutionẽ in articulo vbi diſcutitur, an ante factam ſolutionẽ exceptio debeat admitti, vel reſeruari in alia iudicij inſtantia poſt factam ſolutionem.

Et ſtantibus prædictis magna Regia curia decreuit admittere oppoſitiones prædicti Don Franciſci de Moncata Principis, & conſort. & interlocutum fuit quod oppoſitiones ſtarent.

SVMMARIVM.

1 *Executio inſtrumenti non poteſt fieri contra non nominatũ, nec in contractu obligatum. maxime reſpectu actionis hypothecaria. nu. 2.*

3 *Limita ſtante diſpoſitione pragmatica poteſt contra terium exequi, quia poteſt hoc per ſtatutum diſponi.*

4 *Nam hoc ius executiuum contra tertium fuit ſubrogatum in locum actionis hypothecariæ.*

5 *Hypotheca hæc executiua eſt priuilegiata, non eſt ſicut alia ordinaria.*

6 *Ratio, quia poteſt contra tertium exerceri abſque excuſſione.*

7 *Pacta contractus ſunt, quòd caſu ceſſationis dotium ſoluantur interuſuria. nu. 87. & 88.*

8 *Pretium cenſus debet fieri venditoris, & in eum tranſire dominium, & non eſſe repetibile.*

9 *Sors debet eſſe demortua, & non repetibilis. n. 11. 12. aliàs ſi conuenitur, quod poſſit repeti contractus, erit illicitus. nu. 20. 21. Limita ſi pactum repetitionis ſortis eſſet adiectum in caſu euictionis, vel non poſſe exigi, vel conſequi cenſum. num. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. Sed ſi ex verbis pacta, vel aliunde poſſet colligi fraus, non tenet pactum factum in fraudem vſurarum. nu. 103. 104. 105. 106. 122. 123. & 124.*

10 *Pactum, quod poſſint redimi cenſus, facit contractum licitum.*

13 *Pactum, quod poſſint peti dotes, & interuſurium eodem tempore.*

14 *Poteſt fieri in contractu promiſſionis dotis.*

15 *Contractus qui poteſt tranſire in alium contractum valet, licet factum ſit pactum contra ſubſtantiam ipſius. aliàs non. num. 24. 78. & 86.*

16 *Concurſus creditorum poteſt fieri, & quomodo. n. 17.*

18 *Pacta contra ſubſtantiam contractus, an vitientur, vel vitient contractum. nu. 23. 25. diſtingue. nu. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 90.*

22 *Pretium eſt ſubſtantia venditionis.*

33 *Verba iuxta formam bullæ, an ſint talia, vt ſub eis cõprehendantur omnia ſubſtantialia bullæ, etiam quòd expreſſim non exprimantur. nu. 76. 77. 85. 177. 178. 183. 186. & 187.*

Debitum,

34 *Debitum, ſeu nomen debiti poteſt eſſe pretium cenſus in contractu venditionis cenſus. nu. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48.*

49 *Quid in nomine, quod debetur ab alio, & non venditore emptori. nu. 50. & 51.*

38 *Debitum ex vna cauſa poteſt conuerti in debitum ex alia cauſa. 98. 49.*

41 *Et perinde eſt, ac ſi interuenerit vera numerata. & interuenerit pecunia numerata. nu. 43.*

40 *Compenſationis exceptio poteſt opponi aduerſus depoſitum confeſſatum.*

41 *Mutuum confeſſionatum admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

44 *In datione inſolutum non ita vrget ſuſpicio fraudis, quia fieri videtur ex neceſſitate potius quàm voluntate.*

45 *Debitum ex vna cauſa dum conuertitur in aliam cauſam, licet actus fictus ſit, tamen ſolutio dicitur vere fieri.*

46 *Dictio, ſecundum, facit relationem formalem. nu. 79.*

52 *Pretium, ſeu ſors, ſi non eſt condecens cenſui vendito, ratiocinando ad decem pro centenario, an in totum contractus irritabitur, vel pro illa parte, pro qua non correſpondet. nu. 53. 54. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.*

54 *Vſura vltra debitum modum ſi promiſſæ, contractus tenet, vſque ad debitum modum.*

55 *Contractus vſurarius quoad vſuras annullatur, quoad ſortem tenet.*

56 *Dolus dans cauſam contractui in totum annullat contractum.*

58 *Vtile per inutile non vitiatur.*

59 *Contractus ſimulatus eſt nullus in totum, ſecus factus in fraudem.*

65 *Solutio pretij cenſus venditi, ſi ſit ex pecunia emptori numerata, ex cauſa debiti penes venditorem eſt ſine ſcrupul. Sed quid ſi tranſeunt partitæ. nu. 66.*

67 *Quid ſi datur res, ſeu merces pro pretio valet.*

68 *Redimi an poſſit cenſus pro maiori, vel minori pretio in pecunia. nu. 69.*

70 *An dando rem minoris valoris, quàm ſit pretium. n. 71. 72. 73. & 74.*

75 *Pactum, quod in caſu redemptionis debeat ſolui in vnica ſolutione, & in pecunia, quod fuit ſolutum in diuerſis temporibus, & diuerſis rebus.*

80 *Verbum, non aliter, importat conditionem.*

81 *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.*

82 *Forma non poteſt adimpleri per relationem.*

83 *Secundum formam, iſta verba important vt non dicatur adimpletum per æquipollens. Nec ſufficit relatio ſola. num. 84.*

89 *Solemnitas differt à ſubſtantia.*

95 *Datum ex cauſa, & cauſa non ſecuta, debet reddi re ad dantem.*

96 *Venditor prædij ſubiecti ſeruituti tenetur emptori actione ex empto.*

97 *Dolus venditoris non debet ei prodeſſe.*

107 *Sors an poſſit repeti in caſu, quo cenſus non poſſit exigi ſuper rebus ſubiugatis: quia eaſmate perirent, vel dominium fuit ex anteriori cauſa reſolutum, vel pacta de retrouendendo, vel quia aduenit dies fideicommiſſi, vel caducitatis, vel alijs caſibus ſimilibus. nu. 114. 120. 121. 122.*

108 *Cenſus an cõſtitui debeat ſuper certis prædijs vel incertis, vel indiuidualiter, vel generaliter. num. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 171. 172. 179. 180. 181. 182. 184.*

125 *Contractus, cuius ſubſtantia eſt collocata in voluntatem vnius ex contrahentibus, eſt nullus. ex textu in l. in vendentis. C. de contrah. vend. n. 130. 131. 132.*

126 *Reſtringe, ſi contractus perficitur traditione rei venditæ. nu. 127.*

129 *Reſtringe, quando ad tempus maturatæ ſolutionis, & quomodo. Diſtingue, vt num. 130. & 131.*

128 *Contractus non confirmabitur ex curſu temporis, neque ex negligentia, neque ex ſententia.*

133 *Nullitatis contractus exceptio opponi poteſt contra executionem contractus venditionis cenſus iuxta formam bullæ, quando nullitas eſt notoria. nu. 134. & conſtat ex actis. num. 135. 136. 137. 139. 140. 141. 142. 143. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 178. ſecus ſi velata. nu. 138. non intelligitur retecta nullitas ex defectu perſonæ contrahentis. n. 143. 144.*

149 *Nullitas poteſt tentari per viam præuentionis principaliter tentata, ſi conſtat ex actis, & eſt euidens & apparens ex inſtrumentis.*

154 *Exceptio intentionis, et facti quæ dicatur. n. 154. 156.*

153 *Contractus vbi nullus, non poteſt exequi, nec ex eo oriri obligatio, & actio, & hæc non dicitur exceptio, quando conſtat ex lectura contractus, exceptio verè non dicitur, quæ eſt intentionis, & facti exceptio, ſed negatio mera. nu. 154. 155. 156. 157. 158.*

159 *Diſtingue, quæ admittatur exceptio, & quæ dicatur mera exceptio, & quæ non dicta. nu. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169.*

173 *Ordo datus à Principe debet ſeruari.*

174 *Actus in ſubſtantialibus non poteſt ſuppleri, tanquã de conſuetudine apponi ſolitus.*

175 *Actus non poteſt de conſuetudine ſuppleri, quando actus eſt ſub alia forma.*

176 *Scriptura, vbi requiritur, non poteſt de conſuetudine ſuppleri, cum non ſit ſcriptum.*

DECISIO II.

In cauſa executionis cauſatæ in tribunali magnæ Regiæ curię ad inſtantiam Don Ferdinandi de Grauina contra Claudium Maza detentorem, & poſſeſſorem cuiuſdam vineę, quæ olim erat quõdam Hieronymi Erimarchi, quem aſſerebatur ſubiugaſſe in contractu matrimoniali, & dotationis cenſuum annuorũ in caſu ceſſatæ ſolutionis dotium per eum dotatarum quodam Cathaldo de Fimia ſponſo.

Fuit dubitatum an oppoſitiones præſentatæ per iſtum de Maza deberent admitti ante factam ſolutionem, vel deberent reijci, & reſeruari exceptiones in alia iudicij inſtantia, ſcilicet in cauſa oppoſitoria, facta prius ſolutione ſummæ, pro qua executio eſt cauſata.

PRimum dubium erat, quod contra eum tertium, & non nominatum in contractu non poterat

terat contractus exequi pro prætenſo interuſurio
dicti debiti cenſus prætenſi iuxta formam bullæ,
& regiæ pragmaticæ promiſſo per illum de Ermar
1 chi quondam Cathaldo de Fimia, quia † exceptio
inſtrumenti non poteſt fieri contra non nomina-
tum, nec in contractu ſubiugatum etiam ſtante ſta
tuto tribuente executionem inſtrumento. Maran.
in Specul. in par. 6. de executione ſententiæ. Re-
buff. de litter. oblig. art. 2. Gloſ. 1. nu. 63. Suarez in
declarat. 11. reg. poſt lect. 1. poſt rem iudic. verſic.
ibique. fol. 575. Duennas de reg. iur. reg. 275. limit.
6. Rip. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Ioannes Trig.
ſing. 121. Bertran. conſil. 303. nu. 7. 8. in 1. 2. Cra-
uett. conſil. 192. nu. 95. Antonius Maſſa in tract. de
oblig. in forma Camer. in 2. quæſtione primæ par-
ticulæ oblig. fol. 41. Petrus de Gregorio tract. ſu-
per bulla, quæſt. 6. verſic. aliquando vero occurrit.
poſt verſic. ſucceſſiue, quæro, certum eſt. Vantius
in tract. de nullit. tit. qui poſſit dicere, de nullit.
num. 17.

2 Quod † ampliat Gutterius in rep. l. nemo po-
teſt. ff. de legatis 1. nume. 34. maxime reſpectu
actionis hypothecariæ. Bertran. conſil. 143. nu. 14.
in 1. 2. conſil. 193. nu. 3. in 3. 3. Ioannes Antonius
Trigona ſing. 121. Deci. conſil. 198. nu. 5. Alex. con-
ſil. 83. num. 14. in 3.

3 Sed † huic reſpondebatur, quod ſtante regia
pragmatica, quia debitum eſt ex forma bullæ po-
teſt contra tertium exequi, prout dicta pragmati-
ca, & comprobantur prædicta ex not. per Bertran.
in conſil. 303. nu. 7. 8. in 1. 2. vbi dicit, quòd poteſt
de ſtylo fieri, quod poſſit exequi contra tertium,
4 ergo fortius † ſtante diſpoſitione regiæ pragmati-
cæ hoc ius executionis contra tertium fuit ſubro-
gatum in locum actionis hypothecariæ ſecundũ
Petrum de Gregorio ſuper bulla verſic. ſucceſſiue
quæro certum eſt, in fin. verſic. item confirmatur
ex alio. & Lupus in tract. de vſuris, in Comment.
l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. §. 2. num. 66. &
5 ſeq. dicit, quòd res tantum † ſuper qua conſtitutũ
eſt, cenſus hypothecatur emptori, quæ hypotheca
reperitur priuilegiata, nec ſequitur conditionem
aliarum hypothecarum, & licet regulariter tradа-
tur, quod tertius poſſeſſor, qui nõ contradixit, nec
contrahenti hæres extitit conuentus hypotheca-
ria poſſit opponere excuſſionis cauſam. auth. hoc
6 ſi debitor. C. de pigno. tamen poſſeſſor † huius præ-
dij ſuper quo fuerit conſtituta penſio huiuſmodi,
conueniri poterit ad eius ſolutionem, etiam nulla
facta excuſſione, quaſi res quodam iure ſit affecta,
vt tranſeat in quemlibet ſingularem ſucceſſorem
cum hoc onere; tradit, quod tranſeat in ſingu-
larem ſucceſſorem. Guid. Papa deciſ. 42. & deciſ.
576. de vtroque Caſſan. in conſuetud. Burgund.
Rub. 11. §. 6. in priuilegio vſque ad num. 6. Cauerr.
var. reſol. lib. 3. c. 7. nu. 6. & clare hoc etiam dictant
verba pragmaticæ.

Ideo eſt videndum, an iſte contractus ſit talis,
qualem eſſe vult pragmatica, cum pragmatica det
legem exequendi debitum contractum iuxta for-
7 mam bullæ. & primo dico, quod in caſu noſtro †
ſunt promiſſæ dotes ad cathamena, & ceſſante do-
tante ſoluere in temporibus conuentis, ſe obliga-
uit ſub his verbis. Item in caſu, quòd dictus ma-
gnificus dotator non aſſignauerit dotes prædictas
eidem magnifico ſponſo in temporibus prædictis,
& cathamenis, quod teneatur ipſe dotator reſpon
dere ad ius cenſus de octo pro centenario, donec
ſoluerit dotes prædictas ſecundum formam bullę,
& regiæ pragmaticæ, & ſecundum per eam diſpo-
nitur, nulla alia interpellatione facta, immo quam-
primũ dies ſolutionis alicuius peruenerit ex tunc
in antea intelligatur dictum ius cenſus currere
iuxta formam bullæ, donec ſoluerit ſortem princi-
palem cum interuſurijs forte decurſis, & ſic in ele
ctione ipſius magnifici ſponſi pro ſe, &c. ſtare di-
cto cenſui, aut petere pecunias ſupra dotatas, non
aliter, &c.

Ex quibus verbis contractus primo dubitatum
fuit, an poſſit dici per contractum prædictum ef-
fectum debitum annuale, iuxta formam bullæ, &
8 videbatur dicendum, quòd non, quia de eſſentia †
contractus venditionis pecunia, pro qua venditur
cenſus, debet effici venditoris, & in eum tranſire
dominium pecuniarum, & non eſſe repetibilis, &
hoc firmatur etiam ex auctoritate magni doctoris
proſoceri mei Petri de Gregorio in ſuo tract. ſuper
bulla, in quæſt. 3. verſic. 2. voluit, vbi ait, ſecundo
9 voluit, quòd ſors † principalis pretij conuenti ſo-
luti venditori per emptores annualium iuriũ cen-
ſualium ſit demortua, & per ipſum emptorem nun
quam repeti poſſit: quia voluit huiuſmodi vendi-
tiones annualium iurium cenſualium poſſe fieri ad
inſtar earum, quæ fiebant in Regnis Aragonum, &
alijs vltra montes conſtitutos, quæ mortua nuncu
patur: quinimmo cenſentur venditiones prædictę
factæ inſtrumẽto gratiæ pro ſimili pretio redimen
di mediante quandocunque ad libitum venditoris
prout hæc in dicta conceſſione Apoſtolica contine-
10 tur. Ex quibus infero, † quòd talia pacta faciunt
contractum licitum, & de iure permiſſum: nam vi-
demus quod præſtationes, ſeu impræſtita faciunt
contractum licitũ, inſtar eorum, quæ fiunt in mon-
te Florentiæ, & Venetiarum, & Incolæ Ianuæ licite
percipiantur, hac potiſſimum ratione inter alias;
quia non cogitur mons inuitus, ſeu communitas
loco montis ſoluere creditoribus ſortem, ita Bal.
in l. 1. in 4. col. verſic. & ſic videtur. C. de ſum. trin.
& fide Cath. Bal. in l. hac edictali. §. his illud. in vlt.
col. C. de ſecund. nupt. & vtrobique loquitur de
monte Florentiæ, & Venetiarum. & idem voluit
Bald. in c. 1. in vlt. col. verſic. extra quæro. de iure-
iur. & idem Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. in pen. colu. &
fin. ff. ſi cert. pet. & idem voluit Petrus Anchar. in
c. in ciuitate. in fin. de vſur. vbi ibidem dicit Panor
mit. in fin. quod moderni cõmuniter tenent, quod
non committitur vſura, & licite percipiuntur: quia
non poſſunt ciues, ſeu creditores recipere ſortem,
ſeu capitale, quando volunt, licet communitas poſ
ſit ſe exonerare ab illo debito ſoluendo capitale,
& ſic cenſetur appoſitum pactum de retrouenden
do, vt ibi per eum; & quod iſta ſit communis opi-
nio, refert Alex. poſt Fulgoſ. in l. item quia. §. Iulia-
nus. ff. de pact. Ex quibus verbis Petrus de Gre-
11 gorio colligit † ſortem debere eſſe demortuam, &
non repetibilem; & idem Petrus de Gregorio in
eodem tract. in 5. quæſt. in verſic. ſexto requiritur.
quod latiori calamo hoc firmat, dum ait, Sexto re-

quiritur

quiritur, quod pecunia principalis pretij ſit de-
12 mortua, ita vt † per emptorem à manibus vendito-
ris aliquando repeti non poſſit, quia hic contra-
ctus originem habuit à venditoribus annualium
iurium cenſualium, quæ in demanijs, & terris Re-
gis Alphonſi vltra montes conſtituti fieri conſue-
uerunt, quę mortua nuncupabatur, ad quarum ven-
ditionum inſtar hæc Apoſtolica bulla emanauit,
prout in ea colligi poteſt: & ideo ſapere debet na-
turam, & qualitatem eius, ad cuius inſtantiam e-
manauit, iuxta ea, quæ ponit Bart. & Docto. in l. 1.
ff. de leg. 1, & Panormit. & alij in c. fin. ne cler. vel
mon. & deinde ponit omnia, & ſingula verba, quæ
ſupra poſuit in dicta quæſt. 3. vt ſupra retuli.

Et idem de Gregorio in iſta quæſtione 5. poſt
prædicta ſubſequitur in verſic. & ſi forte talis pe-
13 cunia pretij principalis ex pacto peti † poſſet, ta-
lis contractus eſſet vſurarius, ex quo non poſſunt
eodem tempore concurrere petitio ſortis, & ius
14 cenſus annualis: ergo ſpeciale eſt † in interuſurijs
dotis promiſſæ, quæ ſtante matrimonio propter
eius onera per maritum peti poſſunt, vt illa ſimul
cum ipſa dote promiſſa ei non ſoluta per moram
promittentis dotem, & illam non ſoluentis peti
poſſint, vt eſt text. in c. ſalubriter. & ibi not. per
Ioan. And. ſeu Pet. Anchar. in antepen. col. de vſur.
ergo in contrarium eſt ius commune. l. cum lex. l.
quod vero, quia contra ff. de leg. & per cōſequens
15 contra formam Apoſtolicæ bullæ, niſi forte † talis
contractus reduceretur ad naturam alterius con-
tractus iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. vbi ita dona-
tur. ff. de donat. cau. mort. & voluit Aret. in l. hære-
16 des palam. §. fin. de teſtam. quinimmo † ſi forte fie-
ret concurſus creditorũ ipſius venditoris per eius
creditores, inter quos eſſet aliquis creditor, ſeu
emptor annualis iuris cenſus impoſiti ſuper bonis
dicti debitoris iuxta formam bullæ, & vellet ordi-
ne ſuo concurrente vnà cum alijs creditoribus tã
pro cenſibus, quam pro capitali iuxta ea, quæ ha-
bentur per Bar. in l. cum vnus. ff. de bon. auct. iud.
poſſ. eo enim caſu data ſibi poteſtate petendi pe-
cunias pretij principalis, ceſſat ius petendi debitũ
annuũ ſibi debitum virtute venditionis iuriũ cen-
ſualium iuxta formam bullæ Apoſtolicæ ne ſimul
concurreret eodem tempore petitio ſortis, & an-
nui cenſus prædicti: quia tunc concurrunt duo ſpe-
cialia circa idem, quod fieri non debet, vt per glo.
in l. 1. C. de dotis promiſſ. & data facultate peten-
di ſortem, talis contractus redditur vſurarius, &
illicitus per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Si vero ta-
17 lis † creditor, ſeu emptor annui cenſus prædicti
nollet vnà cum alijs creditoribus concurrere ad
bona venditoris, quia ſciebat ius ſuum primum du-
rare, iuxta tex. in l. ſicut. §. ſi debitum. ff. quib. mod.
pign. vel hypotheca ſoluatur: eo caſu nõ data, nec
accepta facultate petendi ſortem, non ceſſabit ius
petẽdi cenſum annuum ſibi debitum iuxta formã
dictæ Apoſtolicæ bullæ ſuper bonis venditoris iu-
rium cenſualium prædictorum, ſpecialiter onera-
torum, contra quemuis creditorem dictæ vendi-
tionis: penes quem bona ſpecialiter onerata per-
uenerunt, vti tertium poſſeſſorem dictorum bono-
rum ſubiugatorum, quandiu apud eum illorum de-
tentio fuerit, prout in dicta Regia pragmatica con-
tinetur. Hæc dictat Petrus de Gregorio in prædi-
ctis locis.

Franciſcus Pancaldus autem ſuper bulla in ver-
ſic. in dubio contractus. ait in dubio contractus de-
bet iudicari licitus, non vſurarius. Bal. in l. rogaſti.
ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. §. 1. qui allegat concordan-
18 tes. verum eſt, quòd ſi eſſent pacta † contra ſub-
ſtantiam bullæ, quod recuperare poſſit ſortem,
quando vult dans pecuniam, vel ſimilia, an pacta
contra bullam vitiantur, puto quod ſic, deinde
idem Pancaldus ibi in verſic. ibi ſuper bonis ait,
quod ſubſtinetur hæc bulla, vt declarat Rodulfus
in tract. de vſuris, quæſt. princip. 13. & vult Aret.
conſil. 151, in 2. col. vbi in primo dubio concludit,
quod contractus eſt licitus, cum non ſtet in facul-
tate emptoris petere ſortem. Papien. in rub. de po-
nu. leg. in glo. vbi examinat de legato annuo, aliàs
19 quando † remittitur in poteſtate emptoris reſol-
uere contractum, non lucratur fructus legitimæ. l.
quod ſi nolit. in fin. l. cum auc. §. pen. ff. de ædil. edi.
Ioan. And. & Abb. in c. illo vos. de pigno. Antonius
de But. in c. ad noſtram. de empt. & uend.

Prædicta etiam comprobantur ex not. per Co-
uarr. uar. reſol. cap. 7. num. 2. uerſic. ſecunda ratio.
20 lib. 3, ubi ait, quod † qui conſtituit redditum an-
nuum, nunquam cogitur ſortem reddere, & ibidẽ
uerſic. hic uero nulla eſt obligatio ad ſortem: quia
illa perpetuo alienatur, & tranſit in recipientem, ſi
ille nolit redimere annuum redditum, clarius ibi-
dem Couarr. d. lib. uar. reſol. c. 9. nu. 4. lib. 3, quem
uarr. refert, & ſequitur Andr. Gail. pract. obſer. lib.
2. obſer. 7. nu. 14. & hanc etiam opinionem firmat
Ioan. Bapt. Lupus, Geminian. in l. 2. C. de pact. in-
ter empt. & uend. Commentar. 2. §. 2. nu. 69. dum
21 dicit † facultatem redimendi cenſum conferre in
uoluntatem emptoris facit contractum illicitum,
quia ſors nõ debet eſſe repetibilis. allegat Couarr.
loco præallegato. Domin. de Soto de iuſt. & iure. q.
5. art. 3. col. 11. par. 9. 55. 58. Corrad. de contracti-
bus, quæſt. 74. concl. 5. prædicta ſupra poſita per
Petrum de Gregorio ponuntur etiam per Intriglio-
lum in ſuis quæſtionibus ſuper bulla, quæſt. 43. & li-
cet ea comprobet ex bulla Papæ Pij V. tamen per
Papam Gregorium xiij. fuit bulla Papę Pij V. ſubla-
ta, & confirmata bulla Papæ Nicolai V. cum addi-
tamento tantum unius, ſeu plurium prædiorũ ſup-
poſitionis nominatim, & deinde aliorum generali-
ter, prout in deciſ. 1. dixi latius incipiente, in cau-
ſis uertentibus, firmat Fabius Fornetti conſil. 91.
num. 10. 15. & ſeq. ſupradictam concluſionem.

Sed ultra prædicta poſſunt conſiderari aliæ ra-
tiones, quæ in terminis multum ſtringere poſſent,
quoniam pretium, quod datur pro cenſu uendito
22 † eſt de ſubſtantia contractus uenditionis. §. pre-
tium. Inſtit. de empt. & uend. prout not. Doct. quod
contractus uenditionis ſubſtantialia ſunt tria, ſcili-
cet conſenſus, res, & pretium. Bal. in l. in uenden-
tis. nu. 2. uerſic. ſcias. quòd ſubſtantia contractus.
& nu. 3. Paul. de Caſtr. ibi num. 3. uerſic. ſol. uerum
eſt Salyc. nu. 1. etiam ſecundum opinionem Alber.
ibi num. 1. uerſic. prædicta uera ſunt, ubi dicit ſub-
ſtantialia duo tantum ſcilicet res, & pretium.

23 Ex quo iſtud † pactum adiectum in eodem con-
tractu eſt eodem contextu uerborum, quo forma-
tur

tur bulla tanquam contra ſubſtantiam vitiat, & annullat contractum, ita dicebatur communiter tenere docto. in auth. ingreſſi. C. de Sacro Sanct. Eccleſ. vbi Iaſ. atteſtatur hanc communem eſſe etiam dicit Alciat. in l. 1. §. ſed ſimilis, & Pamphi. col. 5. Verſiculo, & infertur. ff. de verbo oblig. magis communem refert, & ſequi. Andr. Abaxea tract. de pact. nu. 510.

24 Intelligendo † prædicta quãdo, non poteſt tranſire in aliam ſpeciem contractus, prout tenere allegabatur Ioan. Philippum de Paterni, Hieronymum Fimia, & Fideric. de Campix. ſuper bulla in curia Capitaniali per Henricum de Medicis, & Antonium de Inguantis in anno Decimę Indictionis. 1539. inter Antonium Iac. & Hieronymum Calagiura fratres ipſo de Campixano exiſtente aduocato dicendo per rationem, quod communi vſu receptum requiſita bullæ eſſe de forma, & in his, quæ ſunt de forma vtile per inutile vitiatur. Imò ſi illud, quod ago non valet, vt ago: nec valet, vt valere poſt, & illa verba iuxta formam bullæ, ſunt proteſtatio contraria facto.

Quoad hoc motiuum fuit conſideratum, & diſcuſſum, quod iſtam materiam licèt tractent docto. poſt Bar. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor. & in l. cum precario, & Canoniſtæ in cap. fin. de precario, tum quia plures tex. videntur inter ſe pugnare, latè in contractu venditionis redditurum, an pactum redimendi reſtrictum poſt certum tempus, & non ante diſcurit Nicolaus Gerar-

25 dus conſi. 150. per totum, & concludit † pactum vitiari non contractum circa hanc concluſionem, an pactum vitietur, an vitiet contractum, Berous latè ponit materiam ponendo diuerſas concordantias, & vltimo loco ponit quatuor caſus Bero. in-quam in Rub. ext. de appellat. nu. 13. vſq; ad nu. 20. ideò referendo diſtinctionem prædicti Beroi efficietur clara deciſio præſentis dubij.

Primum caſum dicit Berous, quando perfecto contractu immediatè, vel poſt ex interuallo fit pa-

26 pactum † inter partes contra ſubſtantialia contractus, tunc pactum vitiatur tantùm, & non vitiat contractum d. l. cum precario. ff. precario. Bart. ibi: & in d. l. vbi ita donatur, & reſpondet ad l. ſi non fuerit, & l. ſeq. ff. pro Soc. vbi dicit ibi illud operari maximam iniquitatem pacti, vbi in fine verſi. 1. qua ceſſante pactum contra ſubſtantialia contractus vitiatur, & non vitiaret.

27 Amplia hunc † primum caſum, etiam quod pactum fuit in eodem inſtrumento, & in eadem ſtructura; ſeu contextu inſtrumenti adiectum, dũmodo fiat poſt contractum perfectum, & in diuerſa oratione, & tunc dicitur contractus perfectus, quando contractus ipſe habet ex conuentione partium omnia ſua ſubſtantialia: pro vt latè, & in terminis noſtris contractus venditionis ponit Fanus de pigno. 4. membro 4. part. in quæſt. poſita in nu. 34. maximè à verſic. ſed inſurgit difficultas vſque ad finem, ſeu prope finem 4. membri, quẽ vide quia eius doctrina facit multùm pro intelligẽtia iſtius primi caſus, & coadiuuatur ex Nicolao Gerardo in conſi. 150. verſi. tamen quoniam prædictum, & verſi. quare patet quod contractus, & per totum. Neguſant in prædicto loco proxime allegato, & eius doctrinam præallegatam refert, & ſequitur Riminal. iunior in conſi. 577. licet contra Neguſant teneat Vicentius de Frãchis deciſ. 369. in terminis iſtis tranſeo cum Neguſant.

28 Secundus caſus eſt, quando non fit neque adijcitur pactum contra ſubſtantialia contractus: ſed contractus ipſe fit contra ſubſtantiam contractus, quia ipſius ſubſtantialia non ſeruantur, & tunc contractus vitiatur, & nõ valet eo modo, quo fit, cùm ſubſtantia deficiat: ſed valet eo modo, quo valere poteſt ſecundum ſubſtãtiam illam, quę ſeruata fuit, etiam ſi verba non patiantur; ut in caſu l. inſulam. ff. de præſcript. verbis. & l. 2. C. de Iur. Emphi. l. empti. C. de contrah. empt. l. cum venditione. l. ſiquis donationi. ff. de contrah. empt. ibi Salycet. Paul. de Caſtr. & alij, vbi Berous ibi reſpon. ad tex. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblg. procedere, quando ſtipulatio fieret non ſeruata forma, & ſolemnitate eius. reſpondet etiam ad tex. in cap. fin. de condict. appoſ. cap. Solet, & cap. aliquando 32. q. 11. vbi conditio contra ſubſtãtiam vitiat, & vitiatur, quia conditio dicitur, quædam ſolennitas, & forma. l. qui hęredi, & l. meuius ff. de condi. & demonſtr. reſpond. etiam ad tex. in l. 2. ff. ſi certum petatur, & ad l. ſi voluntate. C. de reſcind. venditione ad l. 2. quod pactũ eſt contra ſubſtantialia ad l. ſi voluntate, quod verbum ſubſtantia tex. aliter capitur.

29 Tertius † datur ſecundum Berouum caſus, quando contractui non pactum, ſed conditio contra ſubſtantialia contractus adijcitur, tunc vitiat pactum, & vitiatur. d. cap. fin. d. cap. ſolet, & dicto cap. aliquando, & Berous ibi nu. 16. verſic. ex qua ipſe infert.

30 Quartus † caſus eſt, quãdo pactũ eſt appoſitũ iuxta contractum contra ſubſtantialia contractus habita relatione pacti ad contractum, non poteſt noua ſpecies contractus fieri, & tunc pactum ſolùm vitiatur, & nihil vltra operatur, l. ſi non fuerit. in fin. cum l. ſeq. & l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. vbi in l. ſi conuenerit. eſt pactum, ne vnquam ſocietas diuidatur. & in l. ſi non fuerit. eſt pactum, quòd ad vnum tantùm ſpectet lucrum, ad alium totum damnum.

Iſte quartus caſus diſtat à primo, quia in primo, pactum fit poſt perfectum contractum, hic quando fit, & dum eſt in fieri, & in eadem ſtructura cõtractus, & ſic primus in facto eſſet hic quartus dũ eſt in fieri: diſtat etiam primus, & hic quartus à ſecundo caſu, quia ſecũdus caſus, eſt quando ꝓpter pacta ipſe contractus tranſit in aliam ſpeciem contractus validi, licèt alijs verbis nominetur, & pacta ſunt contra contractus nominati ſubſtantiã, & in iſto quarto caſu non poteſt tranſire in alium contractum validum. differt, & primus, & hic quartus à tertio caſu: quia in illo apponitur conditio, & non forma contractus, & contractus fit conditionaliter, quæ conditio eſt contra ſubſtantialia.

Et ſic per prædictam doctrinam Beroi poteris comprobare opinionem noſtrorum doctorum re-

31 gni, qui fuerunt in iſta opinione † quod pactum, per quod ſors efficitur repetibilis, vitiatur, & nõ vitiat, & ita paſſim ſemper vidi ſeruari in Iudicijs, & ita Iudicari, & maximè per tribun. M. R. C. in

cauſ.

cauſa Baronis Palarioli, & in alijs cau ſis.
Et ho die ceſſat hæc difficultas, quia ad euitan-
dam difficultatem in regno de communi ſtylo no-
tariorum, & ſic de voluntate contrahentium ap-
ponitur pactum, quòd ſi adeſſent aliqua verba, &
32 clanſulæ †, quæ repugnarent diſpoſitioni bullæ, &
Regiæ pragmaticæ, vt habeantur pro non appoſi-
tis, & regulentur ad formam, & tenorem bullæ, &
Regiæ pragmaticæ, quæ facit, vt pacta repugnan-
tia bullæ, declarentur, & limitentur, & redigantur
ad formam bullæ in terminis bullæ Pij V. hoc fir-
mat Gabriel in conſi. 47. nu. 6. 7. 8. 9. 10. in 2. fa-
ciunt dicta per Nicolaum Guerardũ in conſi. 150.
circa finem, & per totum, qui loquitur in contra-
ctu emptionis redditium.
Sed adaptando prædictos caſus ad terminos q̃-
ſtionis noſtræ, dico poſſe dici, quòd in terminis
iſtorum verborũ poſitorum in iſto contractu, dum
33 dicitur, quod † in caſu ceſſatæ ſolutionis tenea-
tur, & ſe obligauit ſoluere interuſuria iuxta formã
bullæ, & Regię pragmaticæ: quòd omnia ſubſtan-
tialia bullæ interuenerint, & includantur ſub præ-
dictis verbis, & ſit contractus perfectus: quia per
iſta verba dum ſe obligat ad interuſuria iuxta for-
mam bullæ, includuntur omnia ſubſtantialia pa-
cta, & requiſita contractus: nam contractus factus
ſub tali breui conceptione verborum, etiam non
alijs expreſſis, quæ in contractu venditionis cen-
ſus ex forma, & diſpoſitione bullæ diſponũtur, ſub
intelliguntur, & compræhenduntur ſub illis ver-
bis interminis contractus huius cenſus iuxta for-
mam bullæ. firmat Petrus Surdus conſi. 198. nu.
7. & ſeq. & per totum in ſecundò, Fabius Torret-
tus conſi. 91. nu. 4. & ſeq. vbi loquitur in contra-
ctu venditionis cenſus. Interuenit igitur in hoc cõ
34 tractu primo pretium † quod debebatur, pro ca-
thamenis dotium: & ſic verificatur verbum rece-
pti, in bulla poſitum, ibi pretij, vel recepti, per
35 Paris. conſi. 75. in 4. quia debitum ex vna † cauſa
poteſt conuerti in debitum bullæ ex fictione. l. ſin-
gularia. ff. ſi cert. pet. prout etiam firmat Anto-
nius Lancea ſuper bulla ſuper verbo pro conſimili
pretio, dum ait an bulla verificetur in ſpecie reda-
cta ad pretium dic, quod ſic. l. liberam in Gloſ.
& ibi Bart. C. de ſent. & interloq. & l. ſi quis aliã.
ff. de ſolut. per l. ſi prædium. C. de euict. & ſimili-
bus cum verba ſubſequentia bullæ conſentiant, dũ
dicunt recepti, ſeu pretij maximè, quia datur ſe-
cundum voluntatem contrahentium ad quod Bar.
in l. ſi talis ſcriptura in prin. ff. de leg. 1. facit quod
vnus cõtractus venditionis ſpecificè poteſt tranſi-
re ad alium ſcilicet priuiligiatum Angel. l. ſingula-
ria cum ſimil. ff. ſi cert. pet. hæc ſunt verba Anto-
nij Panceæ. ſunt etiam prædicta omnia poſita ſigil
latim ſub authoritate Iacobi Chirco in eius apoſtil
lis ſuper bulla, & etiam ſub Ludouico Montalto,
& etiam in terminis proprijs ponit ſuper bulla
36 † Federicus Pętus, dum ait ſuper verbo decimam
partem, not. principalis recepti, ſeu pretij, ergo
ſubiugatio non poteſt eſſe, niſi in pecunia nume-
rata, vt verè ſciatur decima pars principalis rece-
pti, quia in alio, quàm pecunia numerata non verè
poteſt ſciri decima pars, & ſic talis contractus eſt
vſurarius, quia ex forma bullæ prædicta datur, vt
decima pars &c. ergo, &c. Sed per M.R.C. in cau
ſa vertente inter nob. Michaelem Lauriana, & Io-
annem Mauella fuit lata ſententia in contrarium
37 vbi dicit, quòd ſubiugatio facta pro pretio † cu-
iuſdam muli valeret, qui mulus fuit venditus ad
credentiam, & poſtea adueniente tempore ſolu-
tionis fuit factus cõtractus ſubiugatorius. hęc ſunt
verba Pęti in terminis firmat in cenſu conſtituẽdo
fieri poſſe Rodoanus in tract. de reb. Eccle. non a-
lien. in Rub. de conſtitutione cenſus nu. 61.
Ioannes Petrus Surdus in conſi. 162. à num. 37.
verſi. liquet hoc vſque in fin. in ſecundo loquendo
in terminis bullæ ponit magiſtraliter, & maximè
37 in nu. 42. & ſeq. dum ait † quia certum eſt quod
38 † debitum ex vna cauſa poteſt conuerti in aliam
cauſam ex conuentione partium ex tex. in l. certi
conditio. §. depoſiti. vbi omnes docto. l. ſingularia.
Vbi Bar. nu. 20. 21. Iaſ. & Cagnol. ff. ſi cert. pet. &
39 conuerſio non capit † ſimulationem. quia fomen-
tum habet ex veritate cauſæ præcedentis ſecundũ
Bar. in l. Lucius. la 2. §. depoſiti. vbi dicit, quòd
iſto caſu non dicitur ſimulatio, nec habet locum
ſtatutum reijciens exceptionem ſimulationis, idẽ
Bar. in l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet. vbi dicit eſſe
notandum, idem tenere Cuma. Alex. quos citat,
& ſeq. deciſ. in d. §. depoſiti. nu. 2. Cagnol. in d. l.
ſingularia in fine. ideo dicere ait Paul. de Caſtr. in
conſ. 172. viſo pũcto ſupra ſcripto col. 1. in 2. quod
40 & ſi † compenſationis exceptio poſſit opponi con
tra depoſitum confeſſatum. quia dicitur irregula-
re, & non verum depoſitum ſecundũ Bal. in conſ.
384. in fin. in primo Soccin. conſi. 143. col. fi. in 1.
41 Tamen hoc fallit † quando debitum ex vna cau
ſa fuit conuerſum in cauſam depoſiti, quia perin-
de eſt, ac ſi vera interueniſſet numeratio. Sequi-
tur Natta conſi. 438. nu. 5. 6. confirmat etiam ex
eo quod dicitur in l. aduerſus cum Gloſ. C. de non
42 numer. pec. vbi & ſi regulariter confeſſio † mutui
ſubiaceat exceptioni non numeratæ pecu. tamen
fallit quando debitum ex vna cãuſa foret conuer-
ſum in cauſam mutui. quia habetur pro vera nu-
meratione, & non patitur illam exceptionem. Iac.
Butri. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. Fely. Ruy. quos
citat, & ſequitur Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautio-
ne in 3. fallent. C. de nõ nume. pec. Barba. in cap.
fin. col. pen. verſi. & pondero de ſolu. Rola. à Vall.
conſi. 4. nu. 15. in 4. & ob id concludit Petrus Sur-
43 dus, quòd cum verum debitum, quod † ſuberat
conuertitur in ſolutionem pretij, perinde erit, ac
ſi interueniret in emptione pecunia numerata. &
ſi hæc qualitas in venditione cenſus requiretur ad
excludendum fraudem, ſatisfit tamen per talem
conuerſionem, quæ non patitur fraudis, aut ſimu-
lationis ſuſpicionem.
44 Coadiuuat † etiam ex alia ratione: quia vbi agi-
mus de datione in ſolutum, non ita vrget fraudis
ſuſpicio, ſicuti in contractu venditionis quãdo da
tio in ſolutum fieri videatur ex quadam potius ne
ceſſitate, quàm ex voluntaria cauſa. ita declarare
Fulgos. in conſi. 134. in quęſt. verſa colu. 2. Corn.
conſi. 133. in 1. deciſ. conſi. 18. nu. 3. Iaſ. Par. quos
refert, & citat Cagno. in l. 2. num. 54. C. de pact.
inter empt. & vend. Tiraq. de retract. conuent. in
præfat. numero 27. & quamuis bulla requirat ve-
ram

45 tam ſolutionem †& quando vnum debitū in aliud
transfunditur, videatur fictè agi: tamen ſolutio
tunc dicitur verè fieri, licèt actus fictus ſit, vt Ca-
ſtrenſ. declarat in prædicto cōſi. 170. ſicut dicimus
de conſtituto quod & ſi actus fictus dicatur, veram
tamen poſſeſſionem transfert l. certè. §. 1. ff. pre-
cario Bar. Bal. in l. ab emptione. ff. de pact. vbi Ang.
& Fulgo. Barto. Imo. & Iaſ. in l. ſi is, qui pro em-
ptore. ff. de vſu cap. Tiraq. de Iur. conſt. amplia.
prima nu. 2. parte 2 hanc concluſionem etiam fir
mat idem Petrus Surdus in d. conſi. 162. maximè
num. 38. in terminis bullæ Papæ Pij V. contra Na-
uarrum. Sed opinio, Surdi in terminis bullæ noſtrę
Nicolai V. rectè procedit. Sed an in terminis bullæ
Papæ Pij. V. procedat non firmo.
Vltra prædictam doctr. Io. Petri Surdi potes ēt
confirmare ex dotrina Decian. in conſi. 48. à nu.
20. vſque numerum ante 24. verſi. 9. debet in pri-
mo vbi in caſu ſuo arguit, & concludit pro vt infra
quod cùm expreſſim contrahentes vellēt hunc li-
uellum regulari ſecundum conſuetudinem patriæ,
46 quæ † dictio ſecundum, facit relationem formalē,
& dat formam actui, cui apponitur. l. ultima. C. de
Inſtit. & ſubſtit. l. ſi par. ff. de inoffi. teſt. l. quidam
liberus, & l. fiſtulam de ſeruit. Vrb. prædio l. cùm
quis §. teſt. de leg. 3. cap. abbate ſane de verbo. ſi-
gnifi. & illud dicitur contineri in termino referen
te, quod continetur in relato l. ait prætor. §. ſi iu-
dex de re Iud. l. ſi ita l. in teſtam. ff. de cond. & de-
monſtr. videtur facta relatio cum eiſdem qualitati-
bus, vt not. Bar. in l. 1. ff. de recept. l. 1. §. fin. ſi fa-
mil. fur. fecis. dicatur. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff.
de leg. 2. ergo cùm inſtitutio liuelli ex conſuetudi
ne patriæ fiat ſuper re propria eius, qui ſe obligat
ad liuellum, neceſſe eſt quòd in caſu noſtro præſup
ponatur, quòd qui ad liuellum ſe obligauit ſuper
fundo iſto fuerit primo ipſius domini. quod aliter
47 eſſe non potuit, niſi quando † primo pręceſſerit in
intentione contrahentium venditio, habita fide de
pretio: & niſi pretium tunc ſolueretur, aperta eſ-
ſet via agnatis, & vicinis recuperandi. fuit conſti
tutus liuellus ſecundum conſuetudinem patriæ in
ratione quinque pro centum, & ſic ducati decem
donec ſoluerentur ducati 200. neque nouum hoc
eſt; quòd licet vnicus contractus appareat, tamē
duo re vera fuerunt in intentione; q̃a ſæpe ex duo
bus contractib⁹ alter occultatur, celeritatis gratia,
vel gratia coniungendarū actionum, vt eſt tex. in l.
48 ſingularia. ff. ſi cert. pet. vbi ſi iuſſi † debitori meo,
vt tibi nomine meo numeret mutuo centū, & ipſe
numeret: licet appareat vnicus tantum actus iſtius
mutui, tñ verè ſunt duo, quia præſumit lex, q̃ debi
tor meus mihi ſoluerit illā pecuniā, & poſtea ego
eidem illā numerando mutuauerim. & ſic ſi tu mi-
hi pecuniā debes ex cauſa puri depoſiti, & conue
nerit inter nos, vt tu eā in cauſam mutui retineas,
quamuis vnicus appareat actus, videlicet mutui, at
tamen duo re vera cenſentur, quia cenſetur pecu-
nia primo loco à te mihi ex cauſa depoſiti reſtitu-
ta, & poſtea à me tibi mutuata. Sed quod breuiori
manū vnicus actus fuerit celebratus, quod nedū in
mutuo procedit, ſed & in alijs cōtractib⁹. vt in l. 3.
§. ſed ſi debitor. ff. de donat. inter uir. & uxor. & tra
dunt Doctores in dicta l. ſingularia. Sic ergo dicen
dum in caſu noſtro, quòd licet unicus actus conſt
tutionis liuelli ſecundum conſuetudinem patriæ
appareat ratione circuitus euitandi: attamen quia
ea conſuetudo id ſeruat, ut ab eo, qui dominus eſt
rei, cōſtituatur ſuper ea liuellus alteri: ideo debēt
neceſſario duo actus cēſeri, uidelicet primo uendi
tio fundi facta habita fide de pretio: poſtea cōſtitu
tus liuellus ſuper ipſo fundo ſecundū dictam con-
ſuetudinem patriæ pro ſolutione dicti pretij in ra-
tione quinque pro centum, aliàs non poſſit dici
conſtitutus liuellus ſecundum conſuetudinem pa-
triæ: occultarunt enim contrahentes prædictum
actum, ſcilicet uenditionis, ut unico actu celerius
omnia expedirētur. & ſic ex hac doctr. Decian. ha
bes firmatam prædictā concluſionem, ut dicatur
factus contractus bullæ, & ualide propter uerba
prædicta contractui dotali appoſita ſecundum for
mā bullæ, & Regiæ pragmaticæ, & prout per eam
diſponitur.
49 Et † occurrere poſſunt plura, quæ poſſunt diſcu
ti ad maiorem confirmationem prædictæ conclu-
ſionis. Primo ſupradictam concluſionem, quòd
poteſt emi annuus cenſus, & pretium eſſe nomen
debiti propter uerbum in bulla pretii, ſeu recepti,
intellige, & reſtringe ad nomen debiti, quod debe
tur uere ab eodem ſubiugante: quia poteſt quæri
in cauſam bullę ratiocinando ad decem pro cente
nario id, quod debetur: & ſic conuertetur in pre-
50 tium cenſus annui uenditi: ſecus † autem quando
ab alio ſit debitum, uel ab alijs, quàm à contrahen
te, & uenditore; quia tunc orietur maior difficul
tas; quia non poteſt nomen debiti æſtimari ad to
tum id, quod eſt in nomine, ſcilicet pro ea ſumma,
quæ debetur, & hoc propter litium impenſas, &
quod pro exactione expenditur. Corne. conſil. 37.
num. . . . . . uerſic. nec tantum. in ſecundo. ubi in
terminis noſtris hoc ponit. Faciunt not. per Alex.
de Neuo conſil. 95. num. 3. & 6. Rimin. Sen. conſil.
61. nu. 34. & 35. in primo not. in l. per diuerſos. C.
manda. ubi Bar. in glo. ibi in uerſic. alijs cauſis. Ca-
gnol. in l. 2. n. 254. C. de reſcin. uend. ubi Pantelcus
Crema nu. 256. quos refert Maſcardus de probat.
concluſ. 661. quia iſto caſu nomen debiti, quod ab
alio debetur unc. 100. debiti non poſſent eſſe pre-
tiū unc. 10. ſed potius 98. uel 99. cenſus unc. 9. &c.
Sed uidendum eſſet in ſupradicto caſu, quando
51 pro unc. 100. pro unc. 10. cenſus loco pretij † da-
tur nomen debiti; quando debitum debetur ab
extraneo, & non à uendente cenſum annuū; quia
tunc, uel reſpectu æſtimationis nominis debiti, tū
propter litis impenſam, uel propter ſalaria exacto
rum minus conſequi poteſt uenditor, uel cum effe
ctu conſequitur, an cōtractus ipſe uenditionis cen
ſus erit nullus. In prædicto caſu in totum, an pro
ſumma, pro qua æſtimari poſſit illud nomen debi-
ti, uel fuit exactum, debeat ſubſtineri contractus,
& cenſus ſoluti cedant pro ſuperfluo in ſatisfactio
nem ſortis. Hunc punctum in terminis noſtrę bul-
læ Doctores noſtri in Regno diſputant, & reſoluūt
per modum, ut infra.
Ioannes Philippus de Paternione ſuper bulla
ſuper uerbo, decimam partem pretij, dicit quod
52 ſi † excedat, an in totum uitietur, uel in illo plu-
ris. l. illud. cum glo. §. ſin autem. C. de ſacroſanct.
eccleſ.

ecclcſ.& l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerb.obli.vbi Do-
cto. ad Roman.conſil.135.

Sed ex quo bulla ſe fundat ſuper certa quantita
te ſcilicet ad decem pro centenario,& hoc non ſo-
lũ contractus retractabitur pro eo duntaxat,quod
deficit ſecundum formam à bulla permiſſam, ſed
etiam in totum reſcinditur: & data computabun-
tur in ſortem. Iſtud eſt dictum ſatis clarũ,& rotun
dum.Bal.in l.2.q.12.C.de reſcind.vend.

Sed prędicti Doctoris opinio eſt ſingularis,poſt
quam omnes alij,qui ſequuntur, tenent contrariũ
rationibus,iuribus, & auctoritatibus infraſcriptis.
53 Ioannes Aloyſius † de Septimo ſuper bulla, li-
cet in verſic. in pragmaticæ materia, ponat modo
vnam,modo aliam opinionem affirmando, tamen
magis diſtincte loquendo in verſic. ſi eſt celebra-
tus contractus,reſoluit, quòd ſi eſt celebratus con
tractus ſubiugatorius, ſecundum formam bullæ
de decem, & pretium non aſcendit ad vnc.centũ,
puta quia fuerunt datæ res,quarum valor nõ aſcen
dit ad vnc.octoginta, an contractus ſit nullus in to
tum, vel in partem, & rata pretij,ſolum videtur,
quod in totum,quaſi contractus eſt fictitius, & ſi-
mulatus in fraudem pignoris, in totum eſt nullus
tanquam non verus.l.nuda.ff.de contrahen.empt.
in contrarium facit,quia de iure ciuili ſi ſit contra
ctus, & permittuntur vſuræ ultra debitum nume-
54 rum non uitiatur † contractus in totum, ſed con-
tractus uſuræ ſunt immoderatæ, & ultra debitum
modum ſunt permiſſæ.in l.placuit.ff.de uſur.l.uſu-
ras. & ibi not. ff. eodem titulo. Paul. Caſtren. in
conſil. 114. num. 3. uerſic. & ita poſſunt ſtare. &
num.4. in ſecundo,tenet, quòd ualet uſque ad le-
gitimum modum ſolutionis, & bene uenditum,&
utile per inutile non uitiatur. allegat l. pecuniæ.ff.
de uſur.l.eos.§. ſi quis autem. C.eodem. Item pro
55 hoc facit,quòd licet contractus † uſurarius, quo-
ad uſuras ſit nullus, ipſo iure: quia uſura eſt prohi
bita. & ſic non tenet obligatio; tamen quoad ſor-
tem tenet,ut uoluit Paul.de Caſtr.in alio ſuo con-
ſil.446. in primo.& ita poteſt dici quod ſicut tenet
quoad principale,tenet quoad acceſſoria licita, ui
delicet quoad cenſum debitum,& licitum pro ra-
ta ſortis iam ſolutæ,uide Paul.in l.ſi tibi.ff.locat.in
contrarium facit,quòd ipſe cui fuit facta ſubiuga-
56 tio, fuit in dolo, uidetur, quòd † ex quo uenditio
redditus fuit contractus bonæ fidei, ſit contractus
nullus, quia dolus dans cauſam contractui reddit
ipſum nullum.l.eleganter in priuilegio.ff.de dolo.
57 ad hoc poteſt reſponderi, quia non fuit † com-
miſſus dolus in contrahendo,ſed in pretio non ſo-
luto integraliter; ergo pro rata pretij ſoluti ua-
leat,& non ultra, ut in ſimili habetur in l.fin.ff. de
fund.dotal.l.Iulianus.ff.de act.empt.not.in l.2.C.
de reſcind. uend. maxime per Doct. Bal.in c.1.de
iur.iuran.& ita iudicauit Iacobus de Chirco in cau
ſa Bernardi lo Campo cum magiſtro Angelo de
Saluatore. Item pone, quod aliquis debitor ratio-
ne ſortis promittat pro intereſſe quantitatem ex-
ceſſiuam, dicemus ne quòd contractus totus erit
58 nullus? certe non, quia † utile per inutile non ui-
tiatur, uide bonum tex.in l. Ariſto.ff. de acquiren.
hæredit. per Bartol. Roman. & omnes in l. 1. §. ſi
59 ſtipulanti. ff. de verbo oblig.nec obſtat, quod cõ
tractus ſimulatus in totũ eſt nullus ipſo iure, qui
ſecus eſt in contractu facto in fraudem l.contra ff.
de legibus,vbi fit differentia inter contractum ſi-
mulatum, & factum in fraudem, ita concluditur
per prædicta Ioannis Aloyſij.de Septimo.
60 Ferdinandus † Bongiornus ſuper bulla in tex.ibi
decimam, dicit ſi contractus eſt ad plus reditur
ad hanc ſummã Bal. in cap.1.col.fi. de iur. iurand.
pro quo eſt tex. in l. pecuniæ funebris. ff. de vſur.
quando eſt ad decem pro centenario, expenſas te-
netur ſoluere emptor, alias eſt ad plus de decem,
& ſi ad plus eſt illicitus, ſecundum Caſſene. conſi.
63. nu. 3. 17. vbi plus dicit, quod, & ſi in decem
pro centenario, tamen vltra quam conſuetum ſit,
contractus ſit illicitus, quæ non bene concordant
cum dicto Bal. in d. cap. 1.quem non allegat.

Quædam apoſtilla, quam habeo ſub incerto au
thore ſuper bulla ibi ſeu pretij eorum,dicit adde,
61 quòd ſi excedit, & cenſus † eſt venditus ad vi-
tam, ſeu ad tempus,contractus eſt licitus ſecundũ
communem opinionẽ relatam per Iaſ. in l.cunctos
populos. in 7.col. num.46. C.de Summ. Trinit.&
fide cath. adde, quod ſi excedit decem pro cente-
nario non vitiatur in totum, ſed exceſſus ſecundũ
Bal. in cap. 1. col. fin.de iur. iura. quem vide om-
nino pro fundamento iſtius bullæ cum cõcordant.
allegatis per Iaſ. in d. l. cunctos populos à nu. 27.
vſque num.43.

Franciſcus Pancaldus ſuper bulla in verbo ibi
pretio,dicit nota,quod aliqui not. quod ſi non ſint
pretia ſortis in pecunia numerata, contractus eſt
nullus, ſed id non requirit bulla, ſed pretium, &
infra repetit principalis recepti, ſeu pretij, &c.
62 & bene verum eſt, quòd † poſſit dari merces,ſeu
res, quòd quando eſſet maioris valoris, prout fru-
mentum,quod daretur,vt eſſet pluris pretij,quàm
in veritate ſit & tunc contractus eſt nullus pro rata
pretij maioris, † quod nunc quod percipit, exce-
dit decimam partem pretij dictæ emptionis. quo
caſu ceſſat pro illo † pluri contractus eſt nullus, &
in ſortem, quod percipit, cedit pro ut eſt tex.in l.
eos.§. ſi quis.C.de vſu.concordantibus not. Bal.in
cap.1.col. 1. de iur. iura. prope finem vbi dicit, quod
ſi excedit, non annullatur in totum,ſed pro parte.

Et ſic habes ex prædictis authoritatibus, quòd
quando illa res, ſeu merces, vel nomen debiti
quod datur loco pretij in contractu emptionis, &
venditionis annuorũ redditnum, ſeu cenſuum in
noſtro regno ſecundum bullam Papæ Nicolai V.
63 non ſunt valoris †, & æſtimationis decem pro vna,
tunc non annullatur in totum contractus, ſed re-
ducitur ad modum prædictum, ſcilicet pro quan-
to eſt valor ſeu æſtimatio rei, ſeu nominis debiti
pro tanto ratiocinando ad decem pro vno contra
ctus ipſe ſubſtinebitur, & valebit. quia ſi emun-
tur annui redditus, ſeu cenſus decem, & datur
res, vel nomen debiti valoris, & æſti mationis
vnc. 80. tunc reducetur contractus ad octo pro
ſingulo anno, & annullabitur quoad reliqua duo,
& pro hac opinione multùm facit in terminis do-
ctr. Bald. in præallegato capit. 1. de iure. iuran.
quẽ Bal.ſequitur comprobãdo ex pluribus Natta
in conſ.497.nu.11.12.13.in 3.licèt in conſ.45.eo.
lib.reſtringat,& limitet reſpectu ſui caſus.nu.498,

64 Et præſens quæſtio fuit † aliàs diſcuſſa, & deciſa ſecundum prædictas doctrinas, & autho. in tribun. Regij Patrimonij in cauſa cuiuſdam contractus ſubiugatorij facti per regiam curiam ſubiugantem quondam don Fiderico Campixano emẽti annuũ redditum (& pretium fuit in tot nominibus debitorum ceſſis contra diuerſos) vertente inter regium fiſcum actorem ex vna & don Ioſeph, & dominam Flaminiam la vogla hæredes quondam Don Fiderici Campixano ex altera, & deinde in cauſa appellationis coram præſidentibus, & conſultore Domino meo Didaco Scudero in anno primę indictionis. 1588. confirmata, pro ut apparet in curia cauſarum delegatarum in qua cauſa fui aduocatus & eo modo deciſa fuit, dum fuit cõtractus declaratus nullus pro parte debitorum, non exactorum tantum, & pro reliquo ſtaret contractus & interuſuria exacta ultra id, quod importabat capitale debitorum exactorum, cederent io ſortem ad extinctioneoi reddituum pro ea ſumma.

65 Quid † ſi alio modo contraherentur, ut quia pretium in pecunia numerata fuerit & præſentialiter venditori coram teſtibus, & notario ſoluta pro cauſa debiti, & deinde pars, vel tota fuerit per venditorem emptori de nouo ſoluta pro debiti ſatisfactioue, an erit contractus licitus, & tutus in conſcientia emptoris, & Nauarrus in loco infra ſcripto dicit contractum licitum, & emptorem tutum in cooſcientia etiam in terminis bullæ Pii V. vbi de ſubſtantialibus requirebatur pecunia numerata præſentibus teſtibus, & notario. Martinus Abazpilcueta Doct. Nauarius in tract. de vſuris in gloſ. d. extrauagantis. Pii V. gloſ. 3. ou. 88. verſi. eſt tamen quæſtio.

66 Et † iſto modo contrahendo emptori pro maiori cautela non eſſet opus, quod fieret conuerſio debiti ex vna cauſa in debitum ex altera ex diſpoſitione tex. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & alia cautela ſæpe, & ſæpius vtuntur contrahentes, quia ut vulgarirer dicitur, tranſeunt partitæ in banco vel in tabula huius vrbis.

67 Et † etiam poteſt, vt poterat contrahi etiam in terminis bullæ. Pii V. quando requirebatur, quòd pecunia eſſet præſens tempore contractus numerata præſentibus teſtibus & notario, cùm vendebantur merces pro iuſto pretio taxa Titio, ſine fraude, & deinde Titius emptor mercium pro ea ſumma vendebat annuum cenſum Seio, & per ſeium per emptorem pretium reddituum præſentibus teſtibus, & notario numerando ſoluebatur in pecunia Titio venditori cenſus deinde poterat ſolui Seio venditori mercium, & emptori reddituũ, & contractus iſte ſubſtinebatur, hoc firmat Martinus ab Azpilcueta, & Docto. Nauarrus in dicto tractat. de vſur. quæſtione 31. numero 121. folio 84. ſed ſe refert etiam ad ſupradictam gloſſ. 3. numero 88.

68 Et † prædicta difficulras, licèt poſſit oriri caſu, quo daretur nomen debiti debitum ab alio, quàm à venditore loco pretii in ipſo contractu venditionis reddituum propter minorem æſtimationem nominis debiti habito reſpectu ad impenſas litis & pro exactione maximè, quando debitor eſſet diffieilis coactionis, vel litigator, quid dicendum? quando datur pro diſſoluendo cootractu emptionis, & venditionis reddituum, quando nomen debiti daretur pro pretio annuorum redditusm à venditoro emptori ad effectum eos redimendi emptore volente & ſe contentante. Martinus ab Azpilcueta Doct. Nauarrus poſt Gloſ. extrauaga. Pii V. quæſtione 11. numero 112. fol. 77.
69 † firmat licitum eſſe & poſſe fieri, & etiam pro ma
iori pretio in foro conſcientiæ, quia poteſt redi-
mi cenſus minori pretio, ſed non in terminis bullę
Pii V. ſecundum quam bullam Pii V. nec minori
nec etiam pro maiori pretio licitum eſt. ſupradi-
ctam couclusionem firmat Io. Baptiſta Lupus Ge-
minia. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. Cõ-
men. 2. §. 2. numero 70. vt non poſſit fieri pactum,
quòd cenſus redimatur pro maiori pretio ex ver-
bis bullæ Pii V. vbi pro eadem ſumma, quia contra
ctus eſſet illicitus, & hoc firmat allegans Cooradum de contract. quæſtione 84. concluſ. 4. Couar.
var. reſolu. cap. 4. numero quarto, & Sotum de iuſti. & Iure. lib. 6. quæſtione 5. articulo. 3. in prima
concluſ.

Sed quid dicendum etiam in terminis noſtræ
70 bullæ PP. Nicolai V. † io redemptione reddi-
tuum, ao requiratur, quòd ſoluatur pecunia
numerata, an in re eiuſdem valoris, vel in nomine debiti loco pretii cum bulla in caſu redemptionis, non repetit illud verbum recepti, ſed dicit pro conſimili pretio illa redimendi, & alibi pro tali redemptiooe, præter principalem ſummam, nihil vltra percipiatur ab emptore. hanc quæſtionem ponit Martinus ab Azpilcuet. Doctor. Nauarrus in tractat. de vſur. dum commentat extrauagantem Pii. Quinti in quæſtione 37. numero 123. folio 85. ibi in illa extrauaganti vltra quod eſt de forma quod pretium numeretur coram teſtibus, & notario, & verè in pecunia numerata, deinde in redemptione, dicit, ſed etiam poſſe
71 pro eodem pretio extingui, & † tamen conclu-
dit modo infraſcripto in hac quæſtione, quòd
venditori cenſus liceat pretium redemptionis,
ſiue caſſationis ſoluere in aliis rebus, quàm pecu-
72 nia numerata, tum quia † regulariter quoties
eſt contentus debitor de pretio ſibi debito, cenſetur ſibi ſolutum. l. ſatisfactio. ff. de ſolut. adiuncta. l. prima, ff. de pignor. actio. & is caſus non uidetur exceptus ab illa regula: & ita manet ſub ea, arg. Gloſſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. quæ habet ſimilem in Rubr. eodem titulo lib.
73 ſexto: tum † quia hæc extrauagans exorbitat à iu-
re communi, quatenus ſtatuit, ut pretium cenſus non poſſit ſolui eidem uenditori, etiam nolenti, niſi in pecunia numerata, ita eſt reſtringenda conſt. quæ à iure, de regulis iuris in ſexto, conſequenter cùm ſolùm ſtatuat de pretio uenditorum ſoluendo pretium cenſus conſtituenti non debet extendi ad pretium ſoluendum emptori pro eo redimendo ſiue caſſando, tum quia mens, & ratio authoris extrauagantis fuerunt obuiare fraudibus uſurarum, & iuuare conſtituentes cenſus, oe urgente neceſſitare acciperent pro pretio, uel parte pretii aliqua ſibi parùm commoda, uel maioris, quàm iuſtum eſſet æſtimata,

mata, quę mens, & ratio ceſſant in pretio ſoluen-
do emptori pro redemptione ſiue caſſatione illius
& ita extrauagãs ceſſabit in illo arg.l.adigere §.q̃
uis ff.de iure patronatus, & c.cum ceſſante de ap
pell.hanc opinioné, & cóclusionem Nauarri refert
& ſequitur Ioannes Petrus ſurdus interminis bul-
læ Papæ pij Quinti in con.167.nu.40.& ſeq.vſque
finem in 2.vbi eius doctrina multu facit pro deci
ſione præſentis dubii, in terminis bullæ noſtræ Pa
pæ Nicolai Quinti.& quia eius dicta ſupra retuli,
non iterum referam.item pro determinatione pręs
ſentis dubii.quod in terminis bullæ Papæ Nico-
74 lai Quinti poteſt † dari res pro pretio in redem-
ptione volente emptore, a quo redimitur, allego
tex.in l. pretii cauſa.C.de reſcind.venditione iux
ta Gloſ. ibi in verbo conſentientis ibi diſputat illũ
punctum & ad.§.pretium Inſti.de contrah. empt.
quod venditio non poteſt ſtare ſine pretio, reſpon
det Gloſ.per tex.in l.2.§.ſine pretio.ff.de cõtrah.
empt.dum tex.dicit ſine pretio venditio nulla eſt
non autem pretii numeratio ſed conuentio perfi
cit ſine ſcriptis habitam emptionem. vnde Gloſ.
ibi in dicta leg.2.in verbo conuẽtio ait inde aliud
pro pretio dari poteſt volente utroque allegat di-
ctam l.pretii cauſa idem firmat Frãciſcus Martius
deci.21 nu.15.16.in 2.
75. Sed oriri poſſet † dubitatio, ſi debitum eſſet pro
plurib. cauſis, & etiam diuerſæ ſummæ eſſent pre
tii partim in pecunia, partim in re, an pactũ, quod
in caſu redemptionis non ſit licitum redimere in
partem, vel membratim, ſed vnico contractu, & in
vnica ſolutione pretii in caſu redẽptionis debeat
fieri in vnica ſolutione: videtur, quod hoc pactum
ſit licitum. quia in hoc pacto eſt maior emptionis
ratio, quàm vſuræ ſuſpicio, neque emptor alia de
cauſa cauiſſe videtur conditionem hanc, niſi, ut al
leuiaretur ab obligatione de retrouendendo ne
venditor.in partem ſoluendo pretiũ tam crebrò
moleſtet eum ad reuendendum, pro ut latius oſtẽ-
dit Domin.à Soto de Iuſt.& Iure quæſtione 5.artl.
3.concluſ.4 quem ſequitur Ioannes Baptiſta Lup.
Gemin.in l.2.C.de pactis inter emp.& vend.com
ment.2.§.2.nu.71.
76 Item † ponderando verba contractus, illa verba
iuxta formam bullæ, & regiæ pragmaticæ impor-
tant relationem cum omnibus qualitatibus, ac ſi
omnia eſſent expreſſa quaſi in proprioribus ter-
minis ponit Decian.in conſi.33.ante nu.28.uerſi.
ſi uero, & nu.29.in 1.& conſ.72.nu.33.34.in 2. qa
contractus intelligitur inter contrahentes factus,
77 nedum ſecundum † mentem, & uoluntatem con
trahentium: quæ colligitur ex uerbis expreſſis cõ-
tractus, ſed etiã ex tacitis Decius Cagnolus, May-
nerius.in l.ſemper in ſtipulationib.ff. de reg.Iur.
maximè quando coadiuuat conſuetudo regionis
& de conſuetudine contractus habet certam for-
mam, vt ibidem firmãt præallegati doctores in di
cta lege ſemper ſtipulationibus.
78 Sed † aduerſus prædicta poſſes conſiderare ex-
dictis Petri de Gregorio ſupra relatis, ꝙ ſumus in
debito primordiali, quod eſt ex cauſa dotis præſẽ
ti cauſa, & cum in contractu venditionis cenſuum
eſt pactum, quod datur facultas petendi, & capita
lem, ſeu ſortem principalem, poteſt ſtare contra-
ctus unà cum pacto quod poſſit peti ſors; & inter-
uſuria dotium, & ſic ſecundum terminos ſecundi
caſus poſiti per Beroum poſſet iſte contractus trã
ſire in ſpeciem contractus, & debiti dotis, quo ca
ſu quatenus contractus non valebit eo modo, quo
fit iuxta formam bullæ, ſtabit contractus, & pactũ
eo modo, quo poteſt ſtare, & ſic tanquam contra-
ctus dotis, vbi peti poſſunt ſors, & interuſuria do-
tium, & ut cõtractus ualeat, debent potius uerba
impropriari, & ſuſtineatur eo modo, quo eius na-
79 tura patitur, illa uerba ſecundum, ſtabunt † ſimili-
tudinarie, ſcilicet reſpiciendo taxam quantitatis
interuſuriorum quæ eo tempore contractus curre-
bat, ſcilicet, ſecundum quod currunt interuſuria,
iuxta formam bullæ, & maximè ſtantibus uerbis
80 & non aliter, &c. quæ important conditionem, &
neceſſitatem præciſam, & abnegat cõſenſum ab
actu Decian.conſ.72.nu.36.in 2.
81 Ad † regulam, quod relatum eſt in referente cũ
omnibus qualitatibus ſuis, dicebatur non procede
re, quando per alium modum contrarium refer-
tur ſecundum Decian.con.61.nu.5. & 95.96.nu.
82 5.in 2.maximè quia agitur † deſeruanda forma,
quæ non poteſt adimpleri per relationem, vt poſt
alios dicebãt ſcribere Sebaſt.medicis de reg. Iur.
reg.7.num.97.vbi allegat communem, & in regu-
la 10.in limitationibus.nu.45. & in proprioribus
terminis Soccin.conſi.24.nume.21 in 1.ubi clariſ
ſimis verbis oſtendit non eſſe ſeruatam formam
83 ſtatuti † ſi per contrahentes eſt dictum ſecundũ
formam ſtatutorum, niſi omnia illa, quæ ſunt de
forma explicentur, vt etiam affirmare ait Plot.in
l.ſi quando C. unde uide, in litem Iurando. §.
9.nu.6.7.& §.22.nu.23.24.& de Deci. conſi. 573.
nu.9.confirmabatur † quod quando relatum exi-
git, quid fieri, tunc relatio ſola nihil operatur: ſed
debet etiam interuenire id quod faciendum eſt.
Decian.conſ.33.nume.29.uerſic.nam ſi referunt
in primo: n terminis uidetur firmare Fabius Torre
tus conſil.91.nu.19.20.
85 Si igitur uellemus † tenere primam opinionem,
quòd contractus iſte dicatur ſecundum formam
bullę, & regiæ pragmaticæ, & pro ut per eam diſ-
ponitur dicatur contractus cenſus iuxta formã
bullæ, ita ut non opus fuerit exprimere alia pacta,
nec expreſſionem aliorum verborum, nam impli-
cite omnia dicuntur poſita, ex lege ſuper ipſo cõ
tractu bullæ compræhenſa: que opinio eſt fu[l]ta po
teſtatis iuribus, & authoritatibus & in terminis
bullæ Pii Quinti. firmat Petrus Surdus in conſilio.
198 numer.ſeptimo & ſeq.& per totum in ſecun-
do Fabius Torretus conſil.91.numer.quarto & ſe-
quen.& pactum, quòd ſit in electione ipſius ſponſi
ſtare dicto cenſui, aut petere pecunias ſupra do-
tatas uitietur, & non vitiat contractum. reſponde
86 bis primæ conſiderationi, † quod non poteſt hic
contractus tranſire in debitum dotis poſtquam in
eo expreſsè dicitur, quod interuſuria ſoluan-
tur, donec non ſoluitur ſors principalis, & ta-
men in dote peti vtrunque poteſt. ſecundus ca-
ſus, & tertius Beroi eſt, quando contratus ſit
contra ſubſtantialia, quia ſubſtantia non ſer-
uatur, ſed contractus iſte non eſt directè contra
ſubſtantialia, ſ.petitio ſortis. quia dicit ꝙ donec

ſors non ſoluit,debent ſolui interuſuria, & vltima
verba non contradicunt iſtis , ſed vult in eius ele-
ctione eſſe nolle interuſuria , nec ſtare contractui
cẽſus,& velle petere pecunias ſupra dotatas : q̃a
87 in præſenti cauſa alia eſt maior difficultas.iõ †po
tius eſt deueniendũ ad eã difficultatem,an iſte cõ
tractus vẽditionis cẽſus,ex quo eſt collatus in vo-
luntatem dicti Cathaldi de ſimia ſpõſi velle ei ſta
re,vel ab eo recedere,& petere pecunias dotatas,
valeat.de quo motiuo dicam Infra.
88 Ad aliam ſecundã†conſiderationem de relato
alio mõ contrario,& qđ agit̃ de forma reſponde-
tur ꝙ ex verbis contractus apparet totũ cõtrariũ,
dũ vult donec non ſoluat̃ ſors principalis , debeãt
ſolui interuſuria & nõ ſors ,put ex illis verbis col
ligit̃,quod interuſuria ſolui debeant donec nõ ſol-
uat̃ ſors principalis. ſed bene verũ eſt , qđ deinde
ſubſequit̃,ꝙ ſit ĩ electioneſpõſi velle ſtare dicto cẽ
ſui,vel petere pecunias dotatas.nec nos ſumus in
ſeruanda forma,& ſolennitate, ſed bene difficul-
tas ſupra poſita tendit potius in id,an deficiãt ſub
89 ſtantialia & ꝙ multũ differat†in terminis noſtris
forma,& ſolennitas a ſubſtantia ponit.Bero.in di-
ctarubrica ex. de appell.nu.18.vbi ẽt colligit hãc
differentiam ex Bal.in l.ẽt col.2.c.de execui.rei iu
dic. Alex .in l.de pupill.§.q nũtiat ff. de nou.oper.
nũcia. & Dec.in dicta rubr.de appell. in terminis
venditionis reddituũ ponit Nicolaus Guerardus
conſ.150.ſed ex ſuprà firmatis ſatis fuit oſtenſum
ꝙ non deficiũt ſubſtantialia bullę per prædicta er
go ceſſat ẽt indubitanter hæc ſecũda cõſideratio.
Et ſic,cùm non ſimus in caſu,quo deficiat con-
90 tractus,† ex quo ſors ex pacto poteſt,repeti , cũ
pactũ vitiatur,& non contractus,vt ſuprafirmaui.
ẽt latè ponit in terminis venditionis reddituũ in
pacto redimendi reſtricto,vt poſt certũ tempus re
dimat̃,& non antè Nicolaus Guerardus conſ.150.
Item quia nos ſumus extra terminos prædictos
pro confirmatione,prædictorũ, prædicta conclu-
91 ſio ꝙ in contractu cẽſus iuxta formam bullæ† de
ſubſtantia vel requiſito ſubſtantiali ſit, qđ pretiũ
datũ pro uenditione cenſus non ſit repetibile ſed
ſtare debeat penes venditorem donec ſibi placue
rit redimere cenſum licèt ſit vera poſſes reſtringe
re,& limitare cũ modificatione Infraſcripta,ſcili-
cet non procedere qñ contrahẽtes ipſi inter ſe pa
ciſcuntur pro ſecuritate , & cautela emptionis cẽ
ſus,vt poſſit emptor libere,& abſque moleſtia , &
impedimẽto exigere cenſus,& ſic pro ſecuritate,
& euictione,quod in caſu moleſtiæ euictionis,& al
terius cuiuſuis impedimẽti exactionis annuorũ cẽ
ſuum,vel quia prædia ſubiugata eſſent euicta, tũc
licitum ſit emptori agere ad ſummam pro quanti-
tate capitalis, & ſortis principalis cenſuũ & a ven
ditore exigi ad effectum ex eis pecunijs a uendi-
tore emantur alij , annu cenſus exactu faciles tu
ti , & ſecuri, vel prædia, quæ ſint obnoxia ſubiu
gata,& obligata pro euictione defenſione & faci-
li exactione ipſorum redditum venditorum:quia
iſtud pactum erit licitum,& permiſſum ex mente
bullæ in illis verbis bullæ , cum opportuna coh-
trahentium ſecuritate,euictione , & indemnitate.
& ibidem ibi,& promiſſiones ſtipulationes pœnis
iuramentis,& aliis cautionibus uallatas & alia quæ
cunque,de quibus inter ementes,& vendentes,hu
iuſmodi cenſualia conuentum,& in pactum redu-
ctum fuerit.
92 Et ſupra dicta reſtrictio†& declaratio fulcitur
authoritate Blaſci Lanceæ ſuper bulla ſuper verbo
mortua,qui ait mortua etiam eſt pecunia e. parte
emptoris,adde quòd licèt dicatur mortua , quan-
do ſua interſit poſſet illam conſequi.l.quæſitum.ff
de pigno.
Etiam ex authoritate Franciſci prouinzalis ma-
gni doct.dum ait in verbo mortua,ſi tamen vendi
tor, non eſſet ſoluendo,ſecus.Albe.in l.fin.col.pe.
uerſic.eſt etiam notandum C.de iure emph.& in-
93 terim currunt vſuræ l.1.C.de iud.non obſtat † ꝙ
ſors debet eſſe demortua:quia intelligitur,quoad
ſolutionẽ creditori ob conuentionẽ ab initio . Bal.
in l.1.col.4.nu.4.uer.aut lex introducta C.de ſum
ma Trini.& debet eſſe mortua quia non debet poſ.
ſe rehaberi ad meram voluntatem creditoris.Bal.
in c.1.in fine col.de iur.iurand.quod nõ eſt in caſu
prędicto.hæc firmat Franciſcus Prouinzalis,de cõ
cluſione facit mentionem Intriglolus quæſtione
82.ſed vltimum eius dictum 161.nu.3. dum dicit,
quod ceſſant currere interuſuria poſt diem actio-
nis ad ſummam ſortis, non eſt verum in terminis
præcti & infraſcripti pacti rationib. per me dicen
dis infra.
94 Comprobatur etiã†ex doctrina Gabriel.incõſ.
152.in 1.& aliis iurib.& authoritatib.deductis in
cauſa vertente inter monaſteriũ ſanctę Citæ acto-
rem ex vna,& don Marianum,don Marcũ de vin
timiliũ conuentos ex altera in qua cauſa fuit ſentẽ
tiatũ in regia curia præturæ in fauorẽ monaſterii
petentis ſummam aſcendentem ad capitale cen-
ſuũ venditorũ a prædictis de vintimilii ſubiugan
tib.ad affectũ,qđ depoſitentur pro emendis aliis
redditib.qui ſtarent obnoxii hypothecati,& obli-
gati,& pro facili conſecutione reddituũ vendito-
rũ per dictos vintimigliis dicto monaſt.quæ ſentẽ
tia deuoluta cauſa ad curiam appellationis per me
tũc temporis Iudicem eiuſdem Curiæ in anno xuj
Indi.1584.fuit confimata,& vltimo loco deuolu-
ta ad magnam regiam Curiã fuit ſententiatũ pro-
ut in primo,& ſecundo Iudicio.
Pro prædicta†comprobatione etiam prædicto-
rum,ac intelligentia pacti prædicti, ac etiam om-
niũ prædictarum concluſionũ faciunt tres conclu-
ſiones,ſeu quæſtiones Martini Abzpilcueta doct.
Nauarri in ſuo tract.de vſur . poſt Gloſ.extrauan-
tis Pij Quinti in quæſti. 27.28.& 29.nu.118.119.
fol.81.82.83.dũ in 27.quæſtione referendo ſę ad
quæſtionem.26.quæ eſt,an qui emit cenſum ſuper
aliqua re non libera, vel ſuper qua non poterat vẽ
ditor cẽſum conſtituere,qđ tñ emptor ignorabat
95 in 27 quæſtione dũ quærit,an poſſit emptor† cõ
pellere venditorem ad reſtituendũ pretiũ & re-
ſponde:ꝙ ſic tũ quia datũ ob cauſam ea non ſecu-
ta redire debet ad dantem.toto titulo de condit.
cauſa non ſecuta, & C.de condit.ob cauſam & prę
fatus emptor dedit pretiũ ob cẽſum ſup re libera
96 cõſtituendũ,qđ non fuit ſecutum † ẽt quia vẽdi
tor prædi ſeruituti ſubiecti tenet̃ emptori id igno
rãti ex empto actione l.1.ff.de actionib.emp.ad ĩ
tereſſe ſi ſciẽs vitiũ aut ad q̃tũ minoris,ſi ignora-
uit

ult iuxta diſtictionẽ poſitã ĩ l. Iulianus ff. eodẽ idẽ
firmat idẽ Nauarrus ibidẽ in q. 33. nu. 122. fo. 84.
97 Item idem Nauarrus † in preſenti caſu, & quæ
ſtione in 26. quæſtione concludit interuſuria &
cenſus exacta potuiſſe emptorem licitè exigere
pro tempore, quo id probabiliter ignorauit, tum
quia ſi ignorans debet excuſari damno c. 2. de cõ.
& venditoris fraus, & dolus ei non debet prodeſſe
c. ſedes reſcript. l. itaque full. ff. de furt. conſequen
ter emptor prefatus innocens non debet perdere
cenſum, nec venditor doloſus excuſari ab eo ſol-
uendo, tum quia venditor celans vitia, & defectus
rei venditæ tenetur emptori ad interſſe l. Iulianus
ff. de actio. empt.

Supradicta quæſtio per Nauarrum poſita eſt in
98 terminis quanto non eſt appoſitum aliquod † pa
ctum ſed procedere firmat quod id prouenit exin
de veniendo in notitiam emptoris rem non eſſe li
beram vel alienam: ſed contrarium firma quando
inter contrahentes ideſt in pactum deductum, &
expreſſe conuentum dum Nauarrus diſputat in
28. quæſtione in terminis Bullæ Papę Pij Quinti,
an ab initio conſtitutionis cẽſus poſſit fieri pactũ,
vt vendens teneatur ſoluere cenſum, donec red-
dat pretium caſu, quo res non eſſet libera, vel eſ-
ſet aliũ cenſui ſubiecta; reſpondet quòd non valet
contractus, tum quia cenſus cũ huiuſmodi pacto
conſtitutus videtur eſſe contra formam præfatæ
extrauagantis Papæ. Pii Quinti: tum quia aperire-
tur magnum oſtium exercendis vſuris. nam vo-
lentes ſub eis mutuare conſtituere poſſent cen-
ſus ſuper alienis prædiis, & volentes mutuare ſub
vſuris emerent illos cum huiuſmodi pacto. per qđ
ſecure acciperent vſuram nomine cenſus, & huiuſ
modi oſtium nullatenus eſt aperiendum Ang. l. cõ
ueniri. ff. dotalib. c. ex parte de conſuet. tũ quia nõ
obſtat, quòd expreſſio eius, quod iure ineſt, nihil
nocet l. 3. de le. 1. c. ſignificaſti de ele. ſi tantum eo
modo quo ineſt exprimatur iuxta Gloſ. & tradita
ibi à Felyno in ca. ad audientiam. il. 2. de reſcript.
quod contentum ipſo pacto videtur tacite ineſſe
per allegata in præcedenti quæſt.
99 Non inquã † hoc obſtat: quia licèt tacito iure in
ſit, qđ conſtituens. & vendẽs cenſum ſuper re ali-
qua, vel nõ libera, teneatur reddere pretiũ, & ad
intereſſe, vt prædictũ eſt, non tamen iure ineſt, vt
teneat ſoluere cenſum malè conſtitutũ, donec red
datur pretium, quia hoc eſſet verè, uel preſumpti
uè vſurariũ, argum. eorũ, quæ ſuprà dixerat. idem
Nauarrus ait in quæſtio. 34. nu. 122. fol. 84 ſed Na-
uarrus ex verbis extrauagantis Pii Quinti hoc fir-
mat ibi cõtractus, quos ſub alia forma poſt hac ce
lebrandos fęneratitios iudicamus, poſt verſi. pa-
cta eſt continentia.

Et ſic habes caſus in 26. 27. quęſtione prædicta
100 Nauarri ꝙ in caſib. prædictis † poteſt ab emptore
peti ſors intelligendo, prout etiam idem Nauar-
rus in 29. quæſtione concludit data ignorantia em
ptori, tempore quo contrahit ignorando rem ſu-
bingatam non eſſe liberam, & rem eſſe alienam, ſe
cus ſi ſcit rem eſſe alienam, uel non liberam, licèt
in dubio non probata ſcientia, nec confitente em-
ptore poteſt, in foro exteriori, ſecundum eundem
Nauarrũ emptor petere cenſum, ſecus in foro con
ſcientiæ, quantũ attinet ad ea, quæ dicit Nauarrus
101 in qu. 28. ꝙ non ualet † conuentio, ſi deducatur
in pactũ prædictus caſus poſitus in dicta quæſt. 26
27. procedere dico eius dicta. qa cõtra verba bul-
læ Pij Quinti, per quã reijciuntur pacta continen-
tia pretium cenſus extra caſum in ipſa bulla con-
tentum ab inuito, aut ob pœnã, aut ob aliam cau-
ſam repeti poſſe. & ſic bulla Pii Quinti expreſsè
reprobat pacta pænalia, & alia pacta, prout ipſe ẽt
ad dictam bullã reſtringit in loco præallegato, ſed
in bulla Nicolai Quinti admittuntur omnia pacta,
102 & pœnæ † conuentæ. & ſic nõ procedunt firmata
per Nauarrum in prædicta quæſt. 28. procedere in
terminis caſus bullæ Nicolai Quinti, & pacti no-
ſtri, tantò magis. quia in hoc pacto noſtro etiã ceſ-
ſat ratio Nauarri, cũ non detur emptori facultas
per noſtrum pactum repetendi ſortem, neque ca-
pitale. & ſic vt poſſint contrahentes habentes ani-
mum mutuandi ſub vſuris apponere pactũ prædi-
ctũ, vt aperiretur oſtium magnũ exercẽdis vſuris
quia in terminis pacti noſtri ſupradicti, & conce-
pti modo prædicto ſemper ſors remanet penes vẽ
ditorẽ, & nullo tempore redit ad emptorem. & li-
cèt in caſu pacti teneatur elargiri tantam ſummã,
quanta eſt ſors pro emptione aliorũ redditũ, vel
prædiorũ pro ipſo venditore, non aũt pro empto-
re: & ſic dominiũ tũ pecuniarũ, tum ẽt prædii, vel
redditus emendi, quæ ſuccedit loco ſortis, ſemper
remanet penes venditorem annuorũ redditũ &
etiam bulla Nicolai Quinti permittit ſortem in re
poſſe dari venditori, per verba ibi pretii, vel rece-
pti, tum etiam permittit pactiones omnes, & con-
uentiones pænales, vt infrà latiùs dixi, & dixi ẽt in
103 alia mea deciſione † bene verũ quòd ſi poſſet col
ligi vel ex probationib. vel confeſſione partium cõ
trahentium, ſ. emptoris, hoc pactũ eſſe appoſitũ a
contrahentib. habentibus animum & intentionem
deprauatã, & voluiſſe potius mutuando contrahe-
re, quã facere vere contractum emptionis, & ven-
ditionis annuorũ redditũ, tunc dicerem illicitũ,
& vſurariũ contractum ipſum, & concurrerem eo
caſu cũ Nauarro in dicta quæſ. 29. iuxta dicta per
eum, in dicta 29. quæſ.

In hoc pacto aduertãt cõtrahentes in cõceptio
ne, vt in pacto nõ dicat, ꝙ in caſu pacti ſit licitum
104 petere † ſortẽ principalẽ, ſ. pretium cenſus, quia
ſecundũ alicuius doctoris opinionẽ dictus cõtrac.
erit vſurarius, ẽt ꝙ ſors ſit repetibilis pro tutiori
reddẽda exactione cenſus vẽditi annuatim; & qđ
fiat ẽt pro tutiori, & perpetua hypotheca redden-
da, & ponit ẽt Mart. ab Azpilcueta doctor Nauar-
rus poſt Glo. extrauagãt. PP. Pij Quinti qu. 18. nu.
115. fo. 72. dũ firmat ꝙ non pôt ab initio cõſtituti
cẽſus paciſci, qđ caſu, quo venditor cẽſus vẽdide-
rit fundũ, vel partem eius teneretur redimere cen-
ſum, & hoc firmat ex uerbis extrauagantis PP. Pij
Quinti. ſed qd ſi interuenit dolus, vel culpa vẽdi-
toris qđ res ſubiugata đſtrueret? tenet de dolo uel
alio, aut ſaltem reddere pretiũ qđ pro cẽſu accepit
aut cõſtituere illũ ſuper nouũ molendinũ, uel aliã
rem ſuam immobilem, Nauarrus ubi ſuprà, quæſ.
105 25. nume. 118 fo. 81. ſed conuenias hoc modo †,
quod poſſit contra uenditorem annui redditus,
ſeu cenſus ad exptomendam tantam ſummam

etiam quod ſumma ſit pro quantitate ſortis, uel
maiori ad affectum ea ſumma emēdi tot alios red
ditus,ſeu cenſuum,uel prædia,quæ ex nūc pro tūc
intelligantur obnoxia, & ſubiecta ſuppoſita, & ſu
biugata pro prædicto cenſu uendito, & ſolutione
annorum dictorum cenſuum & eorum exactioni,
prout ea ex nunc pro tunc ſubiugauit,& ſubiugat,
hypothecauit,& hypothecat prout colligitur ex
uerbis noſtræ bullæ Papæ.Nicolai Quinti confir-
matæ per Papā.Gregorium xiij.dū permittitur
in hoc contractu uenditionis cenſus poſſe partes
107 contrahentes contrahere cum opportuna† con-
trahentium ſecuritate,tutione,& indemnitate, ac
cum poteſtate uendendi perſonas, eorūmque pro
pietates,redditus, Iura &c.ac etiam quaſcunque
alias obligationes,ſubmiſſiones cuicunq; ſoro nec
non renunciationes, promiſſiones, ſtipulationes
pœnis iuramentis,& alijs cautionibus uallatas,&
alia quæcunque, de qoibus inter ementes,& uen-
dentes huiuſmodi cenſualia conuentum, & in pa-
ctum reductum fuerit, plenam licentiam, & li-
beram authoritate publica tenore præſentium
concedimus facultatem.per quæ uerba bullæ apo
ſtolicæ uidetur permiſſa omnis conuentio, & pa-
ctum pœnale iuratum,per quam,ſeu quod redda-
tur tuta & ſecura uenditio annui cenſus.& ſic exa
ctio & ſolutio cēſus uinditi,eſt perpetua:& ne red
datur eluſoria uēditio cēſus,ſiue euaneſcat, quod
intelligo,dum modo pactū non ſit contra requiſi-
ta,& ſubſtantialia bullæ,& ſuper iſtis uerbis bul-
læ fuerunt fundatæ prædictæ tres ſententiæ ſuprà
memoratæ.

Sed in Intelligentia iſtius pacti poſſet oriri dif-
ficultas,an in caſu, quo bona ſuppoſita,& ſub iu-
107 gata Cauſmate†perirent,quia domus deſtruere
tur,uel ſeudum tranſiret in ſucceſſorem ex pacto
& prouidentia, uel res reſtitutioni ſubiecta ex fi-
dei commiſſo,uel ueriùs eſſet ſubiecta redemptio
ni ex pacto de retrouendendo uel ex diſpoſitione
Iuris:uel quia res eſſet emphiteotica & incideret
in commiſſum,& in alijs ſimilibus caſibus, an ex
prædicto pacto poſſit agi ad repetitionem ſortis,
uel ad alia prædia ſupponenda,ubi non adeſt ſup-
poſitio generalis omniū bonorū,uel etiam ſi gene
ralis interuenit ſubiugatio bonorū omniū peti poſ
ſit,ut in locū predictarum rerum ſubiuget,vel ſup
ponat,& hypothecet futura, & acquiſita poſt ſu-
biugationem,& uenditionem cenſus contractam.

Reſolutio præſentis dubii,& difficultatis pen-
det ab argumentis poſitis in illa quæſtione per do
ctores diſputata,an cenſus conſtitui debeat ſuper
certis bonis, & prædiis. uel ſuper incertis, & ge-
neraliter de quo infra diſcutiendum eſſet in alio
dubio præſentis cauſæ:& ideo in hac quæſtione ali
quantulū immmorabor,in qua quæſtione licèt ali-
qui teneāt ex bulla Caliſti,& Martini,ac etiam Ni
colai Quinti debere cōſtitui ſuper certa re:& hoc
108 concludant doctores† prædictam opinionem ex
dictis conſtitutionibus Pontificum prædictorū il-
la ratione,quia iniquum eſt emptorem nullum ha-
bere rei emptæ,periculū,ſed ſemper pro uentū eſ
ſe,reddituū que ſaluum fore contra tex. in l.1.C.
de peric.& cōmod.rei uend.§.cùm antè. Inſtit.de
empt.& uen.vnde ad iuſtitiā iſtius cōtractus opor
tet,quò redditus conſtituantur ſuper bonis certis
ita ut peremptis illis perimatur cenſus.prout con
cluditur ut ſupra per Ioannem de Pigna.in c.in ci
uitate de uſu.& c,ultimo quæſtione prima.eodem
titulo.Aret.conſ.151.themate.col.3.Abb.diſtinc.
5.col.fin.Laurent.de Rodul.in c.conſul,2.par.quę
ſtione 12.de vſur.Angel in ſumma,in uerbo uſura
uerſi.78 refert Rodoanus in tract.de reb.eccl. non
alienand.in Rub.de conſt.annui redditus nu.47.
uſque 49.Alua.Valaſcus in tract.de iure emphiteo
tic.quæſt.32.10.Caſſeneus ſuper cōſuet. Burg.tit.
de cēſes.Rub.11.§.6.in tex.ibi.de aucune choſe.
109 Sed† contrarium determinat Couarr.var. reſol.
lib.3.ca.7.verſi.ego ſanè dico, quòd annuus cen-
ſus,& pecunia ſoluenda etiā redimibilis,& cū pa-
cto redimendi conſtitui poteſt etiam ſola obliga-
tione perſonali,abſque generali, in certa ſpeciali,
uel certa bonorū,uel rerum aſſignatione,et hypo-
theca quam opinionem ſenſit Corrad.de contrac.
quæſtione 74.75.& quæſtione 83.concluſ.31.Ioan
nes de Medina in trac.de reſtit.9 de cenſi.colu.5.
de contract.in priuilegio nu.12.probat id etiam ra
tione,quia inquit certum eſt quod iuſtè, & licitè
hic contractus celebratur cum pacto,quòd cenſus
conſtituatur ſuper certis bonis,quibus peremptis
ad huc venditor tenetur redditum ſoluere, unde
rebus extinctis illa obligatio alia non eſt,quā per-
ſonalis.meritò non ſemper conſtituitur,uel conſti-
tui habet ſuper certis.bonis.id probat tex.in extra
uag.regimini la 1.illis verbis.ſed ad hoc &c.& in
la.2.ibi ſed eidem ementes,vbi ſentit tex.quòd re
bus,ſuper quibus fuit conſtitutus cenſus, perem-
ptis ſalua manet obligatio ad annuū redditum ſol
uendum,quia ſi peremptis bonis ibidē perempta
eſſet obligatio ſoluendi,hoc Papa explicaſſet ſicut
de obligatione reddendi pretium in ſpecie,
110 Secundo cōprobat† quia quis poteſt gratis per-
ſonali obligatione promittere alteri annuam pen-
ſionem ſoluendam,etiam ea ſuper ſua perſona cō
111 ſtituere.3. quia† quis ob mercedem pecuniæ po-
teſt locare operas ſuas.l.qui operas l.in operis.ff.
112 locati.4.† nam ſi bene res tota conſideretur obli
gatio ad ſoluēdum cenſum conſtitutum eſt perſo
nalis principaliter,& aſſignatio rei, vel fundi acce
ſoria ꝓ certiori ſolutione,& iure pignoris,& hy-
pothece rem ipſam accedere l.fundus,quē ibi Ba.
ff.de annuis legat.unde re perempta, remanet ſal
ua obligatio.l.aduerſus.ubi Bar.Bal.de actionibus
13 & obligationus ſubdens quod† licet in contrac-
tu conſtitutionis annui cenſus non exprimatur,
quòd perempta re ſuper qua ſalua,& remanere in
telligatur actio ad ſoluendum cenſum ſuper re pe
rempta conſtitutum nihilominus ſemper intelligi
tur,& quòd ſalua ſemper remanet per doctores,
quos idē Couarr.adducit,prædicta refert & ſeq.
Rodoanus in tract.de rebus eccleſiæ non alien. in
Rub.de conſti.annui cenſus in reb.eccleſiæ,à nu.
49.vſque.num.55.hanc etiam ſequitur & ſeruat
Andre.Gail.pract.obſer.libro.2. obſeruat 7.à.nu
mero 11, uſque ad 14. ſequitur Decian. conſilio.
ſecundo numer. ſeptuageſimotertio .141. uſque
ad 144.in primo tenet Domin.à Soto libro ſexto
quæſtione quinta articulo primo de Inſtit. & iu-
re,refert etiā Nauarrus in loco inferius allegando.
nume.

nu.73.hanc opinionẽ tenet Ioánes Petrus Surdus in conſ.162.nu.q.12.in 2.licèt contrarium, & non bene firmet Aluar.Valaſcus in tr act.de iure emphiteotico.nu.16 q licèt pōderet tex. extrauagantis Martini,& Caliſti: tamen contrarium ex eis elicit̃,& Nauarrus loquit̃ in terminis bullæ Pij Quinti,quæ uidetur diſponere expreſſe.

114 Hanc†opinionem diſputare uidetur ſuper bulla Franciſcus Pancaldus,dum in uerſi.quid ſi prædia,dicit quid ſi prædia, ſuper quib. conſtituantur annui redditus ſubiugationim,non ſufficiunt eorũ fructus ad ſubiugationem inſtitutã,an teneatur de nouo ſubiugare?videtur q non,quia iſte cõtractus eſt emptionis redditũm formatus tempore cõtractus. ergo periculum tranſit penes emptorem.l.ff. de periculo,& cõmodo rei vẽditæ.in contrariũ eſt tex.in l.Lucius ff.de aliment.& cibarijs legatis, & not.Guid.PP.deciſ.8.ſed in contrariũ eſt hic tex: ubi vult cenſualia conſtitui ſuper rebus.ſed in dictis locis contractus cõſtituitur ſuper obligatione perſonali,& per hoc eſt Gloſ.in dicta l.Lucius in fine,ibi aliud eſt dicere quod percipiat̃ . &c.cogita quia hic obligatio eſt etiã perſonalis,& contra perſonam fit, & ſic per prædicta verba ipſe Pãcaldus non ſe fundare uidetur in aliqua ipſarũ opinionũ, ſed dubius trãſit,faciunt pro prædictis per Pancaldũ ea,quæ refert Rodoanus de rebus eccleſiæ nõ alienan. in rub.de conſtit.annui redditus in reb. eccl.nu.40.uſque ad.nu.43.

115 Sed†contra prædicta,q cenſus conſtitutio debeat eſſe ſuper rebus certis,uel deſignatis , ut ualeat contractus.& licitus iudicet̃,aliàs illicitus dicatur,firmat ex plurib.Brunorus à ſole in ſuis quæſtionib.legalibus quæſtione 4.à nu.1 uſque 10.ubi allegat id tenere Laurẽtium de Rodu.in dicto tra. de vſur.ſuper c.ſalubriter parte 2.queſt.11.15.18. & in c.conſuluit de vſur.queſtio.13.nu.47.& quod Couarr.in dicto c.7.licèt teneat contrariũ in eodẽ cap.7.nu.5.uer.uerùm hoc dicit.ſed ueritas eſt ſuprà poſita & ita ſeruatur in practica in omnib.inſtrumentis cenſualib.& liuellarijs.nam 1.obligantur,& ſubiugantur aliqua bona particularia deſcripta,& confinibus terminata,& poſtea ſubnectitur obligatio generalis omnium bonorum,aliàs nõ ualerent inſtrumenta:& ita practicatur in iudicijs.& ſic uult inferre iſte Brũnorus ex dictis Couarr.hãc ſuam opinionẽ ſeruatam in iudicijs. hanc ſequitur Martinus ab Azpilcueta doct.Nauar.in cõmẽt. de uſuris in 22.notab.nu.76.77.nu.81.82.vbi poſtquã plurib.authoritatib.comprobat , nouẽ argumẽtis fortificat.ubi etiã refert hanc alios tenere: hanc ſequitur dicens communẽ Ioannes Baptiſta Lupus Gemin.in Comment.l.2.c.de pact . inter empt. & uend.§.2.nu.63.vbi refert illos,qui tenent contrarium Aluar.Valaſcus.in tract.de Iur.emphit.queſ. 32.nu.10.11.

116 Sed†in regno ex uerbis bullæ noſtræ edictæ pro hoc regno, in quo ſeruatur bulla PP.Nicolai Quinti ex uerbis eiuſdem bullæ elicitur , q poſſit fieri ſubiugatio ualide,etiam quod Impoſitio fiat generaliter ſuper omnib. bonis,& ſic incertis & nõ ſpecialiter ſuper re certa,ut in uerbis bullæ ibi ſuper domibus poſſeſſionibus,& proprietatibus ſpecialiter,uel etiam generaliter ſuper omnib.bonis redditibus emolumentis iuribus & rebus eorum. hoc firmat Petrus de Gregorio ſuper bulla queſtione 5.uerſi.3.requiritur.hoc etiam firmare ait Laurentium de Rodulphis in c.conſuluit de uſuris.quæſt. 13 nu.47 hoc ẽt refert Rodoanus in dicto tract.de reb.Eccleſiæ non alienandis in Rub.de conſtitutione annui redditus nu.43.44.45.Foller.ſuper bulla in uerſi.huiuſmodi cenſualia nu.48.

117 Item ſic†etiam in regno debet hæc opinio ſeruari,quoad ualiditatem contractus.poſtquam hoc iure utimur in regno à tempore bullæ PP. Nicolai Quinti,uſque ad bullam PP.Gregorij x11j.in qua bulla Gregorij data Romæ die 7.Ianuarij.11. Ind. 1574.executoriata in regno die 20. Februarij dictæ Indi.& anni expreſsè diſponitur,quòd ſubiugatio fiat ſuper certo prædio,licèt deinde etiã imponatur cẽſus ſuper aliis prædiis generaliter,& in certis,nec ſpecialiter expreſſis.igitur nõ poteſt illicitus reputari cõtractus eo modo, ſecundum cõſuetudinem regionis fundatus, ſuper uerbis bullæ in illis uerbis ſuprà poſitis. prout arguit Decianus in terminis conſilio. 2.numero.80.81.82.83. in 1.

118 Et ſic†ſtantibus uerbis bullæ PP.Nicolai Quinti editæ in regno noſtro,per quæ permittit conſtitui cẽſus poſſe ſuper omnibus bonis generaliter cum obligatione perſonali ipſius uendentis & bonorũ, importare uidetur , quòd emptor nunquam ſubit rei emptæ periculum . quia impoſſibile eſt , quòd genus bonorum cum perſonali obligatione pereat prout conſiderat Ioannes Baptiſta Lupus Gemin. in l.2.c.de pact.s inter empt.& uend.comment.2.
119 §.nu.88 ſed prædicta quòd†perempta re ſpecialiter, & in diuiduo ſubiugata non ceſſet ius cenſus , nec repeti poſſit pretium , procedit ſine difficultate in contractibus initis tempore bullæ Papæ Nicolai Quinti : ſed in contractibus initis tempore bullæ Papæ. Gregorij x11j ſi petit prædium ſpecialiter,& in indiuiduo ſubiugatum,uidetur urgere maior difficultas : quod hic non intendo expreſſe determinare , ſed reſeruo alibi dicere , ſi mihi dabitur occaſio.

Colligere potes ergo ex ſupradictis argumen-
120 tis , quòd prædictum pactum † ita impliciter conceptum adiectum in hoc contractu uenditionis annui redditus , & cenſus annui impoſiti ſuper rebus , & proprietatibus ſuis , uel ſpecialiter, uel generaliter ſuper omnibus bonis , non importabit ut ex eo pacto poſſit agi quando aliqua ex rebus ſubiugatis , ſeu prædium aliquod , ſuper quo erat impoſita ſubiugatio nominatim,& in indiuiduo periret , uel deſierit eſſe in dominio ſubiugantis , ſeu eius hæredum : ut quia eſſet ſubiugata res reſtitutioni , ſubiecta vel redemptioni ex pacto de retrouendendo , uel ex diſpoſitione ritus , &. redimeretur , uel ueniret dies fidei commiſſi , uel emphiteotica res incideret in commiſſum , uel res feudalis deuolueretur domino , vel morte ſucceſſor caperet ex pacto , & prouidentia , & non iure ſucceſſionis. item etiam , quia adiudicaretur aliqua bona ſubiugata a creditore anteriori ex cauſa , & debito anteriori pro quo ipſa res reperiebatur obligata , & hypothecata , uel aliis conſimilibus.

libus caſibus vbi etiam fieret infructuoſa, vel inun
datione ,uel alio modo: facit in terminis bullæ do-
ctrina Mart ini ab Az pilcueta doct. Nauarri in tra
ctatu.de vſu. poſt Gloſ. extrauagant. bullæ Pij V.
quæſt.23.24.nu.117.nu.118.quæſt.25.fol. 80. 81.
& latius ponit omnes prædictos doctores referens
in terminis bullæ, Ioannes Petrus Surdus in conſi.
121 162. à nu.15. uſque 25. in 2. niſi † fiat pactum
expreſſum, & ſpecificum in hunc caſum, quia nõ
obſtantibus prædictorum authoritatibus; qui con
trarium ſupra firmarunt in ſupradictis concluſio-
nib. in regno habem' verba bullę Papæ Nicolai V.
122 confirmatæ per Papã Gregorium VIII. vbi † vi
detur permittere omnia pacta conuentiones,& pę
nas, iuramẽta, & alia, quæ ſupra retuli, & ideo ſtã
te bulla Papæ Nicolai V. ĩ regno noſtro nõ ꝓcedit
dictum Nauarri in prædicto tract. in q. 21. nu. 116
fol. 80. dum ponit in pacto obligationis in forma
cameræ in terminis bullæ Papæ Pij V. bene verũ
quòd moderari debent prædicta ſupra in caſu præ
dicti pacti firmata intelligendo pro vt ſupra firma
ui, quòd nunquam ſit licitum emptori petere ſor-
tem, ſed cogere venditorem ad exponendã ſum
mam pecuniarium, etiam ad ſortem aſcendentẽ,
vel pro maiori, ſeu minori ſumma pro conuerten
do per venditorem in emptionem, vel prædiorũ,
vel redditum pro reddẽdo tutiorẽ annuum red-
ditum,& ſecuritate contractus venditionis annui
redditus,dum hoc permittit bulla ꝑ illa verba, ibi
cum opportuna contrahentium ſecuritate tutio-
123 ne, & indemnitate † item quia nec ſumma ſol-
uenda pecuniarum, nec rei emendæ poſſeſſio, &
dominium venit in poſſe emptoris, ſed ſemper
remanet in poſſe venditoris annuorum redditum
& ſic nullo iure poteſt cadere in terminis noſtris,
nec ſortis, nec alterius ſummæ loco ſortis conſe-
cutio ab emptore, ut poſſet conſiderari ſortis re-
petitio collata in volũtatem emptoris,nec ex hoc
pacto, & eius executione poteſt cadere fraus; vt
ſit adiectum in fraudem vſurarum,niſi aliunde col
ligatur fraus contrahentium.
124 Non † obſtat contraria reſolutio Martini Abaz
pilcueta doct. Nauarri, quia ipſe declarat eius di
ctum reſtringendo in caſu bullæ Pij V. non aũt de
cenſibus conſtitutis ante bullam prædictam, pro-
ut firmat ipſe Nauarrus in tract.de vſur.poſt Gloſ.
bullæ Pij V. quæſt.19. 20.nu. 115. verſi.19. quæſt.
20.quæſtione fol.80.
125 Deueniendo † igitur ad aliam difficultatem,
quæ magis vrget in terminis huius cauſæ, quòd &
ſi contractus venditionis cenſus ſit perfectus per il
la verba in ipſo contractu ſupra poſita attamen,q̃a
adeſt alia clauſula ſubſequens, ſeu pactum, quod
ſit in electione ſponſi per ſe, &c. velle ſtare dicto
cenſui, vel petere pecunias ſupra dotatas, videtur
contractus ipſe venditionis cẽſus,ſeu redditũ ſta
re in pẽdenti,& collatus ĩ voluntatẽ tm̃ emptoris,
quo caſu nõ valet,& eſt ipſo iure nullus, quod tex.
in l. in vendentis.C.de contrah.empt.& vend.
126 Sed† licèt hoc motiuum dicat in ſe habere
maximam vim: tamen ſi velles diffugere, poſſes
reſpondere: quòd prædictus tex. reſtringitur,& li
mitatur nõ procedere, quando deinde contractus
ipſe venditionis perficiatur ex traditione rei ven-
ditæ, prout limitat, & reſtringit Gargicus patro-
cinio 89.nu.7.8.q.10.vbi allegat etiam Fabium de
Monte in tract. de empt.& vend.
127 Quam reſtrictionem†, & limitationem poſſes
adaptare hoc modo in terminis noſtris: quia pre-
tium habuit venditor, ſeu ſubiugans ex retentio-
ne cathamenorum, & emptor traditione rei, ſcili-
cet incipiendo ſoluere venditori cenſum venditũ,
128 pro vt fuit alias ſolutum.Sed huic replicabis † ꝙ
ſi contractus eſt nullus, non confirmabitur, nec
curſu temporis, neque ex negligentia debitoris:
neque etiam ex ſententia in terminis ſup. in tract.
de vſur. comment. l. 2. C. de pact. inter empt. &
vendit.§.3. num. 91.maximè in fine, nec etiam ex
actu ſecundo cõfirmari potuit Menoch.conſ. 354.
num.18. & 19. in 4.
129 Secundò reſtringitur † tex. in l. in vendẽtis q̃n
contractus ſubſtantia confertur in voluntatẽ emp-
toris abſolutè: ſecus ſi ad tempus maturatæ ſolu-
tionis Cyn.in l. in vendẽtis quæ legitur ibi,in emẽ
tis in verſi. Ioãnes dicit, aut confertur ab initio.C.
de contrah.empt.vbi licèt primo.dicat hanc nõ ap
probare Gloſ.ibi ſed aliam Gloſ.tenere intelligen
tiam,tamẽ ipſe Cynus. ibidem verſi.quomodo er-
go eam approbat reprobando anted. verſicu.vm
quomodo ergo,idem tenet Alber. ibidem nu. 1. in
priuilegio verſi. aut vendo purè, ſed adijcio. atta-
men Bal. 161.nu.4.in verſi. alij dicunt, vt Ioannes
videtur reprobare opinionem prędi ctam Ioannis.
& ideo huic ſecundæ reſtrictioni reſpõderi poteſt
ex doct. eiuſdem Bal. ibidem verſi. Ioannes Gloſ.
130 ergo † ſufficit, ubi ponit differentiam quãdo cõ
fertur uenditio in arbitrium alterius contrahentis
diſtinguendo,quod aut confertur, quid aut quale
primo caſu, quòd non valet: ſecundo caſu valeat,
quia quãdo committitur qualitas rei, ſi ei talis res
placuerit, tunc iſte contractus non habet perpe-
tuam cauſam nullitatis. quia ſi non diſplicet con-
tractus, intelligitur purè celebratus. idem ſequi-
tur, & tenet Paul. de Caſtr. ibi nu.2.etiam ibi di-
cit opinionem Gloſ. idem tenet Saly. etiam repro
bando Ioãnẽ in num.ij. verſi.alij,ut Ioannes.
131 Sed † in terminis noſtris, quia opinio Ioannis
nõ eſt uera, & ab omnibus reijcitur,ideo dicendũ,
ꝙ eſt collata ſubſtantia contractus in terminis no-
ſtris in uoluntatem emptoris, & ideo venditio eſt
ipſo iure nulla,quia non eſt collata in eius volunta-
tem reſpectu qualitatis, ſeu quidditatis ideſt ip-
ſum conſenſum,quia de qualitate iam inter ip-
ſas partes erat conuentum ad octo pro cente-
nario.
132 Et † in ſimili dubio, & caſu aliàs in facto fuit
deciſum per Sanctum officium, in cauſa don An-
geli Franciſci de Paternione baronis Ragunæ ex
una, & Ioannem Thomam de Guerrerio ex al-
tera, ubi ille baro de Raguna qui executionem
cauſauerat contra dictum Thomam de Guer-
rerio ſuccubuit, quia fuit interlocutum, quod op-
poſitiones ſtent in anno xiij.indictionis.1584
133 Obiicebatur aduerſus † prædictum motiuum
quòd contractus ſit nullius efficaciæ, ex quo
collatus in perſonam vnius ex contrahentibus non
poſſet ante ſolutionem fortè admitti, ſtante bulla
& Regia pragmatica, per quam diſponitur,quòd
aduerſus excutionem debiti prædicti cenſus non
poſſit opponi exceptio nullitatis.

Sed

Sed aduerſus prædictam replicationẽ reſponde
134 tur primò, quod † nullitas licèt a ſtatuto reijcia
tur, non tñ pôt dici reiecta nullitas notoria. Curt.
Sen. conſ. 59.verſi. licèt Dec.conſ.49.in fine Plot.
in conſi.130. nu.64.Crimi.1. Tomo magno.Rol. a
Valle conſi.29.nu.37.in prin.Natta cõſ.172.nu.5.
in prin.Aret.cõſ.75.in fine Celſ.conſi.87. nu. 3. 4.
Alex.cõſ.51.Ioannes Petrus Anch.q.43.li.1.in ter
minis videtur ponere latè Bec.conſi.12.nu.55.56.
vbi plurib. authoritatibꝰ comprobat Felyn.in cap.
ex parte il 2.nu. 7. de officio deleg. & videtur fir-
135 mare Alex.conſi.225.nu.2 in 6. vbi ait † quanuis
ex forma ſtatuti non poſſit opponi: exceptio nulli
tatis, tamen ſi actus eſt euidenter nullus, vt quia
appareat iudici ex actis, iudex debet ſupplere: qa
non poteſt ſe fundare ex actu nullo, vbi allegat no
tat. in l. vbi pactum. C. de tranſact. & ita voluiſſe
Bald.in Rub. C. de indit. liber.& in l.planè in fine
de pet. hæred.& in l.ſi ſub conditione ad finem.ff.
de condit. indeb. & Antoni.de Butr.in ca.cum di
lectus de conſuetud. poſt med.in verſic. 2. oppono
eum magn. Gloſ. & eſſe de mente Bar.in l. poſt in
principio in 3.col. ff. de his, quibus fuit indignus
verſ.ad vnũ tamen aduerte, & Guliel.& alios poſt
eum in Clem.1. de ſequeſtratione poſſeſſionis, &
fructus in terminis bullæ latè ponit allegans alios
Follerius ſuper bulla in verſi. quæ quidem execu-
tio nullo falſit.nu.6.12.& Roma.in l.ſi vero.§.de vi
ro nu.61.etiam dicit, quòd ſe ipſum excludit dum
præſentat acta, ex quibus exceptio, & nullitas col-
ligitur ex eorum viſione, & inſpectione, & non ex-
cluditur per exceptionem aduerſarij.
136 Et ideo † notoria, & euidens, quæ conſtat ex eiſ
demmet actis nullitas non obſtante ſtatuto dene-
gante exceptionẽ nullitatis admittitur, cum cõſtat
ex inſpectione actorũ Rol.à Valle cõſ.29.nu.43.in
prin.Ruyn.conſ.62.nu.30.in 5.cõſ.144.nu.5.in 4.
& conſ.87.nu.4.in 5.& cõſ.31.nu.6.in 5.Deci.cõſ.
8.nu.7.Celſus cõſ.48.nu.8.Bal.conſi.119.nu.3. in
2.Curt. Iun.in l.vbi pactũ nu.83.C.de tranſact.vbi
137 ponit † etiam in caſu, quo eſſet pactũ de nõ op-
ponendo nullitatẽ cum iuramento, & pœna, quia
eo pacto iuramento, & pœna nõ obſtante iudex de
bet agentem nulliter, & ſine actione repellere, ſi
nullitas conſtat ex actis: late prædictã concluſionẽ
ponit Roma.cõſ.42.vbi per totum ex plurib.com-
probat, & nõ pôt allegari doctor alius, qui latius
hunc punctũ comprobet, & firmet, & Mandoſius,
Additio ad eundem Roma.multas quotas allegãt,
quem Roma. allegat Petrus de Gregorio in termi
veritatem ex parte rei, ſed apparentiam ex parte
ſcripturæ,ideo vult quòd ex apparentia conceda-
tur executio, vt videtur innuere noſter ritus c. 119
& eodem modo declarabitur dictum Roma.in cõ-
ſil.211.num.5.
Secundò contra prędictam opinionem eſt doct.
Alexandri in conſilio 188.nume.1.2.in 2.vbi con-
cludit, quod licèt inſtrumentum ſit liquidum, vt
42 †poſſit exequi contra principalem debitorem,ta-
men contra non nominatum in contractu:quòd ſit
talis, ut contra eum inſtrumentum exequi debeat
debet liquidari, antequam contra eum fiat execu-
tio,allegat etiam Innoc.in c. quia 5. in fine de iud.
& etiam eum ſequitur, ibi Antonius de Butrio in
ſingulari ſucceſſore,ſequitur Soccin. in dicto conſ.
96.nu.12. in 4. licet in caſu ſuo teneat contrarium
propter ſtatuti verba, quia ſtatutum ibi diſpone-
bat,quòd prius deberet fieri captura, & poſt cap-
turam perrigeretur petitio,in qua exprimatur res,
cauſa,& quantitas,pro qua eſt captus & produca-
tur inſtrumentum probationis, & ſic diſpoſitio il-
lius ſtatuti,de quo in caſu Socc. permittit liquida-
tionem ſententiæ poſt capturam,161,num.8. verſi.
43 1.quia & iſtam ſecundam†opinionem videtur te-
nere ſuper ritu c. 103. Letus doctor antiquus, vbi
allegat.Soccin.Alex.& Roma. in locis præallegatis
tenet etiam Ruynus conſil. 152. num.3. verſicu. 2
non dicitur in 4.vbi loquitur in hærede,& ſingula-
ri ſucceſſore,faciunt notata per Antonium Lanceã
ſuper ritu.c.103.dum dicit,quòd præcedere debet
probatio(quando contra hæredem agitur) mortis
& ſucceſſionis ante executionem ipſam.Et opinio-
nem Ioannis Aloyſij de ſeptimo,& Mont'alti in di
cto capit.103.præallegatam dico non eſſe contra-
riam dum dicunt oppoſitiones non poſſe reijci,
quia fortè mouentur(licèt non exprimãt)quia an-
te executionem fundatam exceptiones legitimæ
ſunt,& ideo reijci non debent,licèt verificatio, &
liquidatio actionis pro ſit pro cauſa oppoſitoria tã-
tum,forte ſecundum eos non pro reiectione oppo-
ſitionum ex pacto reiectiuo,ſi pars non confitetur
id, quod pars debebat probare modo, & forma,
prout infra dicam.

Prædi-

Prædicta proxima 2. opinio coadiuuatur, quia
44 in hac verificatione, & liquidatione, † quòd con-
uentus ſit talis, vt contra enm poſſit exequi inſtru-
mentum, licèt in eo non ſit nominatus, debet pars
citari, etiam quòd tractatum dicat, quod inſtru-
mentum poſſit executioni mandari parte incitata
prout dictat ritus noſter, quia ſtatutū intelligitur
contra principalem & nominatum, ſecundum Ru-
yn. conſil. 152. num. 3. verſicul. 2. non dicitur, & cō
ſil. 102. num. 4. 5. 6. in 5. conſil. 88. n. 1. 10. vbi etiam
allegat Angel. in l. oratione. §. 1. de ferijs & in leg.
4. §. ſi ex conuentione. & in leg. ex contractu. ff. de
re iud. & in repet. leg. 1. C. de ind. & in leg. credito
res in fine. C. de pigno. Bal. in repet. l. tale pactum.
§. qui prouocauit. 10. quæſtione de pact. Imola. in l.
in tra. ff. de re iud. Paul. Alex. & alios in leg. poſtu-
lante. ff. ad Trebell. Gramat. ciuili conſil. 49. num.
8. 9. 10. 11. Natta. conſil. 430. num. 10. 25. 26. & in
terminis, quando ſit executio contra tertium detē-
torem, idem firmat Rebuff. in tract. de litter. oblig.
act. 8. Glo. 4. nume. 3. Ioannes Baptiſta Aſinius in
tract. de execu. in 1. parte c. 29 num. 12. & in termi
nis bullæ firmat Franciſcus Prouinzal. antiquus do
ctor ſuper bulla in verbo detentio, allegat Felyn. in
c. quia num. 4. de iud. & quædam apoſtilla ſupe bul
la ſuper verbo quandiu.

45. Sed prædicta † licèt vigeant in terminis Iuris cō
munis, tamen in regno inoleuit practica, vt non ci-
tetur hæres, quando contra enm ſit executio, antè
executionem, ſed contra cum ſit executio, parte in
citata ita Boniornus ſuper ritu c. 103. ibi in tex. pro
bata morte, vbi vocat vſum, ſeu abuſum, quod etiā
quando agitur contra tertium ſeruatur hodie in re
gno, hoc firmat etiam Foller. ſuper bulla in verſicu.
tanquam res iudicatā nulla prouoc. num. 39. 40. In
triglolus quæſt. 14. qui ponunt, in bulla quod ter-
tius quando conuenitur, non debet citari, ſed tan-
tum debet conſtare de detentione per viam Infor-
mationis, ſine partis citatione.

In hoc puncto non inclinauit Magna Regia Cu-
ria neque in primam, neque in ſecundam opinio-
nem, poſtquam ex parte iſtius de Regnone conuen
ti fuit articulatū in oppoſitionibus quòd ipſe deti-
nebat, & poſſidebat tanquam pater, & legitimus
adminiſtrator, & contractus locabat, & diſlocabat
etiam accedendo ad locum non ibat iure familiari
tatis, quod etiam coadiuuabat ex multis inſtrumē-
tis, & actis, quo caſu abſque aliqua probatione ex
parte actricis probatum eſſe viſum fuit magnæ re
giæ curiæ de detentione, & poſſeſſione non Iure fa-
miliaritatis, ſed verius tanquam pater, & legiti-
mus adminiſtrator, tum per doct. Paul. de Caſtr. &
aliorum in leg. ſiue poſſidentis. C. de probat. tum
etiam ex limitatione ; quam ponunt ad regulam
doct. Alex. & aliorum in leg. decem num. 25. 26. ff.
de uerborum oblig. & Ioannes de Amic. in conſil.
46 49. num. 6. † quia regula eſt, quod excipiendo reus
non videtur confiteri intentionem aduerſarij cùm
exceptio opponatur ad excludendum ius actoris,
ideo non debet producere, effectum contrarium,
prout magis communem dicit Alex. in dicta l. de-
cem num. 24. 25. Natta. coſil. 134. num. 8. in 1. Co-
uarr. var. reſolut. lib. 1. c. n. 2. verſic. eodem iure Pe-
damont. deciſ. 176. num. 9.

47 Quia † limitauit prædictam communem conclu-
ſionem non procedere, quando non negat ſimplici
ter, ſed conditionaliter ponendo ſecundum Alex.
in dicta leg. decem nu. 25. 26. & Ioannē de Amicis
dicto conſi. 49. nu. 6. præallegati, & ideo fuit opus
ingredi alium punctum, & motiuum de Iure fami-
liaritatis.

In quo motiuo dicebatur ex parte iſtius donnæ
Antoninæ actricis reſpondendo obiectis contrarię
partis ſupra poſitis circa poſſeſſionem & detentio
nem iure familiaritatis, quod ea oppoſitione, ſeu
exceptione non obſtante procedere deberet con-
tra eum de Rignone, executio etiam quòd præten
dat poſſidere iure familiaritatis 1. ex doct. Soccin.
48 in conſil. 113. in 4. vbi † concludit, quòd ſtante ſta-
tuto, quòd qui detinet, teneatur ad debita, compre
henditur etiam iſte qui detinet iure familiaritatis
quod ex tribus fortificat. 1. quia ſufficit quòd deti
neat nec creditor ad ſe exonerandum poteſt hoc
allegare maximè, quando in ingreſſu poſſeſſionis,
ſeu detentionis hoc non expreſſit & etiam quando
49 percepit fructus, ibi num. 4. † ſecundò quia ſaltem
verba ſtatuti in eo verificātur, quia ſufficit ſola de-
tentio, ut verificetur verbum detinuerit. ibi n. 5. 3
50 † quia ad euitandum fraudes nequis ſtaret in poſ-
ſeſſione, & potiretur rebus, & oneribus non ſatisfa
ceret ibi, in fine pro ut in caſu noſtro, hoc contin-
git, quia iſte de Rignone, qui percipit fructus ap-
plicans ad ſui commoditatem, & vſum non vult
ſoluere creditoribus.

Sed prædicto conſilio Soccin. 113. reſponderi
51 poſſet non procedere in caſu †, quo ille, qui poſſi-
det, vel iure familiaritatis detinet nullam commo-
ditatem habet, nec vtilitatem propriam, & pro-
prio nomine, ſed nomine alterius, & alterius ſunt
fructus commoditates, & vſus, quia tune non pro-
cedit eius Soccin. dictum in dicto conſil. 113. ſed
procedunt præallegata infra pro contraria parte,
52 quia eſſet abſurdum † quod cuſtos & prædicti fa-
muli, & alij laboratores procuratores, & operarij
amici, & familiares tenerentur ad debita ſuper re
ipſa impoſita à qua nullum proprium commodum
neque vtilitatem habent: ſed Saccanus antiquus
doctor ſuper bulla ſuper verbo ibi, quandiu deten
tio dubitando dicit, an habeat locum ſuper bonis
quæ poſſidens iure familiaritatis: videtur quòd ſic
53 †, quia tales dicuntur detinere, vt dicunt doct. in l.
qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſeſſione. Soc
cin. conſi. 61. num. 7. col. 4. & conſi. 131. in 1. & de
hoc vidi aliàs dubitari, ſed cogita. ſub eiſdem ver-
bis, ponitur hæc apoſtilla ſub Ludouico Mons
alto.

Ideo pro declaratione pręſentis dubij, in quo
pendet deciſio præſentis cauſæ, in pręſenti mate-
ria contractus bullaris pondero verba regiæ prag
maticæ, & præſertim in illo verſiculo ſingularium
54 detentorum, verbum † detentorum ſecundū doct.
Ripæ in Rub. extra de cauſa poſſ. & propriet. n. 26.
in verſicu. detentio, detentatio eſt nuda facti inſi-
ſtentia in re corporali cuſtodiæ, & conſeruationis
gratia factæ: deinde ait quòd large tamē animo tā
tum inſiſtens, & ſic ciuiliter poſſidens dicitur deti
nere ſecundum Gln. in l. 3. §. ex contrario. ff. de ac-
quir. poſſeſſione, & ſecundum Imol. ita ſe habet cō
munis

55 munis vſus loquendi † inferens, quod ſtatutum ſta
tuens de detinente haberet locum in poſſidente
ciuiliter, quia ſtatuta recipiunt interpretationem
à communi vſu loquendi.l.habeo.ff.de ſupple.leg.
& ſequuntur Alexand.ibi, & Iuniores, & gloſ. in c.
cauſam quæ. & ibi Fely. in colum.4. in fin.de prę-
ſcriptionibus.

Et ſic noſtrates in annotationibus ſuper bulla,
56 optimo iure concludunt verbum pragmaticæ †
detentorum intelligi etiam de poſſeſſore ciuiliter,
prout tenet etiam Boniornus ſuper bulla in tex.
detentorum.verſiculo, & quod procedat, & verſi-
culo, de contrarietate Pauli, Franciſcus Prouenza
lis ſuper bulla in verſiculo, an habeat locum, in pri
ma columna, vbi allegat Felyn. in dicto cap. cau-
ſam. Alex. in dicto §. ex contrario. & Paul.de Ca-
ſtro in dicta l. qui iure eſt. Prouenzalis ibidem in
verbo, detentorum. in fine. vbi allegat Rip. in di-
cta rubr. num. 26. & Grat. conſilio 37. numero 7.
in ſecundo.

Et idem elicitur etiam ex doctrina dicti Petri
de Gregorio in tractatu ſuper bulla quæſtione ſex
ta, poſt verſiculum, pręterea confirmatur. ibi quin
immo dico, vbi ait, quod dicta pragmatica Regia
voluit iſtos quoſcumque ſingulares detentores re-
rum iurium, vel bonorum ſubiugatorum, contra
57 quos † licet ex orma ritus via executiua proce-
di non poſſit, niſi prius facta diſcuſſione. ita Bar.in
l.nomen.in 2.colum.C.quæ res pigno. oblig. poſ-
ſit. & ſic dicta pragmatica in hoc non eſt confor-
mis iuri communi, quatenus vult procedi via exe-
cutiua contra tales ſingulares detentores, tanquã
contra nomina debitorum poſſidentium bona ſpe
cialiter ſubiugata, & licet præmiſſa in puncto iuris
non poſſint procedere iuribus, & rationibus alle-
gatis ſupra: tamen quia hæc edictalis lex, & prag-
matica condita fuit in fauorem emptorum dicto-
rum iurium cenſualium, vt via executiua non ſolũ
contra eos, qui originaliter dicta iura vendiderũt,
eorumque hæredes, & fideiuſſores, ſed etiam con-
tra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium
detentorum, habentium ſolum nudam detentio-
58 nem, ſed etiam quoſcunque † poſſeſſores ciuili-
ter, & naturaliter poſſidentes, & ſingulares ſucceſ
ſores, & emptores bonorum ſpecialiter ſubiugato
rum per illud verbum, quorumcunque. quod eſt
ſignum vniuerſale diſtributiuum, & eſt verbum ge
minatum apprehendens quoſcunque ſingulares
detentores, & poſſeſſores rerum ſpecialiter ſubiu
gatarum; quia verbum, detentorum. comprehen-
dit non ſolum detentores, ſed etiam quoſcumque
poſſeſſores, vt voluit gloſ.& Panor. in cap.cauſam.
59 de præſcript. † quia is qui detinet in dubio, præſu
mitur poſſidere, vt voluit Bald.in l.2.11.quæſt. C.
de ſeruit. & aqua. & ita hodie vſu receptum eſt in
magna Regia curia, vt ſub iſtis verbis quorumcun
que ſingularium detentorum libere valeat execu-
tio procedere, non ſolum contra quoslibet ſingu-
lares poſſeſſores tam ciuiliter, quàm naturaliter
60 poſſidentes corpus ſpecialiter ſubiugatum † ra-
tione vſusfructus, & naturalis poſſeſſionis, quam
habet in illo, ſiue tales ſingulares detentores, &
poſſeſſores habeant ius, & cauſam à principali cõ-
trahente, qui originaliter iura cenſualia vendidit,
ſiue non. Hæc ſunt verba Petri de Gregorio in prę
dicto loco. adde prædictæ doct. Petri de Grego-
rio eam, quam in terminis ponit materiam Caſſe-
neus in titulo de cenſibus, rubrica vndecima, in
textu ibi contra Letenementum num.1.2.3.4.5.6.
ſequitur Nicolaus Intriglolus quæſtione 5. à num.
28. vſque ad num.36.

Igitur ex ſupradictis elicies, quod verbum de-
61 tentorum † non debes intelligere de mera, & ſim-
plici detentione nuda, quæ detentori non ſit fru-
ctuoſa, & vtilis ad proprium commodum, cum Re
gia pragmatica obliget & eorum perſonas, & bo-
62 na: quia pragmatica videtur habuiſſe intentum †
quòd ex quo hic cenſus non poteſt imponi, niſi ſu-
per re, ex quibus tot fructus percipiantur, quot ſuf
ficiat ad annualem cenſuum ſatisfactionem, aliàs
contractus eſſet vſurarius, vt tradit Petrus de Gre-
gorio in tractatu bullæ quæſtione quinta, verſicu-
lo, tertiò requiritur. & verſiculo, ex quibus infero.
dum ait, quòd hæc venditio iurium cenſualium ad
63 hoc vt valeat fieri debeat † ſuper rebus, ex qui-
bus fructus, ſeu redditus quolibet anno perpetuo
renaſcantur, aliàs ſi cenſualia iura prædicta impo
nerentur ſuper rebus, de quibus fructus, aut reddi
tus non renaſcerentur, illa venditio non poſſet va-
lere, quia non entis nullæ ſunt qualitates.l. eius qui
in prouincia. ff.ſi certum petatur.& ſi non eſt dare
iura cenſualia, quæ ſuper iſtis fructibus renaſcen-
dis imponitur, & ſi talia iura cenſualia non ex fru-
ctibus, ſeu redditibus, ſed ex pretio, ſeu valore
corporis rei ſubiugatæ deducerentur, ipſum cor-
pus ſubiugatum ſucceſſiue paulatim multiplicatis
ſolutionibus plurium annorum ad nihilum redu-
cerent, ita quod conſumpta re, ſuper qua talis ven
ditio facta fuiſſet, non eſſet cautum emptori taliũ
iurium cenſualium perpetuo durante vita, con-
tractus ſubiugatorij, quando quidem ſit in pote-
ſtate venditoris, & non emptoris illa redimere,
quandocunque, prout ex forma bullæ prædictæ.
64 & ſic infertur, quòd ſuper bonis mobilibus, ex
quibus non renaſcuntur fructus, talis venditio,
ſeu ſubiugatio imponi non poteſt, licet omnia, &
ſingula bona mobilia obligari poſſint, vt dicitur,
in eadem Apoſtolica bulla: Et ex hoc etiam infer-
ri poteſt etiam ad ius luendi impoſitum, ſuper feu
do, & alia re alodiali: & quia ex eo fructus non
renaſcuntur, ſubiugatio imponi non poſſet. Hæc
ſunt per Petrum de Gregorio ibi firmata.

Hoc etiam ſentit Iacobus Chircus ſuper bulla,
in verbo, omni obſtaculo, verſiculo, & nota vnum.
65 vbi ait, quod † quando ſubiugatio eſt impoſita
ſuper re minoris redditus, non valet neque te-
net, aliàs eſſet vſura, vt per dictum Ioannem de
Ligna. & alios Canoniſtas in cap. in ciuitate. de
vſuris. & dicit ita referre & ſequi, eius ſororium
in quodam ſuo conſilio incipiente, dubitatur, an
tertius poſſeſſor in finalibus verbis.

66 Sed prædicta † doctrina intelligitur, quod ſit
res ſubiugata tanti fructus, tempore impoſitio-
nis: ſecus ſi fuit ex poſtfacto res ſubiugata infru-
ctuoſa, vel ſterilis in parte, ex qua tot fructus
ſufficientes ad cenſus impoſiti ſatisfactionem per
cipi non poſſent: quia contractus erit eo caſu fir-
mus, & ualidus, & ſatisfactio fiet ſuper aliis bo-

nis debitoris. Ioannes Petrus Surdus in conſilio
182. a numero 15. vſque 25. in ſecundo. vbi po-
nit in terminis bullæ, vide aliqua per Rodoan. in
tract. de rebus eccleſiæ non alienand. in rubr. de
conſt. annui cenſus. a nu. 34. vſque ad nu. 55. Fran-
ciſcus Pancaldus doctor Regni antiquus ſuper bul-
67 la ait, quòd † ſi prædia, ſuper quibus conſtituan-
tur annui redditus ſubiugationis non ſufficiunt eo
rum fructus ad ſubiugationem inſtitutam, an te-
neatur de nouo ſubiugare, videtur, quòd nõ, quia
contractus eſt emptionis reddituum formatus tem
pore contractus: ergo periculum tranſit in empto-
rem. l. neceſſario. ff. de peri. & commod. rei vend.
in contrarium eſt tex. in l. Lucius. ff. de aliment. &
ciba. leg. & not. Guid. Pupa finali deciſione octa-
ua. Sed in contrarium eſt hic tex. vbi vult cenſua-
lia conſtitui ſuper rebus, ſed in dictis locis con-
tractus conſtitutus ſuper obligatione perſonali, &
per hoc eſt gloſ. in dicta l. Lucius. in fine. vbi aliud
eſt dicere percipiatur: cogita, quia hic obligatio
eſt etiam perſonalis, & contra perſonam fit. Hæc
ſunt dicta Pancaldi, & de prædictis etiam latius
dixi in alia deciſione ſecunda, incipiente, in cauſa
executionis cauſatæ.

Igitur ex ſupradictis concluſionibus conſidero,
68 quòd opinio noſtratium † in Regno dum obſer-
uant, quòd ex debito contractus cenſualis iuxta
formam bullæ non poſſit agi pro cenſibus annua-
libus contra detentores, & poſſeſſores iure fami-
liaritatis, poteſt corroborari; quia fructus, qui per-
cipiuntur ab illo tali detentore non ſunt proprij,
nec ad ſui voluntatem diſponere, & diſtribuere
poteſt: ratione quorum fructuum, & pro quibus
impoſitio eſt facta, & ſubiugatio ſubſiſtit, & ſub-
ſtinetur per ſupradicta firmata per Petrum de Gre
gorio, & alios ſupra allegatos. & etiam not. per
Bar. in l. & habet. §. hoſpites. ff. precario. & ſic idem
69 dicere poſſes † in cuſtode, procuratore, tutore,
maſſario, & laboratoribus: quod ſecus eſt in alijs
detinentibus, qui iure proprio percipiunt fructus,
qui licet non poſſideant, neque ciuiliter, neque na-
turaliter, ſed tantum detineant, vt colonus, & cõ-
ductor, & pater, qui bona filii adminiſtrat, ha-
bens vſumfructum, vel commoditatem, in marito
reſpectu bonorum paraſernalium, quæ ſunt in ad-
miniſtratione viri, ex quo habent poteſtatem ap-
plicandi fructus ad propriam vtilitatem in caſibus
notatis per Antonium Teſſaurum deciſ. 187. vbi
late diſcutit, quando maritus poſſit applicare ad
propriam vtilitatem ex permiſſu vxoris, & quan-
do diſſoluto matrimonio teneatur de eis rationẽ
reddere, & ſatisfacere in caſibus de iure permiſ-
ſis: quia cum hi percipiant fructus, & ſubiugatio
eſt onus fructuum, qui debentur pro interuſuriis
conueniri poſſunt, vti detentores, & de iſtis de-
tentoribus, qui habent ius fructus percipiendi pro
ſe ipſis, licet non poſſideant, intellexit pragmati-
ca, non excludendo tamen principales dominos,
quatenus ex illo prædio fructus alio modo perci-
piunt ſcilicet penſionem, mercedem, ſiue loeria,
vel alio modo. & hoc iure vtimur in Regno, quo-
ad principales dominos, & etiam quoad poſſeſ-
ſores ciuiliter, vel naturaliter, & emphiteotam,
vſufructuarium, colonum, ſiue inquilinum, &
alios.

70 Ad caſum præſentis cauſæ dicebatur, † quòd pa
ter detinendo, & poſſidendo tanquam pater, & le
gitimus adminiſtrator non dicitur poſſidere iure
familiaritatis, ſed bene vti pater, & legitimus ad-
miniſtrator, vt etiam ipſe aſſerit. & ſic de iure pro
prio reſpectu vſusfructus, in quibus eſt legitimus
adminiſtrator: quia quæritur ei vſusfructus. Doct.
poſt gloſ. in authen. excipitur. C. de bonis quæ li-
ber. Pariſ. conſil. 157. in quarto. Burſatus conſil.
133. in ſecundo. cum aliis multis per eos allega-
tis, & infra dicam.

71 Et ſi dicatur non procedere † prædicta in bonis
a patre proueutis, ſed tantum in bonis aduenti-
tiis, per text. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.
& ibi quoad profectitia, non dicitur ius antiquum
immutatum.

72 Attamen primo dico, quòd ex bonis † donatis
a patre filio, quando vera eſſet opinio, quòd non
quæratur patri, neque proprietas, neque uſusfru-
ctus, ſecundum aliquos, tamen ſecundum aliam
communem opinionem de iure, ubi non quæritur
patri uſusfructus in illis bonis patri quæritur ius
commoditatis. Iaſ. in l. cum filiofamilias. nu. 157.
73 ff. de leg. primo, ubi † dicit, quod in omnibus caſi-
bus, in quibus non quæritur uſusfructus patri, qui
ſunt enumerati in gloſ. in authen. idem eſt. C. de
bonis quæ libe. competit patri commoditas, & in-
ter caſus gloſſæ prædictæ eſt quando pater donat,
uel renunciat uſumfructum filio. Caualc. in tracta.
de uſufruct. mulier. num. 181. extendit etiam ad
omnia bona filii caſtrenſia, uel quaſi, & etiam do-
nata a Principe, quòd quæratur commoditas fru-
ctuum illius, licet non quæratur uſusfructus. Vin-
centius de Franchis deciſione 10. nume. 8. uerſic.
præterea dicebatur. & num. 9. & 10. in prima par-
te. Burſatus conſil. 133. nume. 36. 37. 38. & 39. in
ſecundo. Ioannes Petrus Surdus conſil. 116. nu. 13.
74 & hæc † commoditas differt ab uſufructu: nam
eſt fructus fructuum illius uſusfructus, uerbi gra-
tia, habeo uſumfructum mihi relictum, uel bona
caſtrenſia, uel quaſi, & ſum in poteſtate patris, pa
ter meus ratione patriæ poteſtatis poterit auocare
illum uſumfructum, & recipere quolibet anno fru
ctus illorum bonorum datorum ad uſufructuan-
dum, ſed tenebitur tenere bonum computum de
illis fructibus perceptis, quia ſolum commoditatẽ
utendi fruendi fructibus habebit, & poſt ſolutio-
nem patriæ poteſtatis, erit ipſe, aut eius hæres ob-
ligatus reſtituere omnes fructus perceptos, ſeu ue
rius illorum æſtimationem a die perceptionis, uel
conſumptionis. Et iſta dicetur commoditas, & nõ
uſusfructus, prout firmat Caualc. in dicto tractatu
ibi nume. 182. ubi allegat etiam Paul. de Caſtr. in
conſil. 455. ſub num. 7. in ſecundo. Iaſ. in l. cum fi-
lio. ſub num. 158. ff. de leg. primo. ibi licet fructus
interim percepti ſint reſtituendi filio, cum erit ſui
iuris. Rationem allegat Caualc. ibidem num. 184.
75 † quare commoditatem habere debet pater pro-
pter patriam poteſtatem, eſt, quia illi fructus, qui
naſcuntur ex bonis caſtrenſibus, uel quaſi, uel ex
illo uſufructu relicto, non dicuntur amplius bona
caſtrenſia, uel quaſi, licet ex illis naſcant, ſed bona
aduentitia filii, ſicut fructus, qui naſcuntur ex bo-

nis eccleſiaſticis emphiteuticis, & feudalibus, vt
per Baldum in conſil.33.in primo.Roland.à Valle
conſil.71.num.64.verſic.nam fructus. in ſecundo,
allegati per eum. ita dicit eſſe in bonis aduenti-
76 tijs, † in quibus patri non quæritur vſusfructus ex
prohibitione legis, vel hominis; nam illi fructus
non habent amplius prohibitionem, & mutant no
men, & conditionem, adeo ſufficit, quoad bona ad
uentitia, vt proprietas remaneat penes filium in
poteſtate, & fructus illorum fructuum, aut commo
ditatem fructuum lucretur pater: & ſic ſi filius ha
bebit bona Caſtrenſia vel quaſi, & poſtea fructus
illorum bonorum, vti proprietatem aduentitiam,
& in bonis aduentitijs, in quibus pater non habet
vſumfructum, habebit filius dicta bona, poſtea fru-
ctus; ſed illos fructus poterit percipere pater, aut
illorum habere commoditatem, dummodo reuer-
tantur poſtea ad filium: & ſic ſemper erit ſalua ſub
ſtantia illorum fructuum: & ita oportet intellige-
re commoditatem, allegando Paul. de Caſtr. in di-
cto conſil.455.nu.7. in ſecundo. & ita intelligitur
Burſatus conſil.133.num.32.in ſecundo.ex aduer
ſo allegatus. bene verum ſecundum eundem Ca-
77 ualc.ibidem num.185.dici poteſt, quod ſi pater †
permitteret filium percipere fructus, quoad perce
ptos nihil poteſt prætendere, quia de voluntate
eius patris percepiſſe erit dicendum, non per hoc
ſibi pater dicetur præiudicaſſe quoad futuros fru-
ctus. Pariſ.conſil.130.nũ.16. & ſeq.in primo. etiã
per text. in l. cum oportet. §.ſin autẽ. vbi Paul. de
Caſt.C.de bonis quæ libe.l.ſi cum dotem.§.tranſ-
grediamur. vbi Bart. & Doct.ff.ſoluto matrimon
Petrus Duenas de reg.iur.reg.233.num.3.& quan
do dicatur remittere pater uſumfructum filio late
hanc materiã, uide per Menoch. conſ.282.à n.31.
uerſic. undecimo dato. uſque num. 36. in tertio,
Ceph. conſil.687.num.25.26.& ſeq.in quinto. ſe-
quitur Ceph.687. nu.27. in quinto. Petrus Surdus
in conſil.259.num.16.in ſecundo.

78 Secundo principaliter dicitur, quod licet † hoc
donatum à patre filio regulariter ſit profectitium,
& quæreretur patri, quoad proprietatem, & quo-
ad uſumfructum, & ob id, ut communiter Docto-
res, donatio à patre filio non ualeret: quia in profe
ctitijs, ex quo eſſet actus fruſtratorius, propter re-
fluxum dominii; nam acquirerentur filio, & inde
propter patriam poteſtatem reuerteretur in conti
nenti ad patrem, adeo ut nec momento remaneret
penes filium. l.placet.ff. de acquir. hæred. Docto.
communiter in l. frater à fratre. ubi Cagnol. num.
301.303.304.& ſeq.

79 Attamen prædicta regula limitatur † pluribus
modis, & plures alias etiam limitationes ad regu-
lam de donatione facta à patre filio, uel quaſi per
Petrum Nicolaum Moccium in tract. de contract.
titulo de donatione num.13.uerſic.fallit.ubi ponit
quinque fallentias, & inde alios caſus à num. 16.
uſque ad num.21.Cagnol.in dicta l. frater à fratre.
a num.308. uſque ad num.341. & etiam limitat in
filio clerico. Surdus conſil.159.in ſecundo. & una
inter alias eſt limitatio, quam ponit Cagnol. poſt
alios in dicta l.frater a fratre. nu.319. in caſu, quo
donatio fit filio benemerito: quia tunc ualet ea ra-
tione, quia facta cenſetur, uti extraneo propter be
nemerita propter quæ pater ad idem teneretur ex
traneo.ibi Cagnol.310.Ioan.Crotus ibi n.75. eam
tenet Petrus Niculaus Moccius in dicto n.13.verſ.
vltra quatuor caſus. Decian. conſilio 27. numero
30.in tertio.

80 Et iſto caſu, † quando donantur filio, ob merita
per patrem, dicunt Doctores, quod valet donatio,
tanquam illud eſſet aduentitium, prout firmat ex
multis Alex.de Neuo in c.donatio. nu.20. de don.
inter vir.& vxo.poſt Bar.in l.ſi quis pro eo.§.1.nu.
3.verſic.nam pater.ff.de fideiuſſor.vbi ait, quod ſi
81 † pater donaret filio ob merita filii, digna illa re-
muneratione, etiam ſi cuilibet extraneo hoc feciſ-
ſet, tunc dicitur quæri ex cauſa aduentitia ex ope-
ribus ſuis, ibiq. Imo.& Vitalis Nemoſenſ.tract.de
collationibus.quæſtione 1.nu.2.in 7.volum. tract.
And.Gail.lib.2.pract.obſeru.obſer.38.num.5.

82 Quo caſu licet † Doctores communiter conclu-
dant de meritis conſtare debere, & probari debe-
re, tamen Iaſ. limitat primo non requirere quando
aſſertio meritorum in donatione facta per patrem
eſſet iurata. Iaſ.in dicta l.frater a fratre. num. ....
ſequitur ibi Cagnol.num.327.late concludit Ioan.
Gutterius de contractibus iuratis.c.5.a nu.20.vſq.
24.vbi poſt relatas opiniones contrarium tenentiũ
hanc firmat in his terminis limitans contrariã opi
nionem, quam licet dicat cõem, non procedere in
iſtis terminis, quando pater donat filio propter be
83 nemerita, & mouetur illa ratione: quia † licet re-
gulariter donatio inter patrem, & filiũ nõ valeat,
tamen iurata valet; & ſic propter benemerita va-
lebit abſque probatione meritorũ, per Rol.a Vall.
conſil.98.nu.54.in primo. vbi dicit cõem Ioannes
Crotus in l.frater a fratre. nu.78.79. hanc opinio-
nem ſequitur etiam abſque iuramẽto, licet teneat
contrarium Petrus Nicolaus Moccius in tract. de
contractibus. C.de donat. nume. 24. verſic. quod
procedit.

84 Secundò limitatio prædicta fortius procedit †
quoad patrem, qui non poteſt contrauenire eius
confeſſioni, maxime ſtante iuramento, poſt Salyc.
& Deci. tenet Cagnolus in dicta l. frater a fratre.
num.329.

85 Quod ſecus eſſet, † ſi eſſet facta ſine meritis,
vel ſimpliciter: quia eſſet peculium profectitiũ. ita
diſtinguit And.Gail.lib.2. pract.obſeru.obſer.38.
nu.2.Vincentius de Anna alleg.142.nu.5.6. & al-
leg.73.num.9.& iſto caſu non valeret, & ita intel-
ligitur quod ponit Ioannes Baptiſta Aſinius in ſuo
tractatu de executionibus in §.8.cap.55.colum.2.
uerſic.hæc tamen magis communis, dum commu-
nem limitationem regulæ prædictæ, quam firmãt
Doctores eſſe, quando pater donando filio in po-
teſtate etiam cum iuramento, quod ualeat dona-
86 tio, prout infra dicam. ſublimitat † non procede-
re, quando donat filio, ut filio, non ut extraneo:
quia eo modo incapax merito, iuramento capax
non efficitur: quia tunc ſibi ipſi donare uidetur;
quo fit, ut iuramentum fruſtratorium reddatur,
& inutile, pene ſuper impoſſibile ſit præſtitum,
quo fit, ut obligatorium non ſit: & dicit ibidem
Aſinius, quòd pater donando filio uidetur ſibi
ipſi donare: quia profectitia, in quibus hodie
non eſt iuramentum. §.primo.Inſtit.per quas per-

ſonas nob. acquir. & vt olim; ita hodie ſine patris: l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. idem videtur ſentire Ioannes Vincentius de Anna, allegatione 73. num. 6.

Item † alia eſt limitatio communiter à Doctor.
87 approbata ſcilicet, quod donatio quando eſt facta à patre filio cum iuramento, tunc valet, prout communiter Doctores firmant in l. frater à fratre. ibi Cagnol. num. 339. & 340.

Late Ioannes Baptiſta Aſinius, qui infinitos allegat dicens magis communem in tracta. de executionibus, quæſtione 35. Andre. Gail. in lib. 2. practicarum obſeru. obſer. 38. per totam magis communem. Ioſeph Ludouic. Peruſ. deciſione 71. nu. 19. par. 2. Corſet. in tract. de iuramen. titu. priuileg. iuramen. num. 44. in 5. vol. tract. Menoch. de præſumpt. parte prima, lib. . . . . . præſumpt. 29. n. 114. Petrus Nicolaus Moccius in ſuo tract. de contra. tit. de donat. num. 20. Ioannes Gutterius in tracta. de contractibus iuratis. cap. 4. vbi ponit latè communem dicit Decian. conſil. 27. nu. 30. in 3.

88 Sed in hoc † eſt differentia inter Doctores, an præmoriēte filio donatio reuocetur in præiudiciū creditorum, vel eis bonis ſuccedat pater, vti hæres: nam quod non reuocetur propter iuramentū, tenet Crauett. conſil. 15. num. 6. conſ. 202. Gabriel. conſil. 66. in primo. Burſatus conſil. 183. num. 3. in 2. vbi dicit magis communem contra Menoch. Rolan. à Vall. conſil. 77. in primo in fauorem Crauettæ opinionis, dicit iudicaſſe conſilium Neapolitanum Vincentius de Franchis in deciſione 59. licet contrarium quod reuocetur præmoriente filio donatario, etiam quod adſit iuramentum firmet contra Crauett. Menoch. conſil. 84. in primo.

89 Sed in terminis noſtris inuenio hunc † punctū: quod in rebus donatis à patre filio non acquiratur patri vſusfructus firmare Ioannem Vincentium de Anna in alleg. 73. num. 3. 4. vbi firmat acquiri rem ipſam donatam filio pleno iure, ex gloſ. magn. in l. frater à fratre. in fin. ff. de conditio. indeb. & Caccialup. ibi num. 76. 91. & Iaſ. num. 44. col. fin. Crauett. conſil. 543. num. 2. conſil. 555. num. 3. Ioannes Petrus Surdus conſil. 259. num. 15. Iaſ. in l. 2. §. quod in patris. in gloſ. ſuis. num. 30. & 31. ff. ſoluto matrimonio. Vincentius de Franchis deciſione 4. num. 17.

Sed aduertēdum eſt, quod fundamenta ad hoc fundandum adducta per eum de Anna non probant; nam nec glo. in l. frater à fratre. nec glo. in d. l. nec Bart. nec Imol. pro ſua opinione allegati dicunt illud, ad quod ipſe allegat.

90 Mouetur † etiam, quod iuramentum validat donationem: quia pater cenſetur extraneus: & propterea in re donata extraneo ab extraneo nō quęritur vſusfructus, ibi num. 6. hic loquitur ſine auctoritate.

91 Arguit † etiam, quod quando filius accipit à patre rem, in ea pater non eſt legitimus adminiſtrator, ibi. nu. 8. allegat l. non ſolum. §. ſimili modo. l. ſi mater. C. ad Tertul. & ibi Bart. Paul. de Caſt.

Cui motiuo reſpondetur primo, quod Doct. ſci-
92 licet Bar. & Paul. per eum allegati hoc nō dicunt † item datur caſus, quod pater non eſt legitimus adminiſtrator; & tamen habet vſumfructū, vt in morte filij, quando ei ſuccedit pater, & mater. Paul. de Caſt. in l. ſi quis, vel ſi qua. §. ſin autem defuncta. num. 2. C. ad Tertul.

Secundo ad id, quod dicit idem Anna, dum fir-
93 mat, quod pater † non eſt legitimus adminiſtrator in rebus donatis ab eodem patre, aut præſupponendo, quod pater non eſt legitimus adminiſtrator: & ob id nō quæritur vſusfructus patri. reſpondeo, quod hoc eſt, de quo contendimus, aut dicit,
94 ꝙ non eſt † legitimus adminiſtrator, & ob id non quæritur vſusfructus patri: quia in his, in quibus pater nō eſt legitimus adminiſtrator, nō quæritur vſusfructus patri, & in hoc nō eſt etiam verū: quia nuſquā probatur, ꝙ in his rebus à patre donatis pater nō eſt legitimus adminiſtrator: immo idē Anna ait in nu. 22. ꝙ in caſu ſuo, vbi agebatur de reuocatione donationis factæ à filio extraneo de rebus donatis à patre ſine conſenſu eiuſdē patris, licet ipſe firmaſſet valere ex ſupradictis, maxime quia in caſu ſuo etiam aderant verba in donatione ad donandū, alienandum, vendendū, ibi nu. 14. & ſeq. & etiā cum verbis, pleno iure per ſacrū Conſi-
95 lium fuit † decretum nō valuiſſe donationē mortuo filio in præiudiciū patris ſuperſtitis, iuxta conſilium Bal. 391. in 3. per eum allegati, & idē Anna in allegatione 142. firmat etiam bona donata modo prædicto à patre filio non poſſe donare cauſa mortis filium ſine conſenſu patris.

Immo augendo difficultatē contra Annam di-
96 co, quod licet regulariter † pater in his bonis ſit legitimus adminiſtrator, in quibus pater habet vſumfructum, prout hanc opinionem poſt multas communem dicit Cagnol. in l. frater à fratre. à nu. 160. vſq. ad nu. 164. ff. de cond. indeb. communem dicit Vincentius de Franchis deciſ. 10. n. 6. 7. in 1. par. Soccin. Sen. conſil. 34. nu. 18. in primo, communem etiam dicat Burſat. conſil. 133. n. 30. in ſecundo, & Cagnol. ibi num. 163. firmat hoc procedere etiam ſi in his, in quibus non habet pater vſumfructum, voluerit pater eſſe legitimus adminiſtrator.

Sed vltimum dictum Cagnoli nō eſt verū: nam
97 prædicta cōis concluſio limitatur, † ꝙ ſi pater nō eſt vſufructuarius, q̄a nō eſt acquiſitus patri vſusfructus, tamē patre volente eſt legitimus adminiſtrator, vt refert idem Cagnolus ibid. n. 161. arguit ex tex. in l. non ſolū. §. ſin autem. in 2. C. de bon. quæ lib. vbi diſponitur, ꝙ etſi non ſit vſusfructuarius, eſt tamen legitimus adminiſtrator, intelligendo hanc limitationem ſecundū eundem Cagnol. cum diſtinctione, de qua per Corne. in auth. excipitur:
98 qui ait, ꝙ pater in bonis † filij, in quibus habet pater vſumfructum, ſit legitimus adminiſtrator, quāuis ſit maior, & ſanæ mentis. Si vero nō ſit vſusfructuarius, & filius maior ſit ſanæ mentis, patrem nō eſſe legitimum adminiſtratorem, ſed ipſum filiū:
99 † ſi minor vel mentis non ſanæ, pater erit legitimus adminiſtrator, ſi voluerit, aliàs dabitur cura-
100 tor: & hanc opinionem, ꝙ vbi † pater nō eſt vſusfructuarius, etiam ſit legitimus adminiſtrator: firmat ex pluribus auctoritatibus, & maxime ex auth. Iſern. in conſtitutione in aliquibus, & in conſtitutione Comitibus, Vincentius de Franchis in deciſ. 10. nu. 8. in 1. par. Burſatus latius in conſ. 133. n. 31. 32. 33. 34. 35. 40. 41. 42. 43. 57. per totū in ſcdo.

Ad aliud

Ad aliud fundamentum, quòd dicit Vincentius
de Anna in dicto conſil.73.num.9.10. & 11. quòd
Imol. dictum eſt contra duas communes opinio-
101 nes, ſcilicet quòd † acquiſita à patre per filium
ſine meritis, vt filium, acquirantur in totum filio.
Secundò, quòd in acquiſitis per filium à patre, vt
extaneum cum meritis, quæ aduentitia dicuntur,
pater nihil habet; nam ſi in donatis tanquam filio,
quæ ſunt profectitia, nihil ſit reſeruatum patri,
quanto minus in aduentitijs? Corroborat ex eo,
102 quòd in iſtis donatis † à patre, tanquam extra-
neo ſecundum eum poteſt eſſe lis inter patrem, &
filium. Allegat Doct. in l.frater à fratre. ergo ſe-
cundum eum nullus quæritur vſusfructus patri:
nam aliàs lis eſſe non poſſet.l.lis nulla.ff.de iud.

Reſpondetur primo, quòd licet ſit vera prædi-
cta diſtinctio, quod quando donatur à patre filio
ſine meritis, aduentitium. Non per hoc ſequitur,
103 quòd non poſſit dari vſusfructus, † cum in ad-
uentitijs licet de iure antiquo nihil quærebatur,
hodie quæritur patri vſusfructus. l. cum oportet.
C. de bonis quæ liber. ergo diſpoſitum in vno ex
æqui paratis extenditur ad aliud æqui paratum.

Secundò dicitur, quod in his donatis à patre,
quæ ob merita dantur, poſſet inter patrem & filiũ
eſſe lis, non probatur alia auctoritate, quæ hoc di-
cat in ſpecie, & regula, quam ponunt Doctores eli
cite ex textu in l.lis nulla.ff.de iudic. vbi inter pa-
trem & filium non poteſt eſſe lis: dantur plures li-
mitationes, inter quas vna eſt hæc limitatio: nam
104 limitatur † primo, quando filius agit alio nomi-
ne, & ad alienam vtilitatem, vel è contra pater;
quia poteſt eſſe lis. Iacobin. de S. Gregorio in di-
cta l. lis nulla. numero primo: ibi Paul. Caſtren.
105 verſic.quod ergo dicit hic. Glo. † ſecundo fallit.
de iure canonico. Glo. approb. in cap. fin. extra
de iudic. in 6. Iacobin. in dicta l. lis nulla. num.3.
Paul. ibi numero primo. Angel. numero primo.
Alber. numero tertio. Vincentius de Franchis de-
106 ciſione 162. num.4. † fallit tertio, quando pater
diſſipat omnia bona ſua propria, quia filius poteſt
implorare officium iudicis contra patrem, vt aſſi-
gnet ſibi legitimam, ex quibus poſſit ſibi alimen-
ta percipere. Iacob. in dicta l.lis nulla.numero ter
107 tio. verſic. addo vobis. † fallit quarto in his, quæ
poſſunt ſpectare ad filium, vt ad patrem, & olim,
& hodie poteſt eſſe iudicium inter eos venia prius
petita per filium; ſed in his, quæ non poſſunt ſpe-
ctare niſi ad patrem, vt ſunt profectitia, non po-
teſt eſſe iudicium inter eos. Angel. in dicta l. lis
nulla.num.3.

108 Fallit † quinto in caſtrenſi peculio, vel quaſi
quia poteſt eſſe lis. Iacobin. in dicta l. lis nulla. nu
mero tertio, verſic. circa primum caſum. Alber. nu
mero primo, & verſic. ſi vero. Corn. nume.1.poſt
Bar.ibidem num.1.verſic.iure actionis.

109 Fallit † ſexto in omnibus caſibus, ad quæ facien
da pater poteſt cogi per filium officio iudicis, vel
iure actionis. Iacob. de mente Bart. nu.1. in dicta
l.lis nulla.nu.3.verſic.circa primum caſum.

110 Fallit † ſeptimo in aduentitijs, in quibus patri
non acquiritur vſusfructus. Iacobin. in dicta l. lis
nulla.num.3.verſic.quod dixi. Paul. de Caſt.ibidẽ
numero primo, verſic.nec etiam videtur.poſt Bar.
ibidem num.1.verſic.item in aduentitia.

111 Fallit † octauo, quando filius petit alimenta à pa
tre. Iacob.ibidem num.3. verſic. quod dixi officio
iudicis.poſt Bar.ibid.nu.1.verſic.iudic.

112 Fallit † nono in caſu l. imperator. ff. ad Trebel.
Iacobinus ibidem numero tertio, in fine. Alberic.
ibidem num.2.in fine poſt Bart.ibidem num.1.ver
ſic.item in caſu.

113 Fallit † decimò in caſibus, in quibus pater po-
teſt cogi à filio, vt eum emancipet. Iacob. ibidem
num.4. Alber.ibidem num.1.verſic. ſi conſtat eſſe
in poteſtate, poſt Bar.ibidem nu. 1.verſic.in peten
do, vt emancipetur.

114 Fallit † vndecimo, quando filia petit à patre, vt
eam dotet. Iacob.in dicta l.lis nulla.num.4.verſic.
item explica.Alber.ibi num.2:poſt Bar.ibid. nu. 1.
verſic.item vt dotet filiam.

115 Fallit † duodecimo, quando filius implorat offi-
cium iudicis contra patrem, vt promittat dotem,
quam ipſe filius recipit ab vxore ſua. Iacob. ibidẽ
num.4.verſic.item quando.poſt Bar.ibi nu.1. verſ.
item vt promittat dotem pro filio.

116 Fallit † decimotertio, quando pater eſt graua-
tus reſtituere filio ſuo hæreditatem ex teſtamento
alterius in euentum alicuius conditionis, ſi pater
diſſipat illa bona ſubiacentia reſtitutioni, cogetur
ad inſtantiam filij illa bona ſtatim reſtituere, non
expectato conditionis euentu, reſeruatis tamen ali
mentis patri in caſu indigentiæ. Iacobin. ibidem
num.6.

117 Fallit † decimoquarto, quando pater eſt roga-
tus reſtituere hæreditatem filio, & dicit eam ſuſpe
ctam, poteſt filius officiũ iudicis implorare, vt co-
gatur adire, & reſtituere. Alber. in d. l. lis nulla.
num.2.

118 Fallit † decimoquinto in omnibus caſibus, in qui
bus pater ius ſibi dicere nõ poteſt, ratione patriæ
poteſtatis: ibi poteſt intentare iudicium contra fi-
lium, vt in Caſtrenſi, vel quaſi. Iacob.ibid.n.5. poſt
Bar.ibid.nu.1.verſic.ſi vero infertur lis.

119 Fallit † decimoſexto, quãdo pater petit, ꝙ filius
patiatur ſe emancipari, quod fieri põt in aliquibus
caſibus. Iacob.ibid.nu.5.verſic.item quando petit.
poſt Bar.ibid.n.1.verſ. item ſi vellet cogere.

120 Fallit † decimoſeptimo, quando pater contra fi-
lium contenderet de patria poteſtate, ſeu filiatio-
ne: nam hoc caſu poſſet conſiſtere iudiciũ inter pa-
trem, & filium. Iacobin.ibidem.num.1.verſic.item
ſi infert.

121 Fallit † decimooctauo, quando pater argueret fi
liũ de ingratitudine. Iacob.ibid.n.5.in fi.poſt Bar.
ibid.nu.1.verſic.item ex cauſa ingratitudinis.

122 Fallit † decimonono, quando pater contra filiũ
ageret criminaliter. Alber.in d.l.lis nulla.nu.4. ver
ſic.item licet. aut è conuerſo filius cõtra patrem.
vide Vincentium de Franchis deciſione 162.

Et ſic vides qualiter in nulla ex ſupradictis limi
tationibus ſit mentio de prædicta concluſione ſu-
pra firmata per Annam, licet ſi eius opinio eſſet
vera, poſſet adaptari ad ea, quæ dixi in quarta li-
mitatione.

113 Contrariam † opinionem in hoc puncto, quòd
in bonis donatis à patre filio, pater habet vſum
fructum firmat. Imol. in l. ſi quis pro eo. §. primo.

ff.de fideiu ſſorib. vbi firmat, quando donatio fit à
patre filio propter benemerita, & in his terminis
diſputat Caccialupus in d. l. frater à fratre. q. 20.
quos refert, & ſequitur Capic.deciſ. 56.nu. 3. & ſe-
quitur Caccialup. Crauet. in conſi. 543.n.2. & conſ.
553. nu. 3. licet ibi ipſe Crauet. in donatione facta
propter dotem teneat contrarium.

Et ſic aut vis tenere hanc opinionem ſecundam,
quæ videtur magis ſubſtentabilis ex ſupradictis ra
124 tionibus, maxime quando † eſt facta propter be-
nemerita, & in contractu adeſt iuramentum, licet
merita non ſpecificentur, nec probantur, quia in
patre donante in dubio præſumitur, ſecundũ Iaſo.
in l. quod dicitus. nu. 21. ff. de verb. oblig. & tunc cla
ra erit concluſio in terminis noſtris, quod iſte de Ri
gnone pater habens vſum fructum, dicitur tenere,
& poſſidere iure proprio, maxime, quoad acquiſi-
tionem fructuum, & non iure familiaritatis. Et ſic
potuit conueniri pro hoc debito, & ceſſabunt om-
nia dicta de iure familiaritatis, prout fuit in hac
cauſa concluſum, & reſolutum per magnã Regiam
curiam, cogi poſſe tanquam detentorem. & ideo
fuit determinatum, quod oppoſitiones reijcerẽ-
125 tur. Si autem velles † tenere opinionem, quòd
non quæratur uſus fructus patri in rebus ab eo do-
natis filio, rationibus, de quibus per Ioannem Vin-
126 centium de Anna in dicta allegatione 73. † non
poteris effugere aliam communem concluſionem,
quod patri ſaltem ſit quæſita commoditas, de qua
dixi late ſupra ex Caualc. in tract. de uſufruct. mu-
lier. num. 181. 182. 183. 184. Vincentio de Franchis
deciſione 10. nu. 8. verſic. prætetea dicebatur. num.
9. 10. in prima parte. Burſatus in conſil. 133. num.
36. 37. 38. 39. in 2.

127 Et † ſic etiam ex iſto capite iſte pater detinet, &
poſſidet, & percipit fructus ad proprium commo-
dum, & utilitatẽ propriam, cõſumendo fructus ad
proprium uſum modo, quo dixi ſupra: & ob id ma
gna Regia curia decreuit oppoſitiones reijci, &
admitti non debete, & ſic ſoluere cogeretur, Et eo-
dem modo aliàs ego, dum eſſem iudex appellatio-
nis Panorm. anno xiij. indictionis 1585. Idem de
cidi in cauſa uertente inter Nicolaum de Amari
prætendentem poſſidere ex cauſa familiaritatis ex
donatione facta filiæ per eum.

128 Sed † in cauſis, vbi fuerunt conuenti mariti alle-
gantes ſe poſſidere iure familiaritatis, ſemper fue-
runt admiſſi, & interlocutum per ſupradicta ſupra
allegata, quod ſtarent oppoſitiones, & procedere-
tur in cauſa oppoſitoria admittendo dictam exce-
ptionem tanquam legitimam in debito bullari ra-
tionibus prædictis: & ita decidi cum collegis in an
no decimæ indictionis 1582. dum eſſem iudex Re
giæ curiæ præturæ. Panorm. in cauſa, ubi Ioannes
de Platamone V. I. D. erat conuentus tanquam de
tentor domus ſubiugatæ, & etiam tanquam iudex
magnæ Regiæ curiæ, in alia, in cauſa Bartholomæi
Pilo, tutoris agentis contra Placitum Faraci con-
uentum cum eſſet mihi ſoli commiſſa cauſa tanquá
uni ex iudicibus magnæ Regiæ curiæ.

129 Sed † eſt aduertendum, quòd illud, quod dicit
Intriglolus in præallegata quæſtione 50. in quæſtio
nibus bullaribus, dum reſtringit prædictam opi-
nionem, quod qui poſſidet iure familiaritatis, non
poſſit cogi tanquam detentor, & poſſeſſor proce-
dere tantum, quando teſtes deponerent expreſſe
conuentos tenere rem ſubiugatam iure amicitiæ,
& familiaritatis, vel taliter quod ex eius depoſitio
ne colligeretur exceptio prædicta, puta, quia de-
ponerent poſſidere patrem, & filium, dominum,
& famulum, ſeu amicũ: ſecus ſi depoſuiſſent ſim-
pliciter teſtando de poſſeſſione, ſeu detentione in
perſonã, vel ſolius mariti, ex quorum depoſitione
non poſſet coniecturari præfata exceptio, quia tũc
non admitteretur ad probandum contrariũ, quod
præfati ingreſſi ſint locum iure familiaritatis. Fun-
dat per text. noſtræ pragmaticæ, ibi quæ quidem
executio, &c.

130 Prædicta † non ſunt recepta in magnis tribuna-
libus, & præſertim in magna Regia curia, & etiam
in magiſtratibus, in quibus ego fui verſatus: quia
licet ex priuilegio dato executionis bullaris debi-
ti, vt ante factam ſolutionem non poſſit opponi ali-
qua exceptio: non tamen hæc dicitur reiecta circa
legitimationem perſonæ conuenti, non nominati
in contractu: & quæ liquidari prius debet, etiam ſi
offuſcari diceretur per inſtrumenta præſentata per
conuentum, verificatio non poteſt dici liquido cõ-
ſtare de intentione actoris contra conuentum, eum
eſſe talem, contra quem executio poſſet procede-
re, cum contractus, qui exequitur, non loquitur de
conuento. Facit doctrina Bal. in conſil. 136. num.
3. in primo. immo per ſuſpiciunem de falſo in ci-
uilibus habetur pro falſitate, iuxta tradita per Ga-
briel. lib. 7. concluſ. tit. de criminal. concluſ. 6. nu-
131 mero 12. vbi dicit, quod † in ciuilibus non pro-
bat probatio, vel ſcriptura ſuſpecta de falſo; quia
iſtud extremum debet de iure probari per acto-
rem concludenter, & parte citata, & audita, prout
ſupra diſcuſſi; & licet vel ex ab vſu, ſeu vſu, & ob-
ſeruantia, vt dixit Ferdinandus Boniornus ſupra
allegatus; qui loquitur contra hæredem. hoc extre
mum verificetur, parte incitata, per viam informa
tionis, etiam ſecundum Follerium, & alios ſupra al
legatos, qui loquuntur contra tertium; tamen non
eſt ex diſpoſitione pragmaticæ diſpoſitum, quod
probationi non concludenti, & cui nulla debet ad-
hiberi fides, credatur in tantum, quod debeat etiã
132 ſeruari alia obſeruantia, & vſus curiarum, quod †
tertius conuentus audiatur aduerſus extremum.
hoc poſt factum adimplementum executionis an-
te factam ſolutionem, quando contrarium apparet
aduerſus probata in hoc extremo, dummodo pro-
batio illegitima manifeſtetur per probationes pro-
batas, ſcilicet inſtrumẽta publica. Et hoc iure vſus
fui, & uti vidi in Regno; quia admittitur allegans
poſſidere, & detinere iure familiaritatis, ſi hoc
probat per publica inſtrumenta ex doctrina Fe-
lyni in cap. ex parte. il ſecundo. num. 15. de offic.
deleg. vbi ait, quintò fallit in exceptione fundata
in alio inſtrumento æque ſolemni. Tu producis cõ-
tra me inſtrumentum ſolemne; ego excipio, & fun
do me in alio inſtrumento æque ſolemni; & ſic ſi
tu non vis, quod opponatur exceptio contra tuum
inſtrumentum ſolemne, & ego nolo, quòd tu re-
plices contra meum æque ſolemne. Allegat Bald.
in cap. paſtoralis. in ſecunda columna, de appel-
lationib. quia in inſtrumentis incompatibilibus vni

per

per reliquum derogatur, & ſubdit, quòd per ſimpli-
ces teſtes non poterit reprobari hoc inſtrumentum
ſolemne: ſed bene per ęque inſtrumentū ſolemne,
& pro iſta fallentia ait facere l.ſed vt ſimiles. §.co-
æqualitas. ff. de excuſat. tutoris. vbi priuilegiatus
nō vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatū. &
Dec. ind. c. ex parte.col.pen.verſic. decimoquin-
to fallit.de offic.deleg. vbi ait, quòd exceptio fun-
data in alio inſtrumento æque ſolemni ſtante ſta-
tuto reijciente exceptionē, admittitur; quia in in-
ſtrumentis incompatibilibus vni per alium dero-
133 gatur, & prædictas doctrinas Felyni, & Dec. in-
telligo in terminis noſtris procedere aduerſus ea,
quæ non probantur in inſtrumento, quod exequi-
tur, ſed de facto extrinſeco, de quo non loquitur
inſtrumentum, per quod ille, qui conuenitur, ſit
detentor rei ſubiugatæ, & talis quòd conueniri po
teſt, & contra eum exequi inſtrumentum.

Et licet dicatur etiam, quod aduerſus verifica-
134 tionem † extremorum non admittatur probatio
in contrarium ante ſolutionem debiti: tamen ex
æquitate in magna Regia curia admittuntur pro-
bationes per inſtrumenta publica, vt dixi in deci-
ſione 8. item etiam ille caſus prædicti vſus habet
locum: ſecundò procedit quando extrema verifi-
cantur contra debitorem obligatum ex contractu
cum pacto de non opponendo, vbi in pacto illo ex-
tenditur, quod non poſſit ſe opponere etiam aduer
ſus verificationem extremorum, nec excipere de-
fendere, nec pręuenire, prout hoc pactum ita ex-
tenditur per Petrum de Gregorio in tractatu bul-
135 læ circa finem tractatus: ſecus † contra tertium
in verificatione eum eſſe talem tertium, de quo lo-
136 quitur pragmatica, quòd poſſit conueniri, † quia
vere non eſt extremum, de quo loquitur pactum,
ſed eſt fundamentum actionis tentatæ contra ter-
tium conuentum, de quo non loquitur inſtrumen-
137 tum; ſed illud eſt vere † extremū aduerſus quod
non poteſt opponi ex pacto, ſcilicet quando factū,
de quo loquitur inſtrumentum non eſt liquidum,
vel reſpectu ſummæ, vel reſpectu valoris, vel reſpe
ctu temporis, vel conditionis purificatæ: de qui-
bus loquitur inſtrumentum, dum obligatio eſſet cō
dictionalis, vel in diem, & de hoc etiam latius dixi
in octaua deciſione, in qua contingit dubitari de ſi
mili puncto. Et hoc ſentire videtur idem Intriglo-
lus in quæſt. 59. ex Ioan. Aloyſ. de Septimo, & Pe-
tro de Gregorio per eum allegatis.

Item corroboro prædicta, quia ſicut quando ex-
138 cipitur aduerſus † legitimationem perſonæ acto-
ris admittitur, vt quia pupillus & agit ſine tutore,
vel minor ſine curatore, mulier ſine procuratore,
aliqua ponit Intriglolus quæſt. 57. poſt Petrum de
Gregorio ſuper bulla quæſtione 91. verſic. hoc igi-
139 tur præſuppoſito. vbi dicit idem de perſona † iu-
dicis etiam in uerſic. ſeq. idem dicendū eſt in per-
140 ſona † conuenti, quòd illa non eſt talis, de qua lo
quitur pragmatica, cùm conuentus eſt tertia perſo
na, quæ facit perfectum iudicium. c. forum. de uer-
bor. ſignific. & ſic in hoc poteſt conuentus audiri
ſcilicet, quòd non ſit talis tertius detentor, de quo
141 loquitur pragmatica, † ſicut etiam auditur, quan
do excipit rem, quam detinet non eſſe ſubiugatā.
Blaſcus Lāçca ſuper bulla in uerſic. an tertius poſſ.
ait, quòd poſſit opponere quòd res per eum poſſeſ
ſa, pro cuius poſſeſſione inquietatur, non eſt ſubiu-
gata. vide Abb. in c. comparente. extra de elect. in
6. & per Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam.
& an poſſit excipere de ea exceptione, quam ha-
bet ex facto aduerſarii agentis. Dec. in conſil. 27. n.
4. in prin. hæc apoſtil. eſt etiam ſub Ioanne Pater-
nione, & Franciſcus Prouenzalis ſuper verbo ſuis.
vbi allegat Angel. in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno. Bal.
in conſil. 136. incip. præmiſſis. in primo. Ludouicus
Mont altus ſuper bulla, ſuper verbo, authenticis
documentis. in verſic. ſed quid ſi tertius opponat,
& dicat rem non fuiſſe in bonis ſubiugantis, an de-
beat audiri videtur, quod ſic, impeditur executio.
Obſeruantia eſt, quod auditur propter commodū
poſſeſſionis, trāsfert onus probandi, ſcilicet de do
minio vero ſubiugantis, vel ſaltem putatiuo, vt per
Bertachinum in verbo, dominiū. in primo. quo ve-
rificato fit executio, & facta executione quilibet au
ditur in iuribus. Et hoc firmat ratione, & æquitate
inductum eſt, & quod hoc probare debeat, credi-
tor. vide Iaſonem in l. 1. §. per ſeruum corporalis.
in primo. ff. de acquiren. poſſeſſ. hæc etiam apoſtil-
la eſt ſub Nicolao Saccano ſuper verbo, ibi bonis
Ioannis Aloyſij de Septimo ſuper bulla, in verſic.
pragmatica. vult, quòd non audiatur, de quo dicto
Io. Aloyſ. latius poſui in deciſione 1. incipiente, in
cauſis vertētibus. ideo eam non tranſcribā denuo.

Et ſi diceretur ex eiſdem Blaſco, & Paternione
in uerſic. ibi in uerbo, aut alterius cuiuſuis exce-
142 ptionis, quòd hoc † quod non poſſit ſe opponere
aduerſus executionem, pars executionis eſt, ubi al
legat id affirmare Paul. de Caſt. in l. 2. nu. 9. uerſic.
143 nō enim. ff. de eo quod cer. loco. attamen † neceſ-
ſaria ad executionem debent liquido conſtare. &
ideo aduerſus ea, quæ ſunt de intētione actoris ex-
cipi poteſt, de quibus late diſcutitur per Petrum
de Gregorio ſuper bulla in quæſtione octaua, nu.
mihi 5. uerſic. tertio requiritur. & quæſt. 9. uerſic.
prædicta intelligo, & ſequentibus. omnia prædi-
144 cta † declara, & reſtringe non procedere in ter-
minis earum exceptionum, quæ opponuntur ad-
uerſus actionem, de quibus dixi in deciſione 2. in-
cipiente, in cauſa executionis cauſatæ.

Et ideo concludo ex ſupradictis, quod probare
conuentum eſſe detentorem rei ſpecialiter ſubiu-
gatæ, eſt liquidare id, quod eſt neceſſe pro eo con-
uenīēdo, prout ſupra firmaui, etiā quod pragmati-
155 ca reiiciat omnes exceptiones † nō uidetur tolle-
re illam, quæ tendit ad eneruandā uerificationem
circa perſonā conuenti, ſcilicet falſas probationes
factas pro liquidatione conuentum eſſe talē, prout
in ſimili ſtatuto reiiciente omnes exceptiones, unā
tantum exceptionem admittente concludit Curt.
Iun. in l. fi. nu. 5. C. de edict. diui Adria. tolle. ratione
illa mouetur, quia talia ſtatuta non poſſunt habere
executionem paratam, niſi in liquido. loquitur ibi
de liquidanda perſona hæredis. allegat Alex. in l. ſi
poſtulante. col. n. in prin. n. 7. in fi. n. 8. 9. ff. ad Treb.
& not. per Bar. in l. creditores. in 3. q. C. de pigno. &
rationibus prædictis, & in aliis, quæ in eodem pun-
cto dixi in deciſione octaua, quòd ne aperiretur
uia fraudibus, & daretur materia delinquendi,
ut creditor poſſit, quem uult, pro annuis cenſi-

bus conuenire ex ſimplici probatione conuentum eſſe detentorem, non admiſſa exceptione ad qualificandum qualis ſit detẽtatio, ſolent amplecti hãc Iudices ex æquitate admittendo hanc exceptionẽ quod non poſſidet iure proprio, ſed iure familiaritatis, etiam hoc iure vti in decidendo conſueuerũt in ciuitate Cathaniæ, audiui à doctoribus qui in dicta ciuitate ſunt verſati.

Si velles vltimam opinionem coadiuuare, deducere poſſes eſſe ſimilem materiam ſcilicet ſpolii. vbi non admittitur defenſio ante factam reſtitutionem, & non ſi conuenitur detentor, & poſſeſſor, an poſſit nominando uerum poſſeſſorem, & dominum effugere iudicium: & tunc Afflictus, in deciſione 217. diſtinguit, quod & conuenit poſſeſſorio recuperandæ, & in libello narratur, quod ipſe eſt ille, qui ſpoliauit, aut ſpoliari mandauit, vel ratum habuit: & non habet locum nominatio dominii in iudicium. quia conuenitur de delicto, & facto proprio: ideo non poteſt iudicium declinare, aut conuenitur in terminis. capitu. ſæpe de reſt. ſpol. & c. reintegr. in quib. nõ agitur ex facto conuenti, & tunc habet locũ nominatio in iudicium. hanc ſecundam partem dicit cõmunem Menoch. de recup. poſſeſ. remedio 15. q. 38. nu. 485. 486. & quia nos ſumus in 2. caſu, vbi nõ agitur de facto proprio, & obligatione propria ſed ratione detentionis conuenitur, allegando cõuentus alium eſſe detentorem, in quem iudicium poteſt fundari, & non in conuentũ ipſe eximitur. & ſi contra eum agitur, nulliter agitur.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio, non adimpleti, ex parte actoris admittitur in contractu vltro citroque obligatorio. nu. 2.*
8 *Limita, quando non intereſt adimplere.*
9 *Poteſt ſemper adimplere ante captum Iudiciũ. ſecus ſi poſt. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*
3 *Et debet opponi expreſſè.*
4 *Actum non dicitur, cùm remanet quid agendum.*
5 *Actus ex conſumatione recipit formam.*
6 *Ratificatio contractus nihil operatur niſi omnia ſint ratificata ſecus ſi acceptata nu. 7.*
16 *De contractu valido intelligitur.*
17 *Venditionis contractus abſente emptore factus eſt nullus. 18. 19. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37 38*
39 *Contrarium. 40. 41. 42. 43. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96.*
20 *Patre emẽte fundum pro filia, fundus manet præcipuus patri.*
21 *Notarius pro abſente ſtipulari poteſt, non tamen abſentem obligare.*
22 *Quod potuit noluit, quod noluit, adimplere nequiuit.*
23 *Emẽs fundum pro ſe, & titio extraneo totum fundum facit emptoris.*
24 *Contractus vbi habet inducere obligationem, hinc inde non tranſit contractus in perſonam, in quam non trãſit obligatio.*
25 *Contractus in perſonam abſentis non poteſt ratificari. & quando poſſit. 26. 27.*
44 *Si Donatio facta eſt abſenti, acquiritur utilis actio, & dominium ante ratihabitionem reuocabiliter.*
45 *Amplia & limita. 46 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57.*
97 *In domo creditoris debuit fieri adimplementum limita & diſtingue 98. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119.*
99 *Oblatio an ſufficiat, ubi debet fieri ſolutio. diſtingue. 100.*

D E C I S I O IIII.

Cùm aduerſus iniunctionem factam per tribunal magnæ regiæ Curię ad Inſtantiam don Pidaci de Sylua, & donnæ Mariæ Iugalium Ioſeph. Landolina ad retrouendendũ feudum della fraſcha, fuerint ex parte ipſius de Lãdolina præſentatæ oppoſitiones ſuper eis per tribunal magnæ regiæ curiæ: diſcuſſum fuit de earum reiectione poſtquã ex parte iſtorum de Sylua petebatur reiici debere propter pactum de non opponendo in contractu tranſactionis, in quo erat permiſſa retrouenditio.

1 Opponebatur† 1. exceptio adimplementi nõ ſecuri, quia in contractu tranſactionis, in quo erat permiſſa retrouenditio fuit promiſſum p. iſtum don Didacum de Sylua: quod eius uxor dõna Maria, pro qua etiam ipſe contraxit ratificaret actum tranſactionis de 1. linea vſque ad vltimam cum toto eius tenore, & infra menſem deberet cõſignare copiam ipſi de Landolina.

Item quod infra ſeptem annos a die contractus ſolueret in manibus propriis, & poſſe ipſius de Lãdolina vnc. 2800. vel pro ea ſumma infra eundem terminũ ſubiugaret ipſi d. Ioſeph. Landolinæ præſenti, & ſtipulanti cũ legitimis cautelis & clauſulis ad conſilium ſapientis & aduocatorum & non aliter, nec alio modo.

Exiſta facti ſpecie colligitur, quod iſta tranſa-
2 ctio abſque dubio erat ex† vtraque parte obligatoria, & propterea, qui vult agere ex ipſa tranſactione ſaltem debet cum effectu oſtendere conuentionem perfectè ex parte ſua adimpleuiſſe l. Iulianus §. offerri de actio. empt. l. quæro. §. interlocatorem ff. locat. vbi Bart. extendit ad omnes contractus Roland. a Vall. conſilio 93. nu. 27. in primo conſil, 69. in 4. Decius conſ. 45. Cephal. conſi. 407. in 3. Petrus Surdus. conſ. 301. qui infinitos allegat.

3 Nec iſto† caſu poteſt diſputare, an ortus actionis impediatur à principio ei, qui non adimpleuit, an verò poſt partis oppoſitionem de quo latiſſime Abaxea de pactis. numer. 424. cum pluribus ſequ. vſque ad numerum 442. quia in caſu noſtro eſt expreſſè facta oppoſitio.

Item quia tenebatur ratificari facere eius dominã vxorẽ ipſe don Didacus cũ hypotheca omniũ bonorum, & ratificatio fuit cum hypotheca trium feudorũ, quę per ſñias fuerũt declarata hypothe

cata

cata, & noluit alia bona eſſe hypothecata pro ob-
4 ſeruantia actus tranſactionis, † & ſic non dicitur
actum, cùm aliquid ſupereſt agendum. l. cum Sylla
5 nianum in fi. C. de his, quibus, vt indig. & actus † ex
ſui conſumatione recipit formam. l. ſi is, qui qua-
draginta. §. quædam. ff. ad l. falcid. & operis effectus
in partem ſcindi non poteſt. leg. in executione. §. 2.
ff. de verb. oblig. Riminal. conſil. 398. nu. 10. & ſeq.
6 in 4. & in ſpecie, quòd ratificatio † contractus nihil
operatur, niſi omnia fuerint ratificata. poſt Paul. de
Caſtr. & Crauett. quos allegat, & alios complures
Riminal. Iun. conſil. 355. numer. 108. & ſequenti
in 4.

Sed prædictis reſpondebatur, quòd ratificatio
fuit acceptata, probatur per cedulam tranſmiſſam
7 per ipſum de Lãdolina, vbi reſpondetur †, quòd ip
ſi iugales de Sylua deberent adimplere, & adim-
pleuiſſe iuxta formam contractus ratificati per d.
Mariam die. 23. Martij xij. indictionis 1583. in actis
notarij Vincentij de leone in ciuitate Syracuſarum
vnde ratificatio ipſa dicitur accepta: vt dicit De
cius in l. ſemper, qui non prohibet. n. 2. vbi etiã Ca-
gnol. nu. 2. ff. de reg. iur.

Et licèt in contractu tranſactionis iſta dõna Ma
ria noluerit obligare omnia bona, tamen in contra
ctu ſubiugatorio ſubiugauit, & obligauit omnia bo
na, & ſic adimpleuit id, quòd noluit in actu ratifica
tionis, quod ſufficit quod hodie ſit adimpletum, &
8 † tunc quia nullum damnum ſentit de Landolina,
nec ſua intereſt ex tunc non adimpleuiſſe, cum ho
die adimpleuerit, non obſtat exceptio adimplemẽ
ti non ſecuti. Cephal. conſ. 8. nu. 9. in 1. facit Crauett.
conſi. 413. nu. 7. in 3.

Præterea exceptio adimplementi non ſecuti li-
cèt impediat agere, vt nec excludatur hæc excep-
tio à ſtatuto, ſeu pacto reijciente exceptionem op-
9 poni † tamen ſemper poteſt adimpleri, quod deficit
antequam quis agat, & ſic licitum fuit in contractu
ſubiugatorio, quod præceſſit iniunctionem adim-
plere, ſed etiam poterat, & ſecundum aliquos do-
10 ctores etiam poteſt pendente † Iudicio adimpleri
Abaxea tract. de pact. à num. 437. verſicu. vlterius,
& ſeq. vſque ad numerum 442. num. 6. Menoch. de
arbit. Iud. lib. 1. quæſtione 16. num. 6. allegat Alex.
conſil. 27. col. 1. in primo Proſper Paſſer. conſi. 159
Cephal. conſi. 112. n. 17. 18. & ſeq. 20. 21. in 1. Alex.
conſi. 78. in fin. in 1.

Quicquid dicat Cephal. in caſu ſuo conſi. 586. in
4. quia eius dictum procedit, prout ipſe ibidem de
11 clarat † quando adimplementum fuiſſet poſt iudi-
cium cæptum, ſed nos ſumus in adimplemento fa
cto ante iudicium cæptum, & Cephalus ampliat,
12 quòd eius dictum non procedit †, quando illud
quod modo apparet, & adimpletum eſt, eſſet in iu-
dicium deductum, tanquam adimpletum, licet in
re uera tunc non eſſet adimpletum & modo ſuper
13 uenit adimplementum fortius dicendum vbi † eſt
adimpletum ante iudicium cæptum licèt de eo cõ
ſtet poſt iudicium ceptum, & per prædicta ſic de-
14 clarata per Cephalum poteris † reſpondere
notatis per Becium conſ. 45. num. 50. qui firmat,
quòd poſt oppoſitionem de adimplemẽto non fa
cto, non licet adimplere, & quod poteſt repelli à
limine iudicij, cùm hæc exceptio ſit exceptio litis
finitæ.

15 Et eodẽ modo reſpondetur † Martial. inter conſ.
diuerſorum conſi. 47. num. 8. 9. & ſeq. & Crauettæ
conſil. 246. nu. 5. verſ. tertio mora. in 2. qui omnes
tenent, quòd poſt iudicium cæptum, & oppoſitio
nem factam de adimplemento non facto ab agẽte
non poſſit amplius adimpleri ad validitatem iudi-
cij cepti, quia in terminis noſtris iudicium non
erat adhuc cæptum, neque oppoſitio facta, quando
fuit adimplementum perfectum ex parte iſtorum
de Sylua, ut ex infra dicendis clarius apparebit.

Aliud caput oppoſitionum erat allegando non
fuiſſe adimpletum ex parte iſtorum de Sylua, quia
licèt ſolutio, & ſatisfactio potuiſſet fieri per illos
de Sylua ad effectum conſequendi feudum infra
dictos annos ſeptem per ſubiugationem, ſcilicet
ſubiugando vnc. 200. redditus ſuper feudis nomi-
natis in contractu tranſactionis pro capitali vnc.
16 2800. † tamen intelligitur de contractu ſubiugato
rio ualido allegabatur l. non putaui. §. non quæuis
de bonorum poſſeſſ. cont. tab. l. 4. §. cõdemnatũ. ff.
de re iudi. Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui, aut clã
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 2. nu. 5. à Ponte
in quæſtionibus laudemial. quæſtione 39. Becius
conſi. 12. nu. 54.

17 Sed † iſte contractus fuit factus, abſente ipſo de
Landolina, & ſic fuit facta ſubiugatio abſente em-
ptore, quo Caſu licèt notarius vice emptoris fun-
ctus fuerit, ſtat in pendenti iſte contractus ante ra-
tificationem emptoris, & ſic eſt nullus. nam † cum
ſimus in contractu emptionis, & venditionis, do-
nec eſt præſens emptor, & ſperatur eius ratificatio
dicitur conferri in voluntatem emptoris, & ſic ex
eo nulla obligatio, & actio naſci poteſt l. in uenden
tis C. de contrahenda emptione.

Secundo Nullitas contractus prædicti fortifica-
batur ex conſil. Euerardi 243. licèt fuerit citatus in
alio loco, vbi Euerardus ponit multa, ſed ea, quæ
magis urgent in terminis noſtris, ſunt infraſcrip
18 ta, quòd in contractu vltro † citròque obligatorio,
qualis eſt iſte, emptionis, & venditionis, non acqui
ritur abſenti, niſi interuenerit epiſtola, vel nuncius
ad hoc deſtinatus. l. 1. ff. de contrahen. emptio. &
uendit. l. conſenſus. ff. de act. & oblig.

Item allegatur, quòd ex quo uerba obligatoria
ſunt concepta in perſonam abſentis à notario pro
abſente recepta, quo caſu militat deciſio. tex. in le.
19 multum inter eſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi †, vbi con-
tractus erit ipſo iure nullus, & abſenti, nihil quæri
poteſt.

Item etiam arguitur ex tex. in l. filiæ cuius. C. fa
20 mil. hereiſcund. vbi dicitur quod † ſi pater emat
fundum nomine filiæ, ille fundus manet præci-
puus patri, & uenit in iudicio familiæ herciſ-
cund.

Item etiam dominus Euerardus ibidem fortifi-
cat alio medio, quod & ſi in terminis noſtris inter
uenerit notarius, qui loco abſentis fuit ſtipulatus
dicitur ex Euerardo. ibi. num. 20. quod licèt magi-
21 ſtratus † poſſit abſenti ſtipulari iuxta notata per
Bart. in l. 11. ff. rem pupill. ſalu. fore, & magiſtratus
uel notarius poſſet abſenti ſtipulari, & acquirere,
vbi de ſolo conſenſu, ſine lucro agitur: tamen non
poteſt abſentem obligare, ergo notarius nihil egit,
quia

quia ſeipſum obligare noluit, & abſentem obliga-
re non potuit, & ita non potuit eſſe cautum dicto
venditori.

Hoc fortificat idē Euerardus in verſi. ſequitur,
ergo quod cum contractus verba ſint concepta in
perſonam abſentis, & non in perſonam magiſtra-
tus recipientis, vel ſtipulantis nomine abſentis, nō
valuit huiuſmodi actus in fauorem abſentis. l. mul-
tùm intereſt. verſic. ſi verò. C. ſi quis alter. vel ſibi
22 ſed † habet locum illa regula de qua ibi quod po-
tuit nolnic, qood voluit adimplere nequiuit, & pro
iſto caſu ait eſſe in terminis caſum. in l. fundus ille:
23 ff. de contrah. emptio. vbi ſiquis † emit fundum ſi-
bi, & titio extraneo, titio nihil acquirit, ſed totus
fundus erit ipſius emptoris. l. ſi mihi, & titio. ff. de
verb. oblig. d. l. multum intereſt.

Pro hac etiam opinione allegabatur tex. in l. Ca-
ius. ff. de manumiſſis, vbi habetur, quòd in contra-
ctu vltro citroque obligatorio etiam vbi acquiri po
teſt abſenti per ſeruum domino non acquiritur ab-
ſenti, niſi cum onere iniuncto, per quam legem cō-
24 muniter doctores dicunt quod vbi † contractus ha
bet inducere obligationem hinc inde, non tranſit
contractus in perſonam, in quam non tranſit obli-
gatio paſſiua, ſimul cum actiua obligatione.

Allegabatur etiam difficultas, vt talis contra-
ctus non poſſit ratificatione ſubſecuta per abſentē
validari ſecundum eundem Euerardum ibidem
25 verſi. quinto videri poteſt † primo quia verba fue-
runt concepta in perſonam abſentis, nō potuit hic
contractus, quatenus abſentem concernit per eū
26 ratificari, cùm non habuit formale principiū; † &
actus ipſe peccet in forma in materia in actu, & in
potentia d. l. multùm intereſt, §. ſi verò, & factum
falſi nuncij ratificari non poteſt, vt volunt doctores
excepto Iacobo de Arena in l. multùm intereſt, &
punctualiter Baldus in l. fundus ille, & in terminis,
idem Bal. in l. obſeruare, §. fi. t. col. ff. de officio pro
conſul. & legat. Petrus de Anchar. in regula ratum,
de reg. iur. in 6.

Et vt valeat, ratificatione ſubſecuta, quando eſ-
ſent concepta verba obligatioa in perſonam nota-
rij ſtipulantis nomine, & vice abſentis ſecundum
Euerardum, ibidem verſi. præterea dato debuiſſet
27 † ratificari ſtatim poſtquàm ad notitiam eius per-
uenit. per tex. in l. diſpenſatorem, ibi deinde ratum
habuero, iuxta Gloſ. ibi, quæ dicit ſemel me certio
rato. ff. de ſolut. & ibi Paul. Caſtr. ad hoc notat illū
tex. & dicit alibi non ita bene probari, eſt tex. in l.
quo enim tutiore, §. Iulianus. ff. rem ratam haberi,
& bonus tex. in l. 1. in verbo mox. ff. de appellat. re-
cip. tex. clarus in l. ratum in verbo mox. ff. de ſolut.
ſed licèt Bart. in l. verò procuratori. §. fi. ff. de ſolut.
28 dicat quod † quādo certum tempus eſt præfixum
ad agendum actum infra illud tempus eſt facienda
ratificatio: vbi ait non eſt præfixum certū tempus,
infra quod debeat fieri ratificatio, dicit quandocū-
que tamen Imol. ibi eſſe arbitrarium: tamen arbitra
ri debet iudex, vt fiat, cùm primum fieri poteſt in-
ſpectis circunſtantijs ſecundum Imol. ibidem, &
verba Imolæ ait Euerardus eſſe conſona diſpoſitio
ni. tex. in dicta l. ratum dicta. l. quo enim, & dicta l.
diſpenſatorem.

Item dicebatur ex Euerardo ibi verſic. præterea
ex qoo ſumus, quòd ſi ratificatio hæc fieri deberet,
29 debuiſſet fieri, cum ſimus † in contractu vltro ci-
troque obligatorio, in præſentia venditoris, cui fa-
cienda erat obligatio, & in terminis noſtris dici po
teſt obligatio de pacto de retrouendēdo, quia quic
quid fit in abſentia illios, de cuius præiudicio agiē
actus quicunque, non præiudicat abſenti, & igno-
ranti l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & not. per Bar.
& omnes in l. non ſolùm. §. morte. ff. de nou. oper.
nuociat. Canoniſtæ cap. cùm M. ferrar. de conſt.

Item in terminis venditionis factæ abſente em-
ptore firmat Aret. conſi. 128. nu. 1. ubi ait quod ex
quo eſt contractus venditionis à principio non po
30 tuiſſet fieri niſi præſente parte † altera, & conſen-
tiente vel interueniente nuncio, vel epiſtola. ergo
ratificatio, per quam contractus princ. nullus non
afficit effectom eodem modo præſente parte, &
conſentieote debuit fieri, quia eadem ſolennitas re
quiritur in confirmatione actus, quæ in confectio-
ne niſi forte tempore confirmationis ceſſaret illa
31 qualitas per quam ſolennitas requiritur, † ſed
quādo ſolennitas, quæ deberet interuenire in actu,
pariformiter reſpicit tempus ratificationis, ſicut
tempus confectionis actus, ſicut eſt iſta ſolennitas
intrinſeca in contractu emptionis, quod conſenſus
debeat interuenire ſimul, & parte preſente, vel per
nuncium, vel per epiſtolam: nam illud eſt de forma
contractus emptionis, & venditionis, ſiue contra-
hat minor, ſiue contrahat maior, tunc ſtat regulā ſu
pradicta, ſi contractus præcedens fuit nullus forma
liter in confirmatione, requiritur eadem ſolenni-
tas intrinſeca.

32 Item † qoia ad perfectionem contractuum re-
quiritur conſenſus ſimultaneus. l. 1. ff. de pact. ita vt
interuallum vnius diei vitiet ſtipulationem. l. ſi ex
duobus. ff. de duob. reis per quæ ita dixit Gloſ. fi. in
l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. oblig. ubi Doct. & Iaſ.
num. 9. Io. Petrus Surdus in conſil. 157. nu. 12. in 2.
Et in eadem facti ſpecie ponit Corneus in conſ.
33 50. nu. 2. verſi. præterea & 2. in princ. vbi dicit † q
dicta venditio videtur nulla, quia inter abſentes in-
ter quos fieri non poteſt, niſi mediante nuncio, uel
epiſtola l. 1. in fin. de. contrah. empt. l. conſenſu de
act. oblig. qui nuncius minimè interuenit nec vide-
tur iuuare: quòd notarius fuit ſtipulatus pro abſen
34 tibus † quia licèt in ſtipulationibus prætorijs poſ-
ſit notarius pro alijs ſtipulari l. non aliter. ff. de ado
ptio. l. cùm autem ſeruus inſti. eo. & l. 1. §. exigere
de magiſtr. conueniend. & C. eo. tit. l. 1. l. 11. & lege
non quaſi. ff. rem pupill. ſal. fore. ſecus videtur in
conuentionalibus, prout dicit Innocent. in cap. du-
dum de conuerſ. coniugat. & eſt ſpeciale in iudicia
libus. Bal. in dicta l. non aliter & de mero iure idē
dicit Bal. in l. 1. C. per quas perſonas nob. acquiri-
tur, & idem ſentit Gloſ. Io. Andr. in verſi. mandato
in c. quanquam de vſur. in 6. & dato, quod quæra-
35 tur quando † eſt ſimplex ſtipulatio, ita quod agi-
tur ſolùm de quærenda obligatione ei, pro quo ſti
pulatur, non videtur, quòd ita procedat in contra-
ctu vltro, citroque obligatorio, quia non videtur,
quòd poſſit abſentem, & ignorantem obligare, nā
hoc iure non cauetur, & ſi non obligat ad pretium,
remanet emptio ſine obligatione ad pretium, ideo
contractus claudicaret, ideo non valet argumen-

tum

36 tum d.§.pretium:præterea † videtur, quòd illi, pro
quo ſtipulatur, quæritur eo ratificante, nam ſi non
vult ratificare, ruit contractus, & illi non quæritur
prout voluit Bart.in l.nec ei.§.cori.ff. de adoptio.
& facit, quod habetur in l.abſentis.C. ſi cert.pet.er
go interim ante ratificationem illis non quæritur.
ergo poterit alteri concedi.

Et deinde idem Corneus ſubdit, dato autem ſi-
37 ne veritatis præiudicio, quòd illa uenditio † te-
nuerit: tamen negari nequit quin fuerit conditiona
lis per dictam l.fin.C.de contrah. empt.& vend.in
38 d.§.pretium, & d.l. ſiquis arbitratu ita quod † pen
dente conditione non videtur, quæri aliquod ius,
quia natura condit onis eſt ſuſpendere effectum,
& vires actus conditionalis.l.perinde in principio,
& l.cùm ad præſens.ff.ſi cert.pet. & l.ſub conditio
39 ne & l.quod ſi ea.ff. de condit.indeb, & † licèt tra-
dita fuerit poſſeſſio, tamen tradita fuit ex cauſa vẽ-
ditionis, vel nullæ, vel ſuſpenſæ per conditionem
dicta traditio videtur nuda ſine cauſa, & per conſe
quens videtur, quòd non ſit efficax argumento l.
nunquam nuda.ff.de acquir.rerum dom.& dicta l.
ſi ſub conditione, & dicta l.quod ſi ea, in quibus di
ſponitur, quod eſt locus repetitioni.

Contrariam opinionem quòd iſte contractus va
leat, & teneat à principio, quo ad acquiſitionem
actionis vtilis ex tũc, ſed quoad dominium, & poſ-
ſeſſionem reuocabiliter, ſecuta autem ratihabitio-
ne irreuocabiliter, reintegra, firmo tanquam verã,
& quæ hodie ſeruatur, & per contrahentes eſt am-
plexus iſte modus contrahendi & in obſeruantia
quia vidi plures contractus & antiquos, & recen-
tiores ita conceptos.

40 Et primo authoritate † Cornei conſi.50.num.7.
verſi.non etiam nu.8.9.10.in 1.ubi firmat hanc opi
nionem ex pluribus, reſpondendo obiectis, & pri-
mo ait, quòd non vitiatur contractus, & dum dice-
batur: quòd emptores fuerunt abſentes, & non in-
teruenit nuncius, vel epiſtola, cùm contractus in-
ter abſentes non contrahatur niſi mediante nun-
cio, uel epiſtola l.1.in fi.ff.de contrah.emptio.l.cõ
ſenſu.ff.de actio.& obligat.& habetur in l.abſenti.
ff.de donat.& alteri non poteſt quis paciſci.l.ſtipu
latio iſta §. alteri de verb. oblig. & §.ſiquis alij in-
ſtit.de inutilib. ſtipulat. adde plura quæ cumulat
Euerardus in d.conſi.243.in 1.col.

41 Reſpondetur † quod notarius, tanquam publi-
cus ſeruus poteſt alteri ſtipulari.l.non aliter ff. de
adopt.& inſt.eo.titulo.§. cum autem ſeruus.l.ij. &
l.non quaſi.ff.rem pupilli.ſal.fore, voluit Gloſ.in §.
ſiquis alij de inutil.ſtipulat.Bart. in dicta l.ſtipula-
tio iſta §.ſi ſtipuler, vbi Angel. Imol. & Roman. ibi
num.13.ubi ait tam in iudicio quàm extra ex con-
uentione, etiam ſine mandato, & præſentia judicis
Bart.in l.1.§. exigere de magis. conueniend. poſt
Gul.in dicta l.non aliter, ubi etiam Docto.& in l.in
omnibus de præt.ſtipulat.docto. in l.poſſeſſio.§. &
ſi poſſeſſio.ff.de acquir.poſſeſ.& Bart.in l. generali
de tabular.lib.10. Bal.in l. per diuerſas in antepe-
nul.col.verſi.14.quærit.C.mand. Panormit.in cap.
dudum de conuerſ.coniugat. Portius in ſuis con-
cluſionibus reg.46.limit.17.lib.2.Gabriel concluſ.
lib.3.titulo de uerb.oblig.concluſ.17.num.9. Go-
mes.varia.reſolutio.tract.de qualit.contract.num.
18.verſi. tertius caſus Afflict. in conſt.baiulos om-
nes nu.39.& ſic commnnem recenſet Theſaurus
in pedamonta.deciſ.70.nu.2.

42 Imò nedum contractus † ipſe valet, ſed etiam
abſenti, pro quo contrahit, quærit actionem ſine
ceſſione poſt Bal.in l.1.C. per quas perſo. nob. ac-
quir.latè, qui infinitos allegat, Gabriel dicta con-
cluſ.1.nu.98.verſic. contrarium vbi dicit commu-
nem ex Beltrando in conſi.154.col.2.in princ.& cõ
ſil.163.col.2. in 2.l.1.§. exigere de magiſtr. conue-
nien.l.non quaſi ff.rem pupill.ſal.for.Bart.in d.§.ſi
ſtipuler, nu.3.verſi.3.fallit vbi Imol.nu.35.verſi.tu
adde Roman.num.14.Alex.num.11.Antonius Go
meſ.in dicto verſic. tertius caſus Ioannes Baptiſta
Botta conſi.58.num.30.& ſeq.vbi firmat ex infini-
tis authoritatibus atteſtantibus de communi acqui
43 ri, nedum actionem vtilem ſine ceſſione † ſed do-
minium, & poſſeſſionem, maximè ſtante iuramen-
to, & clauſula conſtituti, vel interueniente accepta
tione tacita, vel expreſſa Paſſet.conſi.48. vbi dicit
communem Tobias Nonius conſil.56. num.7.8.9.
10.latè Burſat.conſi.118.num.4. in primo vbi dicit
communem, & maximè notario ſtipulante pro ab-
ſente, quia ſtante clauſula conſtituti acquiritur do-
minium abſenti Ludouicus a Piguera deciſ.48.nu-
mero 11.

44 Quod doctores infra allegãdi ampliant, † quod
quæratur abſenti vtilis actio ſine ceſſione, etiam
nulla ſecuta ratihabitione abſentis. Gabriel in di-
cta concluſ.1.num.100. verſi. contrarium.ubi dicit
Beltrandum in conſi.156.in primo dicere commu-
nem, & Ruyn.conſi.41. col.2. in 5. dicere commu-
nem, magis communem Oſaſcus deciſi.Pedamon-
ta.33. magis communem dicit Cephal. conſil.33.
idem dicit Burſatus conſi.33.& latè conſi.118.ſed
Rubeus Alex.conſi.117.num.5.in fi.dicit ex Bald.
per eum allegato, quod in cõtractu vltro, citroque
obligatorio requiritur ratificatio: quod declara, ut
per Burſatum dicto conſi.118.vbi ponit in contra-
ctu emptionis: vbi dicit, quod etiam ante ratifica-
tionem non poteſt venditor reuocare venditio-
nem ſecundum communem, ibi num.4.

45 Hanc † ampliatam concluſionem Theſaurus in
Pedamonta.deciſi.70.à num.3.vſque ad fi.latè exa
minat, vbi ponit duas opiniones vtranque fultam
infinitis authoritatibus, quas ne membranas occu-
pem: quia poteſt videri.non refero omnia, per eum
allegata, qui tenendo illam opinionem, quod licèt
ante ratificationem acquiratur abſenti actio vtilis,
tamen ante ratificationem ſolum acquiritur ius re-
uocabiliter ibi numero 5.ponendo in terminis do-
nationis.

46 Et ampliat † primo etiam ſi in donatione inter-
ueniat traditio per retentionem vſusfructus ibi-
47 dem nu.6. † Secundo ampliat etiam, ſi fiat tradi-
tio per clauſulam conſtituti ibidem num.7.niſi vl-
tra conſtitutum interueniſſet ratificatio reintegra.
48 Tertiò ampliat, † ſi vltra conſtitutum adeſſet iura
mentum diſtinguendo de iuramento aſſertorio; ſe-
cus in iuramento promiſſorio ibidem num.8, idem
Burſat.conſil.118. num.5.6. in primo qui loquitur
49 in venditione. Quartò ampliat † ſi adeſſet reſcri-
ptum principis numero 8. verſ.ampliatur quarto,
50 Quintò ampliat † etiam, ſi morte donatoris

hæres

hæres ratificaſſet, quia donatarij hæres non poteſt talem donationem ratificare, licèt ipſe referat multos tenere contrarium, cum qua reſidere videtur ibidem num. 9. vide vltra doct. per eum allegatos Cephal. conſil. 411. num. 30. & ſeq. vſque ad numerum 28.

51 Sextò ampliat † etiam ſi prima donatio eſſet facta loco pio ibidem num. 10.

52 Septimò ampliat, † quando donatarius reſpectiue ad aliquid tenebatur, ibidem num. 10. verſic. ampliatur vltimo.

Et deinde ipſe met Theſaurus in dicta deciſio.
53 70. à num. 11. vſque ad fi. limitat primo † quando donatio eſt facta in iudicio, & iudex decretum ſuũ interpoſuerit quia acquiritur irreuocabiliter ex Pariſio, & Barbat. per eum allegatis.

54 Limitat 2. † ſi tacita ratificatio interueniſſet, quia tunc acquiritur abſenti irreuocabiliter ibidem nu. 12. vide Caualca. deciſi. 62. & Burſ. conſil. 118. in primo.

55 Limitat † 3. ſi vltra notarium interueniat perſona, quæ pro abſente acceptet, præſertim ſi eſt perſona, quæ poteſt prætendere intereſſe, vt pater pro filio, quia tunc acquiritur eo caſu irreuocabiliter ibidem num. 13. 14. Caualcaneus deciſione 42. numero 17.

56 Limitat † quartò, quando notarius ſtipulatur pro infante, quia tunc ei acquiritur irreuocabiliter per talem ſtipulationem ibidem num. 15. Rubeus Alex. conſi. 117. nu. 6. Ruyn. conſi. 47. nu. 3. in 5. Molines de hiſpan. primogenitis lib. 4. cap. 2. nu. 75. Pariſ. in conſil. 14. num. 28. in primo licet contrarium dixerit in conſi. 77. eodem prædictam limitationem tenet Dec. in conſi. 245. verſi. ſolum ergo.

47 Limitat † quinto, ſi primus contractus ſit ex cauſa lucratiua: ſecundus ex cauſa oneroſa, is, qui eſt cum ſtipulatione notarij ſolius, præfertur alteri, præſente parte, quod erit ex titulo lucratiuo, ibidem num. 16.

58 Limitat † Sextò, ſi donatio fiat coniunctæ perſonæ, & dilectæ, ut ſi pater donet filio, tunc acquiritur ius filio abſenti irreuocabiliter notario ſtipulãte, & iuramento interueniente ibidem nu. 6. verſic. denique limitatur allegat Crauettam conſ. 915.

59 Subdit autem poſt prædictas † rationes ſupra authoritatibus comprobatas, idem Corneus dicto conſi. 50. ibi verſi. directa, quòd contractus repauſatur in perſonam ipſius notarij ſtipulãtis ad hoc. l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & oblig. & l. procurator, qui pro euictione. ff. de procurat. & l. in cauſ. & titulo, & quod habetur in l. huiuſmodi in principio. ff. de legat. 1. per quæ iura dicit, quòd ẽt valeat emptio facta per alium, pro me, etiã quòd non ſit notarius, quia ipſe emit, & ſibi quæritur actio, prout concludit. Bal. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acquir. col. penult. verſic. venio ad ſecundã formam, & tenetur illam actionem cedere per docto. in l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſ-
60 ſeſ. † & licèt in priuato, qui emeret pro alio ſine mandato illo abſente recuſante, forte actio actiua, & paſſiua reſideret effectualiter in perſonam emẽtis: tamen in notario, qui videtur interueniſſe vt nudus miniſter; ſecus quia non ea fuit mens contrahentium, prout voluit Bart. in dicta l. non aliter ff. de adoptio. non propterea tollitur, quin interim actio directa actiue, & paſſiue, non reſideat apud eum etiam ſecuta acceptatione. Nam pro ut actio actiua eſt vtilis apud ratificantem pro ut habetur in iuribus præallegatis, ita & ſuadet ratio, quod ſit vtilis actio paſſiua apud eum & directa apud ipſum contrahentem, licèt non efficax.

61 Et per prædictas † rationes idem Corneus ibidem dicto conſi. 50. nu. 15. verſic. nec obſtat quod reſpondet motiuo: dum dicitur, quod non quæritur ius ei, pro quo notarius ſtipulatur. & non acceptante, per Bart. in l. abſentis. C. ſi cert. petat.

62 Secundò † reſpondet ibidem nu. 16. quòd ea, quæ habentur in §. ſi ſtipuler, quod paria ſunt emere pro alio, vel nomine illius, iuxta ea, quæ habentur per Gloſ. & doct. in l. huiuſmodi in principio, & notat Barbat. in l. 1. §. nunciatio ex hoc. ff. de oper. nou. nunciat. verſi. ſed quid ſi dico, quod etiã ex dictis Bal. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acquir. Et ſic concludit Corneus, quòd actus fundatur in perſonam notarij, & actio ſibi quęritur, & quidem ab initio: cùm illa directa non dependeat à perſona domini, deinde ſubdit quòd cum contra vtilis dependeat à directa, à qua cauſatur, cùm regulariter vtilis cedatur ab habente directam in dicta l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. & in l. 1. C. de actio. & obligat. nulli dubium eſt, quòd illa deſcendit, & cauſatur à directa. in notario eſt ſpeciale, quòd non requiratur ceſſio, ſed quodammodo ius cedit, prout in multis caſibus notatis in d. l. 1. vnde etiam iſta dependet à directa, ne duplex ſpecialitas reſultet contra l. 1. C. de dot. promiſ.

Et idem Corneus ibi nu. 18. verſi. & ideo maxi-
63 mè fortificat, quòd emptio † valeat maxime ſi interuenit iuramentum: cuius virtus eſt, vt plerunque validet cõtractum, iuxta ea quæ habentur per Bart. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. vbi per doct. c. cùm contigat de iure iura. c. quamuis de pact. in 6.

64 Et quod ſtante † iuramento alter alteri poteſt ſtipulari firmat Iaſ. in §. alteri nu. 4. Berous conſil. 13. num... in 3. Alex. conſi. 185. nu. 7. 8. in 6. Afflict. deciſ. 135. in fi. Ioannes Petrus Anchar. lib. 1. quæſtione 38. nu. 6. Berous conſi. 199. num. 4. in 3. Gabriel in titulo de verbo. oblig. lib. 3. concluſ. 1. limitat. 7. num. 69. ubi multos allegat hanc opinionem tenere licèt referat aliquos tenere contrarium.

65 Item ſtante iuramento † quæritur actio abſenti vtilis abſque ceſſione. Roma. in dicta l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. num. 5. Alex. ibi nu. 5. in fin. & nu. 8. in fi. & in §. ſi ſtipuler. num. 24. vbi Iaſ. num. 21. 31. in fi. Roma. ibi num. 30. Soccin. Iun. conſi. 131. nu. 1. in 3. Antonius de Petrucia in l. 1. in effect. 54. nu. 306. ff. de iur. iuran. Roma. conſi. 78. in principio. Natta conſi. 261. num. 7. & conſil. 262. num. 17. 18. vbi dicit communem Alex. conſi. 31. num. 13. verſ. & maximè cum iuramento in 6. & conſi. 185. nu. 7. 8. in 6. Roland. à vall. conſil. 19. num. 30. 31. & ſeq. in primo Ruyn. conſi. 144. num. 8. in primo Afflict. deciſ. 131. in fi. & Ruynus conſ. 132. in fi. in 5. quicquid dicat Couarr. in repet. c. quamuis pactum parte 2. c. 4. nu. 9. 10. de pact. in 6. vide Burſ. conſ. 118. nu. 5. 6. in primo qui tenet prædictam opinionem. Caualcaneus conſil. 42. num. 14.

Subdit deinde Corneus ibidem in dicto conſil.
66 50. num. 18. fortiorem rationem, † quòd ex ipſo
contractu naſcitur actio, & non ex ratificatione
quando interuenit ratificatio in terminis noſtris,
quia cùm obligationes, & actiones ex cõtractibus,
vel quaſi, maleficijs vel quaſi regulariter, & quaſi
ſemper oriantur inſt. de oblig. titulo generali. l. 1.
in principio ff. de actio. & obligat. non autem ex
ratificatione, quæ eſt actus vnius, non eſt contra-
ctus, vel quaſi & ita tenet Bart. Bal. & doct. commu
niter in l. ſi pecun. C. de negot. geſt. probando Bar.
ab ipſo nomine, & per tex. in l. ſi pupill. §. item quæ
67 ritur. ff. de negot. geſt. vbi Bart. idem vult † & pro
ut per proprium ſeruum quæritur ſtatim, ita & ſua
det rigor, quod quæratur per ſeruum publicum
qui tanquam publicus ſeruus quærit vtilem licèt
ſeruus proprius quærat directam: ſic aliàs in ſimili
in l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. ipſo
iure quæritur obligatio & actio ipſi, pro quo mu-
tuatur. & tamen eo poſtea recuſante euaneſcit, ut
ibi habet & probatur. in l. ſi abſentes. C. ſi cert. pet.
ita & hoc caſu quærit ab initio obligatio, & actio:
ipſi pro quo notarius contrahit: licèt illo recuſante
illa actio euaneſcat, & ideo emptio ipſa fuit ab ini-
tio facta, & valida, & in eo verificantur verba ſta-
tuti etiam ante ratificationem.

Ad contraria poſtea pro prima parte potes de
facili reſpondere ex ſupradictis: ſed magis partic-
ulariter reſpondendo dicere potes ad id quod con-
tractus, qui confertur in voluntatem alterius ex cõ
trahentibus, non valeat ex l. in uendentis dicas nõ
68 procedere in caſu noſtro: vbi † contractus fuit per
fectus cum notario, qui emit nomine abſentis, &
abſenti quæſiuit utilem actionem, & ipſe notarius
directam, & abſenti etiam dominium, & poſſeſſio-
nem ex conſtituto adiecto in ipſo contractu em-
ptionis, quia conſtituendo quis pro abſente abſen-
ti acquirere facit dominium, & poſſeſſionem licèt
reuocabiliter; vt ex communiori refert Theſaurus
deciſi. Pedamont. 70. & Tiraquel. de iure conſtit.
limit. 30. num. 13. & ſeq. licèt referat ibidem alios
tenere contrarium, & licèt pendeat ex futura ab-
ſentis deliberatione illam redemptam à notario
nomine abſentis velle: non tamen dicitur collata
venditio in vnum ex contrahentibus, ſed ſi placue
69 rit res vendita abſenti, quo caſu venditio † tenet
tex. eſt expreſſus in l. ſi res ita. ff. de contrah. em-
ptio. Bal. Salyc. & alij per illum tex. concludunt in
dicta lege in uendentis, non procedere in iſto caſu
tex. in l. in uẽdentis, & tex. in dicta l. ſi res & quod
venditio non dicatur conditionalis, ſed reſoluitur
emptio ſub conditione.

70 Nec obſtat quòd † in contractu vltro, citroque
obligatorio non acquiratur abſenti, niſi interueni-
at nuncius, vel epiſtola, quia prædicta concluſio li
mitatur, & reſtringitur non procedere in notario
ſtipulante pro abſente. pro ut Rubeus Alex. dicto
conſi. 17. & late firmaui, & firmant præallegati do-
cto. in terminis late Tiraquel. de iure conſt. limit.
30. à numero 15. vſque ad fin. & melius à numero
49. vſque 68.

71 Ad alia, quæ eliciuntur † ex l. multum intereſt,
reſpondetur ex ſupradictis, non procedere in no-
tario ſtipulante, & recipiente pro abſente, pro ut
ſupra dictum eſt ex tex. ibi loquitur in marito: qui
non poteſt ſtipulari, & acquirere vxori. Gloſ. &
alij in cap. conſtitutus de procurat. Alber. in l. 11.
C. per quas perſo. nob. acquir. & in §. ſi ſtipuler. nu.
22. Aluat. conſi. 104. num. 16. & ſeq. docto. in l. pa-
ctum, quod dotali. C. de pact.

72 Ad tex. † in l. filię cuius, reſpondetur: quòd ea
eſt ratio io illo tex. quia ſtipulando, & emendo pa
ter quærit ea, quæ iuris ſunt ſibi ipſi Bald. ibi num.
4. uerſi. iſta ſolutio intelligendo cum diſtinctione,
de qua per Salycet. ibi num. 5. uerſic. expeditis, &
Paul. de Caſtr. ibi acquiritur autem patri actio dire
cta, & ſibi ſtipulari videtur ſtipulando pro filio ad
quod dicitur & Gloſ. in l. dominus. ff. de verb. o-
blig. Gabriel d. concluſ. prima titulo de verb. oblg.
num. 33. 56. 37. & docto. in dicta. l. quod dicitur di
cunt, quòd quæritur tantum patri ex ſtipulatione
facta per patrem pro filio.

73 Ad tex. † in l. fundus ille, reſpondetur procede
re ea ratione, quia alteri non poteſt acquiri per al-
terum, & ſic venditor pro parte abſentis cogere-
tur inuitus ſtare communioni cum emptore, & ſic
grauaretur Salycet. ibi, & ideo ſecundum docto. in
dicta l. ſi mihi, & Titio habet locum ius accreſcen-
di, & ideo valet pro ſe: quia ſibi ipſe acquirere po-
tuit, ſecus in notario, quia pro alio emere, acquirẽ-
re, & ſtipulari poteſt.

74 Ad l. Caius † reſpondetur, quod non negamus,
quod in abſentem cum onere tranſire debeat ac-
quiſitio ios, & actio actiua, & dominium, & poſſeſ-
ſio cum obligationibus paſſiuis ut dixi, & dice-
mus etiam.

Ad illud, quod ſupra dicebatur, nec etiam poſ-
ſe ratificatione validari. Reſp. quod ex traditis per
Aret. in dicto conſi. 128. num. 2. 3. 4. 5. 6. præallega
75 to patet clara determinatio. † dum ait diſtinguẽ-
do, quod duplex eſt ratificatio; vna eſt, quando
quis ratificat actum geſtum ab alio nomine ſuo, &
ex iſta ratificatione actus ab alio incipit pertinere
ad me ex quodam quaſi contractu, qui reſultat ex
negotio geſto, & ratihabitione ut l. ſi pupilli. §. itẽ
quæritur. ff. de neg. geſt. & l. ex maleficijs. §. 2. de
76 actio. & oblig. † & in iſta ratificatione non agitur
de confirmando contractu nullo licèt cum actus
ſit geſtus nomine meo ſine mandato, non præiudi
cet mihi: valet tamen in perſonam facientis, ſi nõ
habeo ratum. l. ſi abſentis, & ibi not. C. ſi cert. pet.
77 in hac ergo † ratificatione, per quam non agitur
contractus primus nullus effici validum, ſed quod
negotium geſtum per alterum pertineat ad nos,
& iſto caſu eſt verum, quod dicitur quòd ratihabi
tio retrotrahitur, item ꝙ poteſt fieri ratihabitio
in abſentia partis, primum probatur in dicta l. ſi
pupilli. §. item quæritur, ſecundum tenet Gloſ. or-
dinar. ſecundum dictum in l. Pomponius, la prima
ff. de negot. geſtis & ibi eam approbat Bar. expreſ-
ſe in verſi. item ex eo, quod pendet ex voluntate
78 domini: & eſt veriſſimum, † quod cum per ipſam
ratihabitionem non inducatur nouus contractus,
ſed quaſi contractus, qui reſultat ex geſtione, & ra
tificatione ſimul iunctis non eſt neceſſaria præſen
tia partis, quia ad celebrandum, quaſi contractum
partis præſentia, cui quis obligatur, nõ requiritur.
l. ex maleficijs. §. is quoque. ff. de actio. & obliga-
tio.

tio. vbi ponit exemplum de aditione hæreditatis,
quæ eſt quaſi contractus: & ibi dicitur, & tamen in
aditione non requiritur præſentia legatarij, vel cre
ditoris, & ſecundum prædicta concludit Corneus
in dicto conſi. 50. num. 18. in primo.

79 Secunda ſpecies † ratificationis eſt illa, per quã
actus nullus factus ante ab ipſo nõ ab alio ratifica-
tur, vt valeat cum primo non valeret, vel quando
actus nulliter factus ab vno petitur ratificari ab
alio: qui habet poteſtatem cõfirmandi actum, exẽ-
plum in l. adoptio. ff. de adoptio. & in iſta ſecunda
ſpecie non procedunt concluſiones ſupradictæ.
80 Primò † non procedit prima concluſio in quantũ
dicitur, quòd ratificatio contractus nulli trahitur
retro: nam regula eſt in oppoſitum: quòd quando
contractus fuit nullus à principio defectu poteſta-
tis, vel ſolennitatis omiſſæ, nunquam ſi confirma-
tur trahitur retro ita not. Bal. expreſsè in l. fi. C. ad
macedo. in prima fallentia & 6. & probatur iſta cõ
cluſio in l. obſeruari. §. fi. ff. de officio proconſul. &
not. Bart. in l. 1. C. vbi de crim. agi. oport. de ſimili
quæſtione plura ponit Bar. in l. ab emptione & vlti
ma col. verſic. quæro ſi non erat integra. ff. de pact.
81 vbi dixit † quod ſi partes à principio recedunt à
contractu nulliter geſto, & poſtea confirmant il-
lum, diſtractum nulliter factum legitime, & vt fie-
ri debet, talis diſtractus non valet, vt retro: ſed vt
nouus contractus, & ut ex nunc: & hoc eſt, quod di
cit Bart. in fi. in l. 2. §. ſi filium. ff. pro donato. & tex.
82 in l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. † do
natio quæ confirmatur morte à principio, fuit nul-
la valet vt ex nunc, non vt retro, & probatur etiam
ex his, quæ ponit Bart. clarè in l. hæredes palàm. §.
ſi quid poſt ff. de teſtament. & in l. qui ex liberis. §.
de teſtam ff. de bon. poſſeſ. ſecundum tabul. ubi
83 Bart. ait † quòd qui confirmat teſtamentum prius
nullum de nouo videtur illud facere: & quod eſt
noua diſpoſitio. Secundò probatur ex regula quã
ponit Bart. in l. & quia ff. de iuriſd. omnium iud.
84 vbi concludit † quòd quando actus eſt ipſo iure
nullus, ille qui confirmat dat de nouo: ita declarat
Bal. in l. ex placito. C. de rerum permut. in 4. col. in
verſ. ſi autem quæratur.

85 Deinde Aret. ibi num. 5. diſtinguit † inter ratifi-
cationem per legem, quæ fit ipſo iure abſque facto
hominis, tunc non requiritur reiteratio cõtractus,
poteſt enim lex confirmare contractum nullum, ſi
vult: ſecus ſi ab homine: quia tunc requiritur eadẽ
ſolennitas in confirmatione, quia eſt contractus
nouus, & deinde num. 6. parificat confirmationẽ,
& ratificationem in ſecundo caſu.

Et idem Aret. in prædicto conſi. 128. nu. 6. verſi.
venio ad tertiam, colligit concluſionem ex prædi-
86 ctis † quòd in ratificatione modo, quo dicitur in
primo caſu, & in ea non requiritur præſentia par-
tis: ſed in ratificatione ſecundi caſus, per quam
contractus nullus nunc redditur validus, tunc re-
quiritur eadem ſolennitas intrinſeca, vel extrinſe-
ca in confirmatione actus nulli, quę in confirmatio
ne, cum ille qui confirmat actum nullum de nouo
faciat ex Bart. in d. l. & quia Berous conſil. 176. nu.
63. in primo iſta poſſint coadiuuari ex dictis per
87 Corneum in d. coſi. 50. nu. 9. vbi † ait inſuper em-
ptio, & venditio eſt contractus: qui ſolo conſenſu
contrahitur inſtit. de oblig. quæ ex conſenſu naſcũ
tur in principio, & l. conſenſu. ff. de actio. & obliga
tio. in l. ab emptione. ff. de pact. ſi inde vẽditor tra-
88 dit poſſeſſionem † rei venditæ ſatis dici poteſt quod
tunc conuenerint mutuo conſenſu, quod haberet
titulo emptionis; nam qui vult contractum exequi
quod eſt conſequens, vult eius antecedens, quod
eſt vt contractus ſubſiſtat arg. in l. illud de acqui.
hæred. & l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. & l. ad rem
89 mobilẽ, & l. ad legatum. ff. de procurat. & qui † cre
dit habere poſſeſſionem, & eam continuat non
credens quærere de nouo, ſed vti eam quæſitam
illam de nouo quærit, ex quo habet animum eam
habendi, vt notant communiter doctores, in l. 3. in
90 principio. ff. de acquir. poſſeſ. ita & † qui credunt
emiſſe, & vendidiſſe, & valide, licèt non fecerint
validum contractum, qui poſſunt tunc contrahe-
re, quia à ſolo eorum conſenſu dependet, cenſen-
tur tunc contrahere, ex quo conueniunt animus, &
conſenſus amborum contrahentium, quod contra
ctus ſubſiſtat, & hæc pariter cadunt in acceptatio-
91 ne, quam poſtea faciunt, ideo † ex nouo conſenſu
potuit induci emptio, ſi prima non valuiſſet, & illa
traditio poſſeſſionis videtur, quòd tranſtulit domi
nium licèt ex cauſa contractus conditionalis, &
collatus poſt mortem, vt probatur in ſimili in l. do
tis fructus, §. fi. & l. ſi ego ff. de iur. dot. per Bart. in
92 l. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſſeſ. † & in dubio, quã
do res datur ſcienter ei cui ſub conditione debe-
tur, cenſetur dari; vt ſtatim transferatur dominiũ.
l. 1. ff. de vſucap. pro dote, & l. ſed hoc niſi. ff. de iur.
dot. allegatur etiam Paul. de Caſtr. conſi. 174. inci-
piente in facto illorum de Gorardinis, & Bart. in
tract. tiberiad. lib. 11. de inſula in penultim. col. di-
93 cit † quòd licèt venditio facta de tribus ſtadijs
fundi, & ſic facta ad menſuram ſit conditionalis,
ut in l. quod ſępe. §. in his de contrah. emptio. pro
vt etiam ipſe dicit in l. Iulianus. §. Titius de actio.
empt. in ſuo conſil. 74. ſecundum ordinem in for-
mis incip. Petrus vendidit Bertæ, & ſecundum or-
dinem peruſinum non informis nu. 71. incip. qui-
dam Petrus videtur etiam velle Bal. in l. poſt perfe
ctam. ff. de pericul. & commod. rei vend. & in l. ſi-
94 cut de actio. empt. † tamen ſi res traditur ante-
quàm menſuretur, transfertur dominium, prout
ipſe Bart. in dicto tract. tiberiad. vbi ſupra conclu-
dit, & dicit ita dixiſſe in l. 1. §. ſub conditione. ff.
95 pro emp. † & ſic vult quòd qui ſimpliciter tradi-
dit ex cauſa venditionis conditionalis transfert in
terim dominium licèt non alleget Corneus proba-
ri in ſimili in iuribus præallegatis, ſcilicet in d. l. 1.
pro dote, & d. l. ſed hoc niſi iuncta l. ſtipulatio-
nem, & l. promittendo & l. dotis promiſſio. ff. de
iure dot.

96 Et ſic ex prædictis ſatis clarè liquet † contra-
ctũ prædictum factum abſente emptore notario,
pro eo ſtipulante valere, & tenere: & ita iſte pun-
ctus fuit reſolutus per M.R.C.

Et licèt in pręſenti cauſa fuerit allegatus doctor
de Intrigliolo in quæſtionibus ſuis bullaribus, quę-
ſtione 86. tamen ex ſupradictis clare videbis per
eum firmata non poſſe ſubſiſtere in eo, quod fir-
mat, quod contractus ſecundum formam bullæ fa-
ctus emptore abſente, & notario pro eo ſtipulan-
te:

97 te:non valeret, nec etiam † dum ex Bal.in l.in ve-
dentis in vltima quæſtione firmat, quod contra-
ctus prædictus reconualeſcat non ex eo tempore,
ſed ex ratificatione ſecuta ex nunc in vim noui
contractus, quia Bal.ibi firmat cõtrarium:ad quod
ipſe allegat, dum ait, octauo quæro, nunquid in l.
noſtra contractus reconciliatur per ſuperuenien-
tem voluntatem obligandi, ideſt perſonæ obligan
dæ ex volnntate, reſponde quod nõ, ne ſit in volun
tate vnius obligatio argumento.ff.de negot.geſtis
l.Pomponius ſcribit, & quod notatur.ff. de actio.
& obligat.l. ſub hac deinde idem Bal. tranſit ad
aliam ſpeciem contractus non obligatorij vltro,
citroque.

Idem Salycet.dictum per eum allegatum in d.l.
multùm intereſt, eſt contra communem, prout ẽt
ipſemet Salycet.ibidem dicit, & etiam in nu.4.ver
ſic.nec tanquam factum, & verſi.Item concluden-
dum eſt falſum. Item nec doctores regni ſcilicet
Petrus de Gregorio Aloyſius de ſeptimo, & Bla-
ſcus Lancea, quos habeo ſuper bulla tangunt iſtã
quæſtionem in libro meo, alios docto allegatos per
eum de Intriglolo non vidi:quia non habeo.

Reſponſum ad conſilium Surdi in conſil. 157.
num.12.dari poteſt, procedere in terminis ſuis da
ta pœnitentia ex parte alterius, ante ratificationẽ,
prout in caſu ſuo ibi nu.10.11.12.vſque ad nume-
rum 19.

Et ideo fuit deuentum ad diſcuſſionem:an quia
eſt promiſſio formaliter facta de faciendo contra-
ctu præſenti, & ſtipulante ipſo de Landolina, dica
tur adimpletum, & ſic eſto quòd contractus ſit va-
lidus, ſi dicatur adimpleuiſſe, & primo dicebatur
98 † quòd ex quo fuit facta promiſſio de ſoluenda
ſumma pecuniarum in manibus proprijs ipſius de
Landolina, hæc facultas ſatisfaciendi in ſubiuga-
99 tione in tot redditibus regulatur † ab eodem de-
terminabili:ergo pariformiter debet determinari.
l.iam hoc iure de vulg. & pupill.l. etiam quæ ędes
de vſucap. ſi ergo prima in pecunia debet fieri in
manibus proprijs, & ſic in domo illius de Landoli
na, eodem modo ſubiugatio eſt facienda, vt non te
neatur ire ad domum ipſorum de Sylua, & ob id
videbatur dicendum quòd non dicatur adimple-
100 uiſſe, quia † adimplere non dicitur, qui non adim
plet formaliter, & ſtante clauſula, & non aliter, nec
alio modo, quæ importat formam, non poteſt per
æquipollens adimpleri Gloſ. & Bal. in l.ſiquidem.
C.de exceptione.Pariſ.Alex.Decius Socc.citati p
Roland.in conſil.61.num.17.in 2. Cephal. conſil.
118.idem Roland.conſi.63.num.39.in 4.Riminal.
Iun.conſi.392.nu. 17.in 4. & faciunt deficere con-
ſenſum promittentis, quando non interuenerunt
qualitates expreſſæ.Riminal.Iun.conſ. 295.nu.87.
in 3.& quod non poſſit impleri, per æquipollens
eſt tex.in l.1.§.ſiquis ita ff.de verb.oblig. Bald. &
Angel.in l.1.de liber.& poſthum.Decius & alij re-
lati per Roland.conſi.43.nu.17.in 2.

Prædictorum reſolutio fuit capta ex diſcuſſio-
ne alterius motiui:quod fuit diſcuſſum, ſcilicet, an
101 in caſu, † quo requiritur ſolutio, ſiquis offert ẽt,
quod non ſoluat ei, qui recipere habet ſolutionem
& recuſat, ſi tenet̃ depoſitare, vel offerre ſufficiat
etſi attendimus materiam præſentis cauſæ, quia
ſumus in pacto de retrouendendo: in hoc eſt ali-
qua controuerſia:ſed Lupus in tract. de vſur.in ſe-
cundo cõmẽto.l.11.C. de pact.inter empt.& ven-
dit.§.4.num.107.dum refert vtranque opinionem
102 ſcilicet, quòd requiratur † vltra oblationem de-
poſitio, & conſignatio, & alteram, quòd requira-
tur ſola oblatio, tandem concordando diſtinguit:
quod oblatio ſola ſufficeret ad actionem conſequẽ
dam, ut ſcilicet venditor, quandocunque etiam
elapſo termino poſſit agere ad redimendum: & in
his terminis loquitur Bal.l.acceptam, & alij qui te
nent oblationem ſufficere, ſed quantum ad lucran
dum fructus perceptos, per emptorem, tunc poſt
oblationem requiritur etiam conſignatio, & depo-
ſitio, & hoc modo recipi debet contraria opinio,
per Tiraquel. de retract.lib.2.§.4. Gloſ.6.num.4.
quia de vtroque in præſenti cauſa fuit facta inſtan
tia in primo, & ſecundo articulo, in quibus magna
regia curia determinauit, ideo tangendo, & reſol-
uendo illum punctum, an hic contractus ſubiuga-
rius debeat fieri in domo de Landolina, vel in do-
mo de Sylua in fauorem iſtorum de Sylua modo
infraſcripto fuit determinatum poſtquam fuit dif-
ficultas diſcuſſa prout infra.

Ad id, quod ex parte de Landolina adduceba-
tur, quod debebat fieri ſubiugatio in ciuitate No-
103 ti in domo de Lãdolina, qa reſpectu fori † actor
debet ſequi forum rei. cap. ſi clericus laicum.C.
cùm ſit generale, de foro comp.l.3.C. de iuriſd.
omnium iud. & hoc procedit tam in iudicijs, quã
in contractibus, ut tradunt doctores in l.hæres ab-
ſens.§.1.de iud.& magis in ſpecie, & eſt commu-
nis theorica in l.item illa de conſtit.pecu. & l.cum
filius.ff.de verbo.obligat.& in cap.ſignificante de
104 pignorib.quod † quando debitor & creditor ſũt
diuerſi fori, creditor debet accedere ad domum
debitoris, latè docto, in dictis iuribus, & Duenas
de reg. iur. in uerbo creditor regula ibi, & magis
ſtrictè, quotieſcunque aliquis vult ſibi alium obli-
gare, & aliquid acquirere, licèt regulariter non te-
neretur, iſto caſu tenetur accedere ad domum il-
lius, à quo vult acquirere, ſeu aliquid prætendit,
ita per tex.in l.cùm quidam.C.de condit.inſert.&
l.1.& fi.ff.de condit.& demonſtr.& tradit Bart.in
l.item illa in 1.col.in fi.ubi ſequitur Bal.Salycet.&
Raphael.num.7.in fi.verſic.qui autem & vltima &
Paul.num.13.Ioannes de Anania in d.c.ſignifican
te nu.3.Abbas num.19. Imola num.32. de pignor.
Aret.in §.præterea nu.33.Inſtit.de actio.

Per quod dictum, & theoricam in terminis ter-
105 minantibus in eo, qui petit † retrouenditionem
ſibi faciendam ex pacto, ut teneatur accedere ad
domum retrouenditionem facere debentis, tradit
Iaſ.in ſuo conſil.216.in 2.quem ſequitur Tiraquel,
de retract. lignag.§.9. Gloſ.3. nu.6. & non impu-
gnat Natta in conſi.513.in 2.col.in 3.

Reſpondebatur euitando prædicta ex doctrina
Nattæ in præallegato conſi.513.in 3.qui in caſu ſi-
106 mili retrouenditionis firmat, quòd quando † per
ſona, cui eſt facienda reuenditio, eſt perſona, cui
debetur reuerentia, & obſequium, debet ire credi-
tor & ille, qui debet facere reuenditionem ad do-
mum eius, cui eſt facienda retrouenditio, & licèt
Natta loquatur in principe, idem in muliere cùm
militet,

militet. eadem ratio ſcilicet obſequij, & reueren-
tiæ, cum ſit mulier & nobilis, ſcilicet baroniſſa, &
de principalibus ciuitatis Syracuſarum, & mulie-
107 ri † nobili debetur honor. Cagnol. in l. 2. nu. 8. ff.
de reg. iur. debetur honeſtas: cuius reſpectu, ſi de-
108 beret recipi in teſtem † ad eam iudex debet ire,
& ipſa non teneatur ad iudicem ire tex. in cap. mu
lieres. de iudicijs in 6.

109 Debetur obſequium, † & reuerentia, cuius cau
ſa mulier pro debito ciuili tam priuato, quàm pu-
blico carcerari non debet. Sed in eius bonis proce
ditur §. neceſſarium in auth. & nulli iud. dixit Me-
noch. de arbitr. iud. lib. primo quæſtione 88. nu-
mero 10.

110 Debetur † & mulieri reuerentia vti perſonæ
egregiæ, ut non teneatur ire ad iudicem, vt delatũ
iuramentum ſubeat: ſed debet ſibi domi à iudice
tranſmitti iuxta tex. vbi Bart. & Odofred. in l. ad
egregias. ff. de iure iurand. cum perſonę egregiæ
mulier æquiparetur. Menoch. de arbitr. iud. caſu
70. num. 1. & 13. facit tex. in auth. ſed hodie. C. de
officio diuerſ. iud.

111 Debuit † ire ad domum iſtorum de Sylua, quia
ibi contractus fuit factus: ita dicebatur determina
ri Imol. in l. cùm ſolius. §. ſi promiſſor in fin. ff. de
verbo. obligat.

Coadiuuabantur prædicta maximè quia regula
112 † eſt quod creditor tenetur pro ſolutione reci-
pienda ire ad domum debitoris, ex Bart. in l. item
illa num. 9. ff. de conſt. pecu. Bal. in l. acceptam in
12. quæſtione. C. de vſur. ita dixit Cornens in cõſ.
70. litera 1. in 2. vbi refert omnes doctores tenere
poſt Gloſ. in d. l. item illa. Iaſ. in conſi. 87. num. 14.
in primo, iſtam opinionem cõmunem dicit Alex.
in l. cum fili. §. fi. num. 3. ff. de verb. obligat.

Ad id, quod dicebatur ex deciſione Hieronymi
Mangonij in lucenſi rota deciſione 78. in fi. vbi di-
ctum, quod elicitur ex Natta quod quandò quid
113 † eſt adimplendum per viam conditionis, tunc
tenetur ille, qui habet implere, ſeſe offerre, & in
domum illius, cuius eſt adimplenda cõditio, quòd
ab eo petatur, & hoc dicit etiam in caſu, quo debe-
tur reuerentia perſonæ.

In hac materia ponit diſtinctionem Bal. in d. l. fi.
114 nu. 8. & 9. C. de condit. inſert. dũ diſtinguit † q̃d
aut debitum eſt, cum alicuius obſequij, aut reuerẽ
tiæ exhibitione debitor debet ire ad domum cre-
ditoris, cui debetur obſequium, ponit exemplum
in Vaſallo renouante fidelitatem, & in cenſuali, &
victuali, quos vocat quodammodo ſubditos, aut
115 † eſt debitum ſimpliciter ſine contemplatione
alicuius obſequij, aut reuerentiæ: & tunc aut eſt de
terminatus locus, in quo debet offerri, & tunc ad
illum locum debet accedere, tam debitor, quàm
106 creditor † aut non eſt determinatus, & tunc ſi-
quidem oportet dari cauſa conditionis adimplen
117 dæ debet fieri oblatio in domo creditoris † idẽ
ſi cauſa moræ purgandæ, aliàs creditor debet ire
ad domum debitoris, vbi conueniret, & exigeret,
deinde Bal. ſubdit dic, quòd ſufficit quolibet lo-
co, & tempore congruo offerre præſenti credito-
ri: & è contrario interpellari præſentem credito-
rem, non enim ſufficeret offerri in mari, aut in iti-
nere de noctes: ſed Petrus Anchara. in cap. ſignifi-
cante num. 8. verſi. ſi quinto non eſſet de pigno. in
terminis, vbi creditor eſt diuerſi fori, diſtin-
118 guit † hoc modo: aut debitor tenetur ſoluere Ca
nonem pro re emphiteotica, & tunc non tenetur
ire ad domum creditoris: ſed ſufficit, quòd dicat
in eius domo ſum paratus ſoluere, ſi eſſet qui reci-
peret: aut ſolutio quæ eſt facienda nõ eſt reſpectu
certæ rei, vel pro aliqua re: & tunc aut illa ſolutio
reſpicit tantùm commodum perſonæ: & debet ire
ad domum debitoris, aut reſpicit commodum bur
zale, & patrimoniale & tunc aut ex iſta ſolutione
volo aliquem mihi obligari, vel aliquid acquirere,
& tunc debitor tenetur ire ad domum creditoris:
aut volo me exonerare, ne incidam in moram, vel
in pœnam, & tunc ſi diuerſi fori, creditor tenetur
ire ad domum debitoris, & hoc dicit verum quan-
do vult reus ſoluere, ne incidat in moram: ſed ſi
vellet ſoluere, vt purget moram, vel pęnam, vel pe
riculum interitus, iam iſta ſolutio facit, vt aliquid
ſibi acquiratur, & non ſimpliciter, vt ſe exoneret
ergo debet ire ad domum creditoris, & idem di-
cit de actore, qui ſemel fuit in mora recipiendi,
nam poſtea debet ire ad domum, vt purget morã
ſuam, & reum in mora conſtituat, quam diſtinctio
nem approbare videntur omnes alij Canoniſtæ in
d. cap. ſignificante: & Antonius de Butrio Abbas
Io. de Anania Imol. licet ſub alijs verbis ponant.

Hoſtienſis autem in dicto cap. ſignificante quẽ
ſequitur Antonius de Butrio, & Cardi. ibidem po-
119 nit, quòd prædicta nõ procedunt in ceſſione † fa
cienda alteri, quæ poteſt recipi per notarium ab-
ſente parte.

120 Attamen † non obſtantibus eis, quæ ex parte
iſtius de Landolina allegantur in hoc puncto, ma-
gna regia curia decreuit debuiſſe fieri cõtractum
in domo ipſorum de Sylua: tum quia contractus
ſubiugatorius de ſui natura poterat explicari pro
abſente ſtipulante notario, prout ſupra fuit con-
cluſum in terminis ſimilibus per Hoſtienſem, Bu-
trium, & Cardinalem præallegatos: vbi in ceſſio-
ne ponunt, & etiam quia non aderat locus deſtina
tus expreſſæ ſolutioni, & confectioni contractus
ſubiugatorij: tunc licèt de iure allegata ex aduerſo
procedere poſſent, tàmen in hoc procedit diſpoſi
tio tex. in l. 3. §. idem Iulianus tractat. ff. de eo, q̃d
121 cert. loco, vbi etiam doctores, & Alber. † ibi di-
cit quòd ſoluens alio loco, quàm in loco deſtinato
non liberatur, ſed propter intereſſe durat petitio
de vtroque, ſed de æquitate fit abſolutio à ſorte, &
condemnatur ad intereſſe argumento. l. fin. ff. de
verb. oblig. & tex. in l. is, qui ff. eo. titulo, qui vide-
tur contrarius procedit poſt petitionem, ſed ante
petitionem procedit tex. in dicta l. 3. §. idem Iulia-
nus, & §. & generaliter, & ſic ſecundum prædicta
remanſit petitio ſi eius intereat denuo publicari
cum eius præſentia, ſcilicet eo præſente ſtipulãte.

Item quia data validitate contractus ſubiugato
rij facti abſente iſto de Landolina quatenus fuit pa
ctitatum, quòd deberet fieri eo præſente, & ſtipu-
122 lante, reſponſum fuit, quòd eo requiſito pro † eo
defecit, non interuenire habetur hæc conditio, &
qualitas adimpleta ad fauorem ipſorum de Syl-
ua, dum defecit per ipſum de Landolina. l. iure ci-
uili. ff. de condit. & demonſt. & ſic ſufficit ſecun-
dum

dum prædicta ſupra concluſa, quòd obtulerint, ꝙ
parati erant iſti de Sylua adimplere ſcilicet facere
contractum ſubiugatorium in Ciuitate Syracuſa-
rum. & ſic in domo propria ſecundum prædictam
ad hoc, vt eis fuerit quæſita actio ad petendum eis
fieri debere retrouēditionem feudi iuxta pactum,
& conuentionem, inter eos habitam in actu tran-
ſactionis.

Ad alia, quæ mouebantur ex parte iſtorum de
Landolina, primò quod non erat contractus perfe
121 ctus omni ſua perfectione, quia † non fuerat regi-
ſtratus infra tempora à ſtatuto requiſita, quo caſu
quia hoc cenſetur ineſſe in ipſo pacto, quod debe-
ret regiſtrari ſecundum formam ſtatuti, ſecundum
quod contraxiſſe præſumuntur, vt tradit Pancirol.
conſi. 177. nu. 2. Menoch. conſi. 754. n. 27. in 5. eius
omiſſio facit, vt contractus reſpectu iſto non ſit va
lidus. & dum fuit pactitatum, quod deberet fieri
cum præſentia, & ſtipulatione ipſius, & cum conſi
lio aduocatorum, ex quo nihil iuuat interpellatio
in fauorem eius, qui non implet; quia non inter-
pellatio, ſed adimplementum conſtituit in mora.
Cephal. conſi. 407. nu. 17. in tertio.

Secundò, ꝙ non adimpleuit, quia in contractu
122 ſubiugatorio in pacto ꝓmiſſionis euictionis † nō
eſt pactitatum de ſimplici moleſtia, ſed dictum in
contractu in caſu, quo ſuccumberet. etſi fieret cum
præſentia aduocati, cōſuleret, ꝙ apponatur pactū,
prout de conſuetudine regni apponitur, ſcilicet in
caſu ſimplicis moleſtiæ, poſſit agi via executiua:
quod de iure non intelligitur, niſi in pactum dedu-
catur. Gloſ. in l. 3. C. de euictio.

Marius Anguxiola conſi. 155. n. 13. Rolan. à Val.
123 cōſi. 68. nu. 37. in 3. & ſi adeſſet pactum † de ſim
plici moleſtia, non diceretur moleſtiam pati, niſi ef
fectum habeat, ſcilicet cum effectu, prout tradit
Crauetta conſi. 682. nu. 4.

Tertiò non adimpleuit, quia non præſtitit pro
124 iuſtis expenſis, ad quas tenetur, † & iſto caſu nō
dicitur integrum depoſitum, ex quo de iure tenet
ad expenſas, de quibus per Tiraq. in tract. conuen-
tio. §. 6. gloſ. 2. in princip. & nu. 24. §. 7. gloſ. prima.
Cagno. in l. 2. q. 82. nu. 235. & ſeq. in fi. verſic. & vi-
detur, vbi ampliat hoc procedere etiam ſi dicatur;
quod fiat retrouenditio pro eodem pretio, quia no
mine pretij venit intereſſe.

Per infraſcriptas reſolutiones, & reſponſiones,
prædicta omnia fuerunt reſoluta, ad primum mo-
125 tiuum † dicebatur non per hoc non dicetur con-
tractus perfectus, & validus, licèt nō fuerit inſinua
tus: quia inſinuatio requiritur, quoad præiudicium
tertiorum, non autem contrahentium. Secūdò hoc
requiſitum, quòd cōtractus deberet inſinuari, cùm
ſit requiſitum, quòd debet interuenire poſt perfe-
ctionem contractus, non per hoc eo non interue-
niente contractus annullatur: ſed remanet vali-
126 dus. item etiam quòd † poſſit dici ſolennitas;
dicitur de ſolennitate accidentali, non de ſubſtan-
tiali, vt vitietur contractus, & dicitur ſolennitas
effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato,
ita in terminis ſimilis ſtatuti firmat Cephal. conſi-
lio 171. à numero decimo, vſque ad vigeſimumſe-
cundū in ſecundo. Item ad eum de Landolina ſpe-
ctabat pro ſua maiori cautela. Bald. in l. cum multę.
C. de donat. ante nupt. Angel. conſil. 179. in fine. &
Alex. conſi. 157. nu. 10. in ſecundo.

Item ad id, quod dicebatur quod in ipſo cōtra-
ctu ſubiugatorio erat appoſitum pactum, quod ip-
ſe contractus potuiſſet ſemper, & quandocunque
clauſulari, reformari & reduci ad conſilium ſapien-
tis, & aduocatorum; & ſic adimplementum fuit fa
ctum eo modo, quo potuit, ex quo iſte de Lando-
127 lina cum eius aduocatis noluit † interuenire, &
ſic fuit adimpletum, ſi deficit per eum: dicta leg.
Iure ciuili, & nihilominus per pactum prædictum
eſt ſemper aperta via ſupplendi, quod deficit. &
quia tenebatur infra ſeptennium adimplere, vt
habeat feudum retrouenditum: ſufficit eo modo
adimpleuiſſe. Bart. in l. reus. ff. de procurato.

Ad ſecundum, de expenſis dicebatur, quod in-
ter contrahentes fuit de certa ſumma conuentum,
quæ debebat in ſubiugationem conuerti, & ſic vl-
tra eam non poterat prætendi, quod fieret ſubiu-
gatio, quod ſecus eſſet ſi ſolutio fuiſſet facta in pe-
cunia, quia tunc integrè non diceretur facta ſolu-
tio, niſi ſoluerentur expenſę maximè, vbi de expē-
ſis fuiſſet facta expreſſa conuentio in pacto de re-
trouendendo.

128 Ad tertium quia nihil erat liquidum, & ad †
copiam confectionis contractus non tenetur, niſi
fuiſſet expreſsè conuentum. Albericus in l. abſolu-
tè, vbi dicit ita communiter ſeruari. C. de condi-
ctio. ex lege. idem Felyn. in capitulo accedens. lo
primo. numero tertio. vt lite non conteſta. additio
ad Cappell. Tholoſa. deciſione 47. Marcus deci-
ſione 369. num. 8.

Magna curia decreuit, quòd oppoſitiones reij-
cerentur ita, quòd non cogeretur ipſe de Landoli-
na tradere poſitionem feudi, niſi publicato denuo
contractu ſubiugatorio per ipſos de Sylua iugales
in eorum domo, præſente ipſo de Landolina, vel
alia legitima perſona, pro eo infra terminum die-
rum viginti, infra quem vtraque pars curet adim-
plere, & dempta clauſula in caſu euictionis, ſi ſuc-
cubuerit, ponatur in caſu ſimplicis moleſtiæ: &
quod apponatur pactum, quòd in caſu, quo feu-
da, & bona ſubiugata reperirentur alienata, poſſit
agi via executiua ad effectum, prout de iure; &
quoad expenſas, ſaluis iuribus dicto de Landolina
veniendi via ſua.

Et contractus prędictus fuit habitus pro valido,
licèt ſubiugatio fuerit facta abſente emptore, ſed
magnam regiam curiam mouit ad ſic pronuncian-
dum: quod denuo publicaretur cōtractus propter
pactum in eo adiectum, ibi quod contractus ipſe
ſemper reduci poſſit, prout voluerunt & volunt,
quod reducatur ad conſilium ſapientis, & aduoca-
torum; & iudices magnæ regiæ curiæ loco ſapiētis
regularunt. nam ſi pro valido non habuiſſent, ſu-
pradicta prima interlocutoria non eſſet ſic pronun
cianda: quia tempore interlocutoriæ erat lapſum
tempus ſeptem annorū, datum in contractu ad re-
dimendum: & ipſi de Sylua tpe interlocutoriæ nō
potuiſſent admitti ad recuperādū feudū ex pacto
de retrouendendo, ſed tempore primi contractus
ſubiugatorij ſic. & hoc declaratur per aliam ſecun

dam interlocutoriam latam per m.r. e.dum interlocutum fuit fructus feudi acquiſitos illis de Sylua à die primi contractus ſubiugatorij, & ab ea die acquiſitum cenſum, ſeu interuſuria ipſi de Landolina.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei.*

2 *Virgo etiam diues habet priuilegium. l. vnica. C. quando Imperator inter pupill. & vid.*

3 *Iuriſdictio ſuper gentibus alicuius loci intelligitur priuatiuè ad ipſum principem. maximè quando in priuilegio dicitur, quod officiales non poſſint cognoſcere. nu. 4.*

5 *Pater res filiæ dicitur poſſidere iure familiaritatis.*

6 *Quando conuenitur quilibet pro ſua poſſeſſione non habet locum. l. nulli. C. de iudi.*

7 *Fori declinatoriæ exceptio non reijcitur per pragmaticam in debito cenſus iuxta formam bullæ. n. 23. 24.*

25 *Renunciatio fori non afficit tertium.*

26 *Nec iuramentum in renunciatione fori obligat tertium. num. 27.*

31 *Contrarium in num. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Et ita ſeruatur. nume. 43.*

39 *Limita hanc ſecundam in iudice prorſus incompetente. nu. 40. 41. 42.*

8 *Maximè quando allegat priuilegium. 37.*

9 *Exceptio non dominij admittitur in debito cenſus iuxta formam bullæ.*

10 *Donatio facta abſenti notario ſtipulante & maximè, quando facta minori etiam data ſententia præſumpta ex ſanguine, & cohibitione. nu. 11. 12.*

13 *Viduæ, & miſerabiles poſſunt declinare forum, nec derogari dicitur, niſi expreſſè deroget. nume. 14.*

15 *Miſerabilis præfertur non miſerabili.*

16 *Inter pariter priuilegiatos præfertur qui de damno ei, qui de lucro tractat.*

17 *Notorium non debet probari, ſed tantum allegari. numero 18.*

19 *Iuriſdictio in dubium dicitur conceſſa cumulatiuè. numero 20.*

21 *Priuilegij verba ſtrictiſſimè intelligenda, & vt minus lædant. num. 22.*

28 *Nullitas defectu iuriſdictionis non intelligitur reiecta per ſtatutum reijciens nullitatem. Et ſi cum iuramento promiſit non allegare, num. 29. etiam quod dicat lex exceptionem faciendam, non obſtante exceptione nullitatis. nu. 30.*

44 *Subiugatio ſuper rebus ſuis tenet etiam donatis, quando res donata non tranſit in dominium donatarij. quando donatio non fuit acceptata, nec ratificata. numero 45.*

46 *Maximè quando donatio eſt ſimulata: quia non obſtat iuramentum. nu. 47.*

48 *Simulata dicitur, quando poſt donationem poſſidet donator.*

49 *Donator ante traditionem poteſt rem donatam obligare, & hypothecare.*

50 *Donans, qui remanet in poſſeſſione rei donatæ poteſt conueniri à creditoribus.*

51 *Dilatoriæ exceptiones reijciuntur per pragmaticam.*

DECISIO V.

Fuit cauſata executio in tribunali magnæ regiæ curiæ ad inſtantiam Beatricis Surano contra Iannottum Azolini detentorem loci ſpecialiter ſubiugati in contractu ſubiugatorio, vigore cuius contractus agitur.

Dicebatur primo ex parte Aleonoræ, & Iānotti Azolino oppoſitiones per eos præſentatas
debere ſtare. quia priuilegia ciuitatis Montis Regalis
ſunt clariſſima, & ſtant in viridi obſeruātia,
etiam in criminalibus atrocibus, quòd ciues non
poſſunt conueniri alibi extra eam ciuitatem, & coram
alijs officialibus. Nec obſtat, quòd actrix ſit
perſona priuilegiata. nam conuenta etiam eſt priuilegiata.
& in iſto caſu actor ſequitur forum rei.
1 quia † priuilegia cōquaſſantur, & res reducitur ad
ius commune, Decius in c. in præſentia de probat.
Afflict. in conſtitutione ſtatuimus. Couarr. practicarum
quæſtionum. cap. 7. & Decian. conſi. 126. in
principio volumine 3.

Nec obſtat prętendere conuentam eſſe diuitem
& partem actricem eſſe pauperem: nam hoc eſt
ſomnium vigilantium, cum neq; de paupertate ipſius
actricis, neque de diuitijs cōuentæ conſtet: &
hæ probationes ſunt merita cauſę oppoſitoriæ, ſed
in veritate de iure hoc motiuum non poteſt ſubſi-
2 ſtere, † ex quo virgo etiam diues habet priuilegiū
conſtit. ſtatuimus. & l. vnicæ. C. quādo Imperator,
ita Natta conſi. 590. per totum, vbi dicit, tunc requiri
paupertatem, quando vult eligere iudicem
eccleſiaſticum, tanquam perſona miſerabilis, non
ſi vult eligere forum propriū, vel Imperatoris, ita
etiam Couarr. practicarum quæſtionum c. 7. verſic.
tertio conſtat Andre. relatus per Afflict. in conſtit.
lege præſenti. nu. 30.

Similiter non obſtat prætendere, quòd priuilegium
Montis Regalis non conceſſerit iuriſdictionem
abdicatiuè. nam ad hoc reſpondetur, q quan-
3 do eſt conceſſa †: iuriſdictio ſuper gētibus alicuius
loci particularis cēſetur data abdicatiuè ad ipſum
4 principem, concedentem † maximè quādo in priuilegio
eſt dictum, quod officiales regis non poſſint
homines cognoſcere, vt fuit in caſu noſtro, ita
Grammaticus decis. 30. per totam deciſionem. &
Decian. conſi. 35. nu. 60. vol. 2.

Nec dantur in pręſenti caſu continentiæ cauſæ
nam in veritate pater non poteſt cōueniri proprio
nomine. nam eſt res filiæ, & ipſe non poſſidet, ſed
5 tantùm detinet iure familiaritatis. † quo caſu cum
principale intereſſe ſit filiæ, ipſa poteſt allegare forum
ſuum. dum ipſa poſſidet Capic. deciſ. 8. item
non dantur continentiæ cauſæ, cum ille non poſſit
conueniri nomine proprio, imò ratione iſtius continentiæ
res deberet tractari corā iudice puellæ, q̄
poſſidet dū pr̄ cenſet cōuentus vti adminiſtrator.

Tantò magis, quia adiudicantur bona filiæ, &
6 patris pro poſſeſſione vniuſcuiuſque †. quo caſu cū
potuiſſet diuidi cauſa à principio, quia quilibet
conueniretur pro ſua poſſeſſione, nō habet locum
tex. in l. nulli. C. de iudic. ita in indiuiduo Neuizan.

in Sylua

in Sylua nupt.lib.6.nume.43. Couar.practicarum
quæſtionum cap.34.
Nec refert quod pragmatica reijcit oés exce-
7 ptiones.nam exceptio † declinatoria ſori admitti-
tur,& executio debet fieri corã iudice cóperente.
Bal.in l.in criminali.C.de iuriſd.omn.iudi.Foller.
ſuper bulla in verbo quæ quidem executio.nu.10.
Petrus de Grego.ſuper bulla in 8.q.in 2.requiſito,
& Benedictus de Barcis de guarentig. parte tertia
q.13.Benedictus de Benfacto de pacto, de non op
ponendo nu.22. Septimus ſuper ritu. 120. verſicu.
item quæritur.fol.104.Couarru. practicarum quę-
ſtionum cap.25.nu.5. refert Intriglolus ſuper bul-
la q.18.qui multos refert, & teſtatur de communi
8 † maximè, qui allegat iſta conuenta ſorum ſuum,
& ex l. 1. C.quando Imperator cui priuilegio per
bullam non intelligitur derogatum.Ita in terminis
Blaſcus, & Antonius Lancea ſuper bulla in verſic.
reſcripr.ſo.7.in annotationibus diuerſorum.
Præterea opponitur exceptio nó dominij, nam
ſubiugans ſecerat donationem de prædio ſubiuga
9 to † quæ exceptio cùm ſit deficiẽtis qualitatis ad-
mittitur.Bald.in l.diuus.ff.de milita. teſtó.Soccin.
iun.conſi.67.nu.19.volumi.1. & in bulla vltra Pe-
trum de Gregorio in quæſtione quinta principali
in ſecundo requiſito. Prouinzalis in verbo proprie
tatibus ſuis,qui bullam ponderando in illis verbis
ſuis allegat Ang.in l.ſi ſuperatus. in primo notab.
de pigno.& Bald.conſi.136.præmiſſis in volum.1.
Montaltus ſuper bulla in verſicu. authenticis do-
cumentis Ioãnes Aloyſius de Septimo ſuper bulla
in quæſtione incipiente pragmatica vult, quòd nó
audiantur oppoſitiones.
10 Nec obſtat, quòd donatio † fuit facta abſenti.
nam ex ſtipulatione notarij, & iuraméto quod ſup
plet præſentiam partis quæritur dominium. iſta
eſt magis communis ex Rolan. conſi.19.volumi.1.
Riminal.iun.conſi.112.nu.138.vol.2.Burſat.conſi.
33.in princ.Pedamont.deciſ.33. per totam,& præ
ſertim in final. verbis. Couarru. de teſtamentis in
rubri.3.par.nu.13. Gittera in repet.c.quamuis pa-
ctum de pactis.in 6.nume.54.Cephal. conſil. 33.in
princ.& conſi.440.vol.3.vbi latiſſimè. Paſſerr.cóſ.
11 48.nu.2.† qui dicit id maximè procedere, quádo
eſt facta minori donatio latiſſimè Caualca. deciſi.
42.& iſti oés tenent dominium quæſitum eſſe do-
natario ꝑ ſtipulationem notarij, ꝗcquid ſit in alijs
contractib.quod exinde non poteſt in nihilo diſpo
nere de re donata donans ſtante ratificatione.
12 Ad quæ accedat † pręſumpta ſcientia, & ratifi-
catio,quæ oritur in caſu noſtro, tum ex coniunctio
ne ſanguinis, & ſimultanea habitatione patris do-
nantis,& filiæ donatariæ, conſcientia probatur ex
his,quæ ſolent in notitiam deuenire, vt dixit Ro-
lan.dicto conſ.19.nu.39.volum.primo, tum ex re-
giſtratione,& inſinuatione exinde facta de ipſa do
natione, in qua inſinuatione cùm fuerint neceſſa-
rię expenſæ,præſumitur facta ad inſtantiã filiæ, &
præſumitur ad eius notitiam deueniſſe. Fely.in c.ex
ſicut.nu.44.de re iudi.Capicius deciſ.86. n.11.ſed
lige,vt Cephal.ponit in cóſ.441.à n.74.uſq; 79.i 3.
Ex parte autem Beatricis de Surano rńdebatur
13 quo ad primũ clariſſimum eſſe † in iure, ꝙ viduæ,
& miſerabiles perſonæ poſſunt in quacũque parte
iudicij ſiue agant, ſiue conueniant declinare quod-
cunque forum ſi perhorreſcant potentiã partis ad
uerſæ,per tex.& ibi docto.in lege vnica.C.quando
Imperator inter pupill. & viduã, cuius materiam
latiſſimè pręter cæteros examinauit Andr.de Iſer,
& poſt eum Afflict.in conſtitu. regni ſtatuimus de
officio magiſtri Iuſtitiarij. Vbi aperto ore dicunt,
quòd licèt actor de iure communi forum ſequatur
rei.per tex.in l.fi. C.Vbi in rem actio. & per tex.in
c.cùm ſit generale extra de ſoro compe. hoc tamẽ
forum non habet quando viduæ, aut miſerabiles
perſonæ agunt propter priuilegium dictæ legis
14 vnicæ, cui † per quodcunq; priuilegium deroga-
tum,nunquam videtur niſi expreſsè à principe fue
rit dictum ſecundum Cyn.& Ang.in dicta l.vnica,
quos refert,& ſequitur Afflict.in dicta conſtitutio-
ne,ſtatuimus.nu.15.16.Grammat.deciſ.20.Couar.
practicarum quæſtio.cap.7.Foller. in dicta conſti-
tutione ſtatuimus.nu.20.Carauit.ſuper ritu Neap.
cap.231.nu.quinto.
Et dato, quod in idem priuilegium concurrant
15 perſonæ pariter priuilegiatæ,attenditur ratio † mi
ſerabilitatis,& paupertatis.vt ibi per eos.Afflic.in
conſtitutione ſtatuimus.nu.19.20.21. Carauit.ſu-
per ritu Neapol.c.228.nu.1.2.3.Foller.in conſtitu.
ſtatuimus.n.19.& in caſu, quo priuilegia eſſent pa
16 ria † in paribus perſonis ita, vt venirent conquaſ-
ſanda: eo caſu venit in cóſideratione perſona, quę
tractat de vitando damno,& non perſona,quæ tra
ctat de lucro captando. prout in caſu noſtro, quia
pars aduerſa innititur donationi,quæ continet cau
ſam lucratiuam, & iſta miſerabilis vidua de Sura-
no prætẽdit cauſam oneroſam ex cauſa adiudica-
tionis iurium,de quibus agitur pro dotibus per eã
apportatis,& prout in ſcripturis,ad quas habeatur
relatio.in his terminis de cauſa lucratiua, & onero
ſa.loquitur tex.in l.fi.ff.ex quib.cauſis maior. & ibi
docto.& in c.auditis de in integ.reſti.Ancha. con-
ſil.36.Paul.de Caſtro conſ.314.Roman. conſ.179.
Deci. in c.in præſentia. extra de probat.& Aret.in
§.rurſus inſtituti.de action.
17 Et quòd omnes ſupradictæ qualitates concur-
rant in perſonam iſtius de Surano notorium eſſe,
& notorium ſufficere allegare ſecundum gloſ.not.
18 in clem.appellaui.de appell.& tanto † magis,quia
hóc notorium cóſtat iudici, vt iudici,qui vidit ſcri
pturas vtriuſq; partis per ea, quę poſuit Bal.in l.5.
C.vt quæ des aduoc.par.& habetur per Guid.Pap.
in quęſtionib.Delphinalibus.quæſt.221.
Non obſtat priuilegium dictæ Ciuitatis Montis
19 Regalis.ꝙ cum ex eius lectura, † & tenore appa-
reat conceſſum loco.i.monaſterio,videtur etiã có-
ceſſum perſonis per text. in c.per exemptioné de
priuil.in 6.vt plenè examinat Rom.conſi.180. quo
caſu iuriſdictio conceſſa loco cenſetur conceſſa cũ
mulatiuè,& nó priuatiuè. niſi expreſſis verbis hoc
dicatur. in priuilegijs aũt concedentis ſemper vi-
detur excepta ſuperioritas concedentis,& ei ꝓſer-
uata.ſecundum Bal.in l.qui ſe patris. C.vnde libe-
20 ri.& Bald.conſi.326. † vbi etiam dicit,quod iuriſ-
dictionem concedens creditur maiorem penes
ſe iuriſdictionem retinuiſſe. & quod iudex infe-
rior eam non priuatiuè, ſed cumulatiuè habeat,cũ
ſuperiore concedente, ita vt inter eos ſit locus

præuentioni ſecundum Aretin.conſi.101.Ang. in l.1.§.ſiquis.in princ.ff.de appell.Bal.in c.1.de his, qui ſeud. dar. poſſ. in vſib.feudor. & etiam tex. in c.dudum de præbē.in 6.tex.in l.1.de offic.præfec. vrb.& ibi Bar.& plura poſuit Grammat. deciſ.80. per totum Rolan.à Valle.conſi.60.nu.6.in 2.conſi. 3,nu.137.138.139. Foller.in conſt.Inſtrumenti nomen.n.116.Fely.in c.paſtoralis limit.Ruyn.cōſ.7. in 4.Natta conſ.487.nu.24.25.26.27.in 3.

21 Priuilegij † enim verba ſtrictiſſimè intelligenda ſunt,cùm tractent de exemptione, & ſubtractione iuris alterius,vt not.Innocen.in c.inter dilectos de conſangui. & affinita.& in c.accepimus. extra de priuilegijs,& in c.olim de verbo. ſignifi.quo fit,vt illud locum habere dicendum ſit inter homines, & perſonas dictæ ciuitatis,prout ſonant verba dicti priuilegij,& non extendātur ad alias perſonas, quæ ſunt alterius ciuitatis, & loci.

22 Item † priuilegij verba,ita intelligenda ſunt, vt minus lædant ius commune c. dilecti de foro competenti.vbi docto.in caſu autem, de quo agitur ſi ratione dicti priuilegij Vidua, & perſona miſerabilis exhibere non poſſit, ciues Ciuitatis Montis Regalis non modò læderent,ſed tolleretur ius cōmune.hoc eſt l.vnica C.quādo imper.inter pupill. & vidu.quod dicendum non eſt. cùm princeps,id non ſenſerit, cuius mens ſeruanda eſt maximè in priuilegijs concedendis.l.ſcire oportet. §.ſufficit. ff.de excuſat.tuto. l.credendum.ff.qui.pet.tuto, & ita in his terminis,conſuluit Roman.conſi.180. vt ibi eſt videre.

Fundamentum huius exceptionis eſt in Bald. in l.criminali. C.de iur.omnium iud. quem refert, & ſequitur in terminis bullæ. Foller.ſuper bulla in verſi.quæ quidem executio nullo falſitatis. nu. 10. quem Foller, refert & ſequitur Nicolaus Intrigiolus in quæſtionibus bullaribus.quæſt.18. Felyn. in c.paſtoralis nu.11.verſic,collige extra.de except.

23 vbi ait †,quòd prohibitus excipere adhuc excipere poteſt,de incompetentia iudicis. vbi alios allegat,& ſecundum hāc opinionem firmat Petrus de Gregorio in tertio poſſeſſore, qui in contractu non interuenit,nec renunciauit foro ſuo.Petrus de Gregorio ſuper bulla quæſtio. 8. verſic,ſecundo requiritur,quod interueniat, dum dicit ſecundo requiritur,ꝙ interueniat ea, quæ concernūt perſonā Iudicis,coram quo cauſatur talis executio, vt ſit iudex competens agentis. quia licèt bulla plenam licentiam, & liberam facultatem concedat contrahentibus poſſe facere quācunque obligationem,& promiſſionem cuicunq; foro non tollit declinatoriam fori, niſi contrahentes ipſi cuicunque foro ſe ſubmiſerint,& renunciauerint, prout dictant ver-

24 ba bullæ & ſic bulla † non tollit priuilegium,& declinatoriam fori, niſi quatenus partes expreſſe renunciauerint,quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſſimè. ff.de lib. & poſthum.l.ſi dotem in princip.ff.ſolu. matri.fortius dico, quod etiam ſi non eſſemus in caſu omiſſo declinatoriæ fori, quia talis exceptio recuſationis capit defenſionem de iure naturali, quæ nō potuiſſet tolli per principem, ergo non præſumitur ſublata per dictam regiam pragmaticam. & voluit Philippus Francus in capitulo poſtremò, in 3.colum.de appellatio. quinimo dico, quod ſtante renunciatione fori,quoad venditorem, & eius fideiuſſores, & hæredes, vt putà nominatos in dicto contractu, ut aliquis ex his declinatoriam fori

15 allegare non poſſet, illa tamen renunciatio † fori facta in ipſo contractu cum iuramento non afficeret tertium poſſeſſorem corporis ſpecialiter ſubiugati,vt putà non nominati in principali cōtractu; ſed tantùm agitur ratione poſſeſſionis rerum ſpecialiter ſubiugatarum ex forma regiæ pragmaticæ & non ex forma contractus,quia contractus etiam

26 iuratus † non obligat perſonas, niſi nominatas in eo,& perſonas expreſſatas, & non ſubauditas. l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogonus ff.de verbo.oblig.declarat Bal.in l.ſi pro te. C.de dot.promiſſ.& iuramen-

27 tum † tantum ligat perſonam iurantis, & eius heredes ad obſeruantiam cōtractus, vt declarat Bartol.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquit.hæred. hæc firmat Petrus de Gregorio.hoc idem ſentit Caſſane. in conſuetu.Burgun.tit.de cenſ.Rub.11. in tex.ibi contra latenemente.nu.7.

Antonius Lancea dicit,an exceptio iuriſdictionis uideatur excluſa.Vide gloſ.in clemen.1.de ſeque.& fruc.in fi.Ioannes Philippus de Paternione,

Nam etiam, quòd ſtatutum, ſiue lex remouet

28 quācunque nullitatem.per verba generalia,† non intelligitur reiecta nullitas, quæ prouenit defectu iuriſdictionis.Ripa.in l.4.§.condemnatum.nu.24. ff.de re iudica. Felyn.in Rubr.de foro competente.numero 2.Paris.conſi.45.num.28.in 1.qui alios allegant.id tenere Alexand. de Neuo conſi.56.nu. 7.Calcan.conſi.16.nu.94.

29 Quod † amplia etiamſi cum iuramento promiſiſſet non allegare nullitates .quia admittit Ange. in cōſi.187.in fine conſi.198.in fine Peruſin. in c. dilecto, quæſtione 50.de appellatio. Curt. Senior conſi.68.colum.fin.licèt de ea dubitet.Ripa in l.4. §.condemnatum.numero 24.ff.de re iudica. Fely. in dicta rubr.de foro competen.num.2. Pariſ.conſi.45.nu.29.in 1.Gozad.conſi.72.Afflict.in conſti, conſtitutionem diuæ memoriæ. nu. 57.

30 Amplia † etiam, quòd lex dicat executionē faciendam non obſtante exceptione nullitatis. gloſ. in clem. 1.de ſeq.poſſeſ.& fruc.tex. Vbi Bald.in l. Scire oportet.§.ſi.ff.de excuſa.tuto. Ripa in l.4.§. condemnatum.nu.23.ff.de re iudi.

31 Ego autem dico, † quòd exceptio incompetentiæ,& defectus iuriſdictionis nō admittitur aduerſus executionem contractus venditionis cēſus iuxta formam bullæ,nedum non admittitur,ſi allegetur à cōtrahentibus, qui eorum foro renunciarunt cum iuro,prout eſt venditor,& fideiuſſores,& eorum.hæredes,ſed nō admittit,ſi allegetur etiā per tertium detentorem bonorū, & rerum ſpecialiter ſubiugatarum;moueor ex verbis apoſtolicę bullæ, dum ait ibi,ac etiam quaſcunq; alias obligationes & ſummiſſiones cuicunq; foro, nec nō renunciationes promiſſiones iuramentis, & alijs cautionibus vallatas,& alia quæcunque de quibus inter ementes,& vendentes huiuſmodi cenſualia cōuentum, & in pactum deductum fuerit plenam licentiam, & liberam apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus facultatem.

32 Et ſic † contractus, pragmatica diſponit exe-

qui

qui poſſe hunc contractum venditionis cenſus iu-
xta formã bullæ, intelligit iuxta ſui formã, & con-
uentionem, & cum omnibus pactis in eo adiectis.
Sed ſic eſt, quòd in contractu vẽditionis cenſus
vltra quòd adeſt pactum, quod ipſe cõtractus poſ-
ſit exequi in quocunque foro & magiſtratu: eſt ali-
33 quando expreſſum, † quod poſſit executio cauſari
in mag. reg. cur. ex pacto, quod debet, nedum ap-
prehendere contrahentes, & eius hæredes, ſed e-
tiam & tertium. ex diſpoſitione pragmaticæ. quia
qui ſe ſummittit foro alicui non poteſt illud decli-
nare, etiam clericus. Cæſar Vrſillus in addi. ad Af-
flict. deciſ. 206. n. 4. poſt Cortã in ſuis memorialib.
i verbo clauſula generalis. Foller. Imperiali cẽſura
in verſic. & ſummiſſiones cuicunque foro nu. 1. 2.
34 Et ſic prædicta procedunt in ſummittente † ex
conuentione. idem videtur dicẽdum, qñ à lege, vel
à ſtatuto contractus, & conuentio habet executio-
nem eandem contra tertium, ſicut contra principa
lem conuenientẽ, & paciſcentem, vt omnia pacta
contra tertium exequãtur, & hoc etiam firmaui in
deciſio. 7. nu. 30. & ſeq.
Pondero etiam verba regiæ pragmaticæ in illis
35 verbis † ibi iuriſdictionis abdicationes &c. & ibi
quæ executionibus vigore cõtractuum huiuſmodi
cenſualium faciendis directè, vel indirectè impe-
dimento eſſe poſſint.
36 Caſſeneus † ait in conſuetud. Burgun. in tit. de
cenſ. rubr. xi. in tex. ibi contra letenementer. nu. 7.
concludit, qđ põt rã iudex vbi eſt ſita res, q̃ iudex
domicilij detẽtoris eſſe iudex cõpetẽs, aut i credi-
toris electione ſit, & arbitrio, corã quo agere velit.
37 Sed † ex dictis per Antonium Lanceã ſuper bul
la circa finẽ poſſet dubitari de vidua, & pupillo de
clinante forũ. m. r. c. dum ait lancea ibi, an per iſtã
bullã, & per regiam pragmaticã ſint correcta iura.
C. qñ Imperator? credo, ꝙ non quia quod expreſsè
non mutatur, quare ſtare ꝓhibetur? l. præcipimus.
in fine C. de appell. l. ſancimus. cum ſimilib. C. de
teſtam. non obſtat, dum tollit euacuationem, & iu
riſdictionis abdicationẽ, quia intelligitur de faciẽ-
dis ab homine, vel à iudice nõ autem, vbi clauſum
in corpore iuris arg. l. hæres abſens. in principio,
in verbo priuilegio. & ibi Gloſ. ff. de iudicijs, & ita
fuit terminatum in magna regia curia. hæc dicta
a lancea faciunt pro hac opinione.
38 Non obſtat † dictũ Foller. in præallegato n. 10.
nam eius dictum ipſe limitat fortè non procedere
ſtantibus clauſulis, q̃ ſolẽt apponi paſſim in oĩbus
inſtrũs. quod poſſit vbiq; cõueniri, areſtari, & capi.
39 Nicolaus † Intriglolus reſtringit prædictam cõ-
cluſionem, ut putat ex dicto Petri de Gregorio, &
Ioannis Aloyſij de Septimo, & Henrici de Medi-
cis in iudice prorſus incompetente. ſed ego in Pe-
tro de Gregorio hoc non legi, & quod hoc non di
cat, poteſt colligi ex verbis prædicti de Gregorio,
q̃ ſuprà poſui, nec ẽt uidi alium præter ꝑdictos ſu-
per bulla, q hunc punctum diſcutiat, ſed bene hãc
Nicolai diſtinctionẽ ponit Socci. in l. 2. n. 3. 4. ff. de
except. ꝑſcript. & præiudiciis; licèt ipſe eum Socc.
non alleget, & videtur hanc diſtinctionem tenere.
Couar. practicarum quæſt. c. 25. n. 4. verſ. idemque
Angel. vbi allegat Pariſ. conſ. 109. col. 2. nu. 4. in 4.
Rip. in l. 4. §. condemnatum. nu. 25. ff. de re iudica.

Fely. in c. paſtoralis. n. 12. de excep. Burſat. cõſ. 74.
nu. 32. 33. in 1. licet Ioannes Aloyſius de Septimo
ſuper bulla in quæſtione illa, an competat officiũ
iudicis in verſi. & pro hoc adduco caſum: vbi dicit
pro hoc adduco caſum in clem. 1. de re iud. & cle-
40 men. 1. de ſequ. poſſeſ. & fruct. vbi † exceptio nulli
tatis ex incompetentia iudicis admittiẽ, tanquam
non repulſa à iure. & in clem. 1. de re iudi. repelliẽ.
dicit Imola ibi col. pen. poſt Antonium, quod illud
ibi eſt. quia lex non repellit in totum exceptionem
41 nullitatis, ſed differt cauſam † & propterea exce-
ptio etiam notoria, & defectus poteſtatis non põt
opponi. & ita Barba. & Imola in c. dilecto, quos re-
fert, & ſequitur Præpoſ. in dicto cap. dilecto. 7. col.
licèt allegans dominos de Rota, referat alium in-
tellectum Petrus de Ancha. ad illam literam.
Et ideo poteſt colligi ex Ioãne Aloyſio de Septi
42 mo, ꝙ † hæc exceptio incõpetentiæ nõ põt admit
ti ante ſolutionẽ in prima iudicii inſtãtia, ſed poſt
factã ſolutionẽ, & hoc colligiẽ ẽt ex tex. in clem. 1.
ibi donec huiuſmodi ſentẽtiæ plenariæ fuerint exe
cutioni mandatæ. de re iudi. in clem.
Et ideo uidemus vſu receptum in magna regia
43 curia non admitti in bullam exceptionem † decli
natoriæ fori aduerſus executionem contractus de
biti pro cenſu vendito, iuxta formam bullæ, & itã
etiam aliàs fuit deciſum per magnam regiam cu-
riam in alia cauſa, in qua petebatur remitti ad forũ
magiſtri portulani, & etiã ad aliud forum, & etiam
dum eſſem iudex conſiſtorii ſ. r. conſcientiæ, non
fuit remiſſus ad forum auditoris generalis quidam
not. Leonardus de Napoli. & ego in tribunali ma-
gnę reg. cur. ſemper vidi hoc ſeruari. quod ſi eſt
executio cauſata in mag. reg. curia, non admittitur
exceptio declinatoriæ fori, nec etiã ſi principaliter
remitti petatur. & ita ſemper tenui, et ſeruaui ſem
per faciendo vim in ſupra dictis rationibus.
Nõ obſtat aliud, quod opponebatur in præſenti
cauſa de donatione. nam ſi bene aduertatur ad in-
ſtrumentum ſubiugationis, de quo agitur. iam ſub
44 iugantes ſuper † rebus eorum potuerunt facere,
prout re uera fecerunt ſubiugationẽ. quia hoc im-
portat verbum illud ſuper rebus ſuis. l. 2. §. 1. ff. de
relig. & ſumpt. fune. not. Bar. & doc. in rub. ff. de no
ui oper. nunc. Alex. conſ. 171. vol. 6. & ſubiugantiũ
45 † bona erant non obſtante donatione, nondum ſe-
cuta acceptatione, & ratificatione donatariæ non
obſtante ſtipulatione notarij pro abſente prout di-
cit Paul. de Caſtro conſi. 171. & conſi. 197. Deci. cõ
ſil. 598. & Guid. eo. in quæſtionibus delphin. conſil.
99. & poſuit nouiſſime Bellon. cõſ. 76. in fi. & Deci.
in l. contractus quidam. ff. de reg. iur.
46 Non obſtat iuramentum † in inſtrumento dona-
tionis appoſitum, in quo pars aduerſa fundabat ſe
quandoquidem iuramentum vires non habet, nec
quicquam operatur in inſtrumento ſimulato. quia
deficit conſenſus. & vnum dicitur, & aliud fit. doc.
in Rub. C. plus valet, qđ agiẽ, q̃ quod ſimulatè con
47 cipiẽ. ſimulatio aũt † ex his præſumiẽ, quia per æs
alienum vrgens, & propter molẽ debitorũ, quibus
opprimebanẽ illi ſubiugantes, ꝓmiſerunt donatio
nẽ in perſonã eorum filiæ, & neptis abſentis mino
ris, & cõſtitutæ i anno ætatis ſuæ nono, aut decimo
ꝓut in dicto inſtrumento donationis; & ſimulatio

iam fuit detecta, quando poſt donationem ſemper
48 poſſederunt † prædium donatũ, quod poſtea ſub-
iugauerunt, & tanquam rem propriã eorum ſubmi
ſerunt bullæ apoſtolicæ, & regiæ pragmaticæ. l. ſi-
cut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
ſol. & donat pater filiæ in poreſtate, & ſic ſibi ipſi
donat per regulam iuris quicquid acquirir filius,
patri acquiſiuit: meritò igitur potuit ſubiugare ſu-
per re ſua.

49 Imò donãs † ante traditionẽ poteſt rem donatã alteri ſubiugare, Deci. in conſ. 251. n. 3. verſi. tertiò principaliter in 2. Berous conſ. 60. in princ. Tiraq. de iure conſt. limir. 1. nu. 6. & ſeq. Celſus cõſ. 53. n. 2. & conſ. 100. ſed id inrelligit Berous in d. cõſ. 60. & Deci. cõſ. 139. n. 6. Vbi non adeſt conſtitutũ, itẽ in caſu ſuptadicto præſumitur ſimulata, & nulla ſecundum Beroum conſi. 170. in primo.

50 Et ſi donans † remanet in poſſeſſione rei donatæ, põt conueniri per creditores, ſuper re donata etiã ꝙ donatarius opponat de donatione. Berous deciſ. 204. num. 47. circa finem.

51 Sed hæc † non ſunt prẽſentis ſpeculationis. cùm ſint dilatoriæ exceptiones, quas pragmatica reijcit, & ſolutionẽ realem tm̃, & dũtaxar admittat: & de iure exceptiones requirẽtes altiorem indaginẽ non admittunt, vbi inſtrumentum habet executionem promptã, & paratam per ea, q̃ ponunt doc. in l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudi. & Capici. deciſ. 17. fuit decretum in hac cauſa ſtãtibus prædictis oppoſitiones reijci debere. & ita fuit interlocutũ. ꝙ oppoſitiones reijciantur. & c. præſtito. & c.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſus poteſt vẽdi ita, vt ſolutio cenſus ſit in farinis, n. 12, 13, 14. 15. 16. 17. 18. 19*

2 *Contractus dicitur licitus, ex quo ſolitus celebrari in illa ciuitate.*

3 *Nullitatis exceptio dicitur reiecta per pragmaticam.*

3 *Maximè ſtante pacto de non opponendo, per quod exceptio non admittitur ante factam ſolutionem.*

4 *Inſtrumentum non fidem facit, non dato termino ad reprobandum.*

5 *Ante factam ſolutionẽ non datur repulſa. quia eſt ſpecies defenſionis.*

6 *Defenſio denegata non admitti poſſe etiam contraria inſtrumenta.*

6 *Valoris probatio eſt de eo, quod venditur in foro eo. n. 29. Idẽ ſi cõiter venditur in domib. priuatis. n. 31.*

7 *Cenſum ſoluendum in pecunia dicunt hoc magis periculoſum animæ, quàm illud, quod in re. nu. 8. niſi ad vitam vendatur, nu. 9.*

10 *Iuſtus valor cenſus diuerſus ſecundum diuerſas regiones, in Sicilia ad decem pro centenario. nu. 11.*

13 *Pretium cenſus venditi ſoluendus in farinis vino, oleo datum in eadem ſpecie, quomodo debeat ratiocinari, & quod tempus attendatur. n. 14. 15. 16. 17.*

20 *Pretium cenſus venditi, quod fuerit ſolutum probare debet emptor, & q̃uo dr̃ probatum. n. 21. 22. 23. 24.*

25 *Solutio qñ debet fieri in aliquo loco, q̃uo probet mora.*

26 *Debitor an teneatur ire ad domum creditoris.*

27 *Debitor, qui non eſt in mora, nõ liberatur à debito, ſed à pœnis, & intereſſe, quando petitur res debita.*

28 *Executio non poteſt fieri de debito illiquido,*

30 *Debitor in mora conſtitutus tenetur ad intereſſe quanti plurimi, & probatur à tempore moræ, etiam ſi penuria fuit momentanea.*

32 *Valor probatur, ſi communiter venditur in ciuitate, & loco vbi conſignatio fieri debet.*

33 *Venditio imaginaria eſt nulla. & quando imaginaria. numero 34. 35.*

D E C I S I O VI.

In cauſa executionis vertente in tribunali Magnæ regiæ Curiæ executionis cauſatæ ad inſtantiam Raphaelæ de Gregnis contra hæredes ſubiugantis, & detentores, & poſſeſſores molendini ſubiugati ſe oppoſuerũt Marcus Antonius, & Ioãnella de Catharina, nec non & Ioannes Martinus de Lagnuſo V. I. d. vti tertius de dominio, & poſſeſſione molendini, ſuper quo erat interpoſitum primũ decretum, pro adimplemento executionis fuit dubitatum, quid iuris circa reiectionẽ oppoſitionum. primo quia dicebatur ex parte cõuentorum opponendo primò, ꝙ iſte contractus, in quo contrahentes fecerunt contractum ſubiugatorium dãdo tot vncias ratiocinando ad vnciam vnam pro ſalma farinæ, loco pretij cenſus, & venditum fuit tantum cenſus ad rationem decem pro uno in tanta farina ſingulis annis, ꝙ iſte contractus non eſſet licitus, & permiſſus, ex quo nõ habebat iuſtum pretium maximè, ꝙ habito reſpectu ad pretium farinæ, quod ratiocinatur hodie non poteſt dici ſolutum iuſtũ pretium annui redditus venditi in tãta farina ſingulis annis igitur cõtractus illicitus, & vſurarius potius dici poſſet, & non verè ſubiugatorius. vt uocat actrix, dum vult, tanquam habens naturã contractus ſubiugatorii, eum exequi debere.

SEd ex parte actricis, reſpondendo huic capiti
1 oppoſitionis: dicebatur primò †, quòd contra-
ctus erat licitus. quia vendi poterat cenſus in fari-
na, allegando Innocen. in c. in ciuitate. n. 2. de vſur.
Martiũ deciſ. 21. in 2. Ant. Theſaur. in deciſ. Pede-
mont. deciſ. 154. qui aliquid facere videbãtur pro
actrice, quoniam alij doctores allegati ſcilicer Bru
norus à Sole, in quæſt. 4. 10. & Burſat. in conſ. 11. in
princ. non faciunt, quoad iſtum punctum.

Secundò ex parte actricis adducebat̃, quod iſte
2 † cõtractus, eo modo factus vti cõtractus bullæ ſo
litus eſt celebrari p ꝓbos & bonos uiros illius ciui
tatis. & ſic licitus dicit̃, & permiſſus ſcd̃m Nattam
in conſ. 498. num. 26. in 3. Riminal. iun. conſi. 177.
etiam dicit Decian. in terminis contractus vendi-
tionis cenſus in conſi. 2. nu. 80. 81. 82. 83. in princi.

Fortificabat etiã ꝙ qñ dubitari poſſet in aliquo,
3 ꝙ contractus ſit nullus per regiã pragmaticã † eſt
nullitas reiecta, vt admitti non debeat ante factam
ſolutionem, ſed exequi maximè etiam ſtante pa-
cto de

ƈto de non opponendo allegando Iaſ. in l.1. C.de
iur.& fact.ignor.nu.17.verſi.4. ex iſta doctrina ſe-
cutus.Bar.in l.ſi filius.ff.ad macedo.add.ad Rom.
in conſi.300.Soccin.in conſi.51.nu.6.in principio.
Bald.in l.Planè.ff.quod falſo tuto.Felyn.in l.exce-
ptione de exceptio.Stracc.de merc a.in tit.quomo
do in cauſa mercat.nu.47.
4 Ad inſtrumenta † partis contrariæ, per quæ inten-
debat probare pretium cenſus non condecens, re-
ſpondebatur non facere fidem, non dato termino
ad reproban ex Rom.in conſ.156.& cõſ.519. Bar.
in extrauag.ad reprimen.in verbo de plano.Marſ.
ſing.81.Neuiz.conſ.45.nu.15.Dec.conſ.1.n.67. &
5 † quia non poteſt dari repulſa in hoc iudicio, quæ
eſt defenſionis ſpecies.Carau.in ritu Neap.c.144.
nu.8.cum ſit denegata aduerſus executioně bullæ,
6 non debent † admitti contraria inſtrumenta, nec
ex eis probatur valor. quia valoris probatio debet
eſſe de eo, quod communiter in foro vendebatur.
non attenditur ſingularis ualor.l.pretia rerum.vbi
Bart.Alex.latè.ff.ad leg.Falci.Maſcard.de probat.
concluſ.658.lib.1.& concluſ.1396. lib.3.Plotus in
tract.de in litem iurando.§.4.
Ad reſolutionem præſentis dubij, deueniendo
primo præſuppono, quòd quicquid ſit de iure cõ-
muni, vel ſecundum diuerſarum regionum cõſue-
tudines, dum doctores diſputant, an emptio cẽſus
annui ſit licita, vel illicita: & dicunt multũ pericu-
7 loſum animæ contractum hunc, qñ † annuus cẽſus
venditur ſoluendus in pecunia. non ita illum cen-
ſum, qui vẽditur in fructu, qui percipitur ex illa re,
ſuper qua eſt facta ſuppoſitio, cenſus cõſtituti ſunt
per venditorẽ, quando pretiũ, ſuper quo imponun
tur, facit tot fructus ſufficientes ad cenſum: quam
qõnem reſoluit Laurẽt.de Rodulf. in trac.de vſur.
in c.conſuluit parte j.quæſt.13.ſed in queſt.11.18.
8 † diſputat, quando cenſus conſtituitur in pecunia:
an ſit licitus: eam quæſtionem de cenſu in pecunia
ſoluendo, diſputat poſt diſtinctionẽ per eum Ioan
nes Baptiſta Lupus.Geminia.in l.2.C.de pact. in-
ter empt.& vendit.Commen.2.§.2.à nu.60.vſque
ad 66.aliqua poſuit Mart.ab Azpilqueta tracta.de
vſur.ſuper c.fœneraueris.22.notab.fol.45.nu.6.&
ſeq.Antonius Montaltus ſuper bulla in tertia quæ-
9 ſtione. vbi hinciude opiniones refert, † & dicit hãc
opinionem dicentem licitam emptionem eſſe cõ-
munem, ſecundum doctores, quando ad vitã tan-
tum emuntur cenſus, licitum eſſe hunc cõtractum
venditionis cenſuum affirmat ex pluribus Bruno-
rus à Sole in ſuis quæſto. in queſt.1. Ioannes Bapt.
Lupus.Gemin.in prædicta l.11.nu.61.65.83.Ioan
nes Petrus Surdus conſ.162.nu. .. in ſecundo.
10 Sed maior difficultas † eſt, an illicitus iudicarẽ
reſpectu pretij cẽſus. in qua difficultate pono pro
conſtanti, ꝙ licèt ſcđm diuerſas conſuetudines re
gionis iuſtus valor, & pretiũ cenſus ſecundum vnã
regionem ſit ad decem, ſcđm aliam ad quinq;: ali-
qui dicunt, quoad maiorem, vel minorem ſummã
taxaẽ, & æſtimatur. de quibus loquunẽ doct.prout
Brunorus à Sole in q.2.& q.13.diuerſorum opinio
nem, ſecundum diuerſas ſummas dicẽtes, iuſtum
pretium ponit Ioan.Bapt.Lupus. Gemin. in l.2.C.
de pac.inter empt. & vend.cõment.2.§.2.à n.72.
vſq; ad n.83. Martinus ab Azpilqueta doctor Na-
uarrus tract.de vſur.poſt Gloſ. extrauag.Papæ Pij
Quinti in q.3.num.104. fo.70.Achilles Pedroccha
conſ.36.nu.57.58.vbi dicit, de quinque pro ſingu-
lis centũ.& in n.59.60.61.62.63.64. Decian.conſ.
2.nu.173.175.in primo.& nu.66.67.dicit quod ſi
læſio in tertia, vel vltra tertiã cõtractus eſt illicitus
poſt Lup.in trac.de vſur.cõmen. illicit.cõment.2.
2.§.2.n.79.verſ. bene verũ eſt.de quinq; ꝓ cẽtena
rio, ẽt ponit Bonifac.Roge.conſ.53.nu.41. in prin.
Tamen in regno noſtro Siciliæ, vbi ſeruatur bul-
la Papa Nicolai Quinti, edita die decimotertio De
cembr.primæ Indic.1452.cõfirmata à bulla Papæ
Gregorij xiij. edita in anno 1574. die vij.Ianuarij
ſecundæ Iudict.executoriatæ in regno die xx.Fe-
bruarij eadem indictione, & anno, & deinde ordi-
natum ꝙ prædictæ binæ apoſtolicæ bullæ, & regia
pragmatica Regis Alphonſi, earumq; executoriæ
obſeruentur die 24.mẽſis Martij eiuſdem anni iu-
11 ſtus valor pretij annuorum redditiuum eſt † ad de
cem pro centenario, prout de ea bulla facit men-
tionem dictus Brunorus à Sole in quæſtione quar-
ta.vbi cõcludit iuſtum valorem eſſe ad decem pro
centenario: & dicit ibi communem.nu.6.quã ſum-
mam dicit effectam de conſuetudine, tum etiam
ex diſpoſitione bullarum, de quibus ipſe facit mẽ-
tionem, hanc comprobare videtur Bar.in l.in lege
Falcidia.quæſtione 45.ff.ad leg.Falcid. & alij quos
refert Tiraq.de retract.Ligna.§.primo. Gloſ.6.nu.
19.quem refert Ioannes Baptiſta Lupus. Gemin.
in dicta lege ſecunda.nu.74.
Redeundo ad caſum noſtrum dico, cenſum an-
nuum venditum ſoluendum ſingulis annis in fari-
12 na, quem licitum uocat † Laurentius de Rodulph.
in prædicto tractatu de vſur. prædicta quæſtione
decimatertia, de eo loquitur affirmando licitum,
& permiſſum Ioannes Baptiſta Lupus. Geminian.
in prædicta l.2. C.de pact. inter empto. & vendit.
Comment.2.§.2.nu.56.58.id etiam affirmat Mar-
tinus ab Azpilqueta doct. Nauarrus poſt Gloſ.ex-
trauag.Papæ Pii Quinti in quæſtione 3.num. 104.
fol. 70. ſed idem Nauarrus ibidem quæſtione 30.
nume.120. fol.83. repetit eandem quæſtionem.&
dum de iuſto pretio ipſius cenſus in rebus debiti
videtur dubitare, diſcutit modo infraſcripto, an
13 † cenſus conſtitutus in alia re, quàm in numerata
pecunia: puta in tot modiis frumenti, vel tot am-
phoris vini, vel cadis olei, debeat reduci ad pecu-
niam numeratam, quæ iuſtè reſpõdeat pretio, pro
eo dato. ſi pretium frumenti, vini, vel olei adeò
creuit, vt excedat pretium, pro eo datum: licèt cũ
daret, eſſet iuſtum.ad quam qõnem reſpondet pri
mò, quod pro parte negante facit. quia non debet
augeri, vel minui pretiũ rei venditæ, quod erat iu-
ſtum tẽpore uenditionis eo, quod pretiũ illius po-
ſtea creuit.alioquin oĩum ferè rerum immobilium
venditionum pretia eſſent augenda, cũ ferè vbiq;
longè maiori pecunia numerata ualeat hodie, quã
tpe uenditionis ualebat: quod eſſet abſurdũ. & ita
non dicendum l.nã quod abſurdũ. ff.de bon.liber.
13 † ſecundo, quia iuſtitia pretii ad mercẽ eſt aſſumẽ
da, ſecundum tempus uenditionis, & non ſecun-
dum tempus futurum, uel p̃teritum.iuxta leg.præ-
14 dia rerum.ff.ad l.Falcid. tertio, quod † ſi pretium
frumenti, vini, & olei eſſet ualde diminutum non

propterea vendens eſſet cogendus ad reſtituendū
aliquid de pretio, quod erat iuſtum tempore venditionis accepto. ergo nec ementi cenſum debet
minui quantitas eius quod auctū ſit pretium eius,
quia quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito. l.etſi contra tabulas.
ff.de vulg.& pupill.& c.ſciendum.8.quæſt.prima.

Pro parte autem affirmante, dicit primo, quod
in multis Hiſpaniæ regnis, vt dixit in tertia quæ-
15 ſtione eſt facta reductio. Secundò † quod cū emitur cenſus alterius rei, quā numeratæ pecuniæ, maior reſpectus habetur ad pretium eius, quàm ad
ipſam rem, & ita magis videtur poni cenſus in numerata pecunia, quàm in ipſa re, quæ illa æſtimatur: ſicut cùm datur aliqua ſpecies æſtimata in dotem, videtur potius data pecunia, quæ æſtimatur,
quam ipſa l.æſtimatis.ff.de ſolu.matr.

Pro reſolutione huius quæſtionis, & concordia
pro vtraq; parte citatorum dicit primo, quòd iu-
16 ſtè poteſt ſtatui à legislatore † non recognoſcente
ſuperiorem, vt prædicta reductio fieret ob rationē
ſecundam pro parte affirmante formatā; dicitque
17 ſecundo † quod antequàm præfata reductio fieret
per legem, ſoluendus eſſet cenſus in ea re, in qua
conſtitutus eſt, ſiue pretium eius ſit, vel diminutū,
ſiue non, propter rationes pro parte negante adductas, & ſic concludit contractum validum, & exigi poſſe.

18 Quod cenſus annuus † poteſt conſtitui, non in pecunia tantùm, ſed in alia re, videtur etiam ſentire
Petrus de Gregorio ſuper bulla in quæſt.5. nu.27.
verſic.poſſet tamen, vbi ait quod poſſet, tamen huiuſmodi venditio valere dato, q̄ nō interueniat pecunia numerata loco pretij, ſed aliqua res quæ cōſiſtat pondere, numero & menſura, vt ſi darem tibi
centum ſalmas frumentorū vel vini, & tu mihi dares tot ſalmas frumenti, vel ſuper fundis & bonis
tuis quolibet anno iuxta formam bullæ, quod ſatis
colligitur ex verbis dictæ bullæ, dum nón tantùm
facit mentionem de pretio, ſed de principali recepto, dum dicit ibi decimam partē principalis recepti, ſeu pretij eorundem non excedat inter ſe contrahendi vendendi emendi eorundem & alibi, dū
dicit decimam partem principalis recepti, ſeu pretij venditionis ipſius non excedat, & talis contractus valet, etiam de iure cōmuni, prout voluit Rodulphus in dicto tractatu de vſuris, tertia decima
quæſtione primæ partis.

19 Concluſio igitur in hoc primo dubio † ſubiugationem factam ſuper molendino, & venditionem annuorum cenſuum ſoluendam ſingulo anno in tanta farina licitam eſſe, & validā ex ea oriri actionē
ad annuam penſionem iuxta formam aliorum contractuum ſubiugatoriorum, & venditionis annuorum redditmum ſoluēdorum in pecunia, & pretiū
fuit iuſtum ratiocinando pro ſingulis vncijs centū
ſoluere decē ſalmas farinæ, habito reſpectu ad valorem farinæ tempore initi contractus venditionis
prædictæ redditmum in farina, quod erat iuſta æſtimatio, & non excedebat decimam partem principalis recepti, ſeu pretij. & dum aliud non probatur, præſumitur quoniam iam conſtat de ſolutione
pretij annui redditus.

20 Non obſtat q̄d pretij † ſolutionis probatio incumbat emptori, per firmata per Ferdinādum Boniornum ſuper bulla in tex.pretij, vbi ait de hac ſolutione pretij debet cōſtare, aliàs poteſt opponi exceptio pretij nō ſoluti, & videtur ſufficere negare
etiam ſi in inſtrumento cōfiteatur ſibi ſolutum. ita
videtur tenere Caſſan.in conſil.63.nu.19.20.in ſecundo dubio quintæ partis in cōſi.75. lib.4.& Decius conſ.421, col.2, nu.12.13.

Et Franciſcus Pançaldus ſuper bulla in verſicu.
Sed poteſt eſſe, dicis, quod poteſt eſſe venditio iuxta formam bullæ redditū pro pretio &c. & non
fuit conſignata pecunia, quis haberet ꝓbare, quod
fuit aliàs, non præſumitur, dic, quod hoc eſt fundamentum eius intentionis, ſcilicet emptoris, quia
aliàs reputatur contractus illicitus, vt videtur dicere pragmatica.

21 Quia intelligo prædicta Boniorni †, quādo in inſtrumento de ſolutione pretij confitetur venditor,
referendo ſe ad debitum in alio inſtrumēto, prout
loqui videtur Caſſen. in dicto conſil.63. nu.19.20.
& in iſtis terminis loquitur etiā Paris.in dicto con-
22 ſilio 75. † & eſſet data facultas opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ: ſecus ſi interuenerit vera confeſſio pretij in contractu iurata cum
renunciatione exceptionis nō numeratæ pecuniæ,
quia tunc ꝓbaretur ſolutio pretij annui redditus,
nec eo caſu requiritur alia probatio: ratio eſt, quia
cōfeſſio de recepto probat veram numerationem
facit l.pecuniæ, vbi Bal.C.de ſolut.& l.vltima.ff.de
23 Inſtitu.actio.& in tantum eſt † verum, quod ſtatutum loquens de ſolutione procedit in confeſſione
ſecundum Bal.in l.ſi non ſortem.§.indebitum.col.
2.verſicu.quid de exceptione. ff.de condit.indeb.
Deci.in l.2.§.vltimo.col.5. verſi.poſtremo. Bar.ff.
ſi cert.peta. Follerius ſuper bulla in verſi.quę quidem executio nullo n.46.50. & hoc iure vtimur in
regno, quia de ſolutione probatur per confeſſionē
recepti in inſtrumento adiectam: non obſtat conſi.
Deci. qui loquitur, vbi conſtabat, quod confeſſio
non erat vera, & maximè prædicta opinio proce-
24 dit in regno †, quando ſumus in caſu, quo non poteſt exceptio allegari, non numeratæ pecuniæ materiam, Vide per Maſcar. de probat. concluſ.361.
lib.1.quia, quando conuenitur tertius poſſeſſor. nō
poteſt hoc excipere, niſi ipſe tertius probet idem
Maſcard.de probat.concluſ.1318. nu.4. lib.3. hoc
ſentire videtur Ramundus Ramūdettus ſuper bulla ibi recepti.

25 Secundum fuit in hac cauſa † dubium, quod non
probabatur mora debitoris, cum ſolutio debuiſſet
fieri extra locū domicilij creditoris, & debitoris.
& ſic ex lapſu diei non datur mora. ex not. in l.Itē
illa. Vbi Bar.& doct.communiter.ff.de conſtit.pecu.Roſa.conſi.87.nu.14.15.in ſecundo.

26 Reſpondebatur, quòd locum † ſcilicet molendinum, in quo debebat fieri, conſignatio, erat in eadem ciuitate, prope eam, per miliare, & creditor,
& debitor ſunt eiuſdem fori: tunc procedit concluſio communis, quòd debitor tenetur ire ad domū
creditoris. Barto.& Doct.in dicta l.item illa. Crat.
conſi.41.nu.32.in principio. Guid.Pap.conſi.106.
nu.2.3. Signorol.de homod.conſi.254.nu.3.

Imò dicebatur non proficere allegare modo in
allegationibus iuris hanc exceptionem non fuiſſe,
in mo-

27 in mora ſoluendi †. quia reſpiciunt iſthæc, vt non
teneatur ad expenſas, & intereſſe., ſed non liberat
eum à debito, quin teneatur, & vt debeat cõtra eũ
pronunciari, & maximè quia exceptio, quam præ-
tendit actor reijci facere, eſt illa, dum negat ſe eſſe
debitorem ex cauſa primi motui.

Ad aliud caput oppoſitionum, dum dicebatur
non fundata eſſe extrema, ſcilicet pretium farinæ;
28 & ſic † debitum illiquidum, ergo non poteſt mit-
ti executioni ante liquidationem. Bart. in l. prima,
nu. 8. C. de eden. Riminal. ſenior conſi. 277. nu. 26,
27. in ſecundo. Imola in l. 2. nu. 2. circa finem. ff. qui
& à quibus appell. non licet. Romanus conſil. 22,
Paul. de Caſtr. conſi. 91. in princip. Corne. cõſ. 31,
in tertio. Carauit. ſuper ritu Neapoli. in cap. 167. à
nu. 15. & ſequ, & in regno habemus diſpoſitionem
rit. in conſil. 119.

Reſpondetur, quòd valor farinæ ſatis probatus
dicitur per teſtes, dum dicunt de valore, & de ven
29 ditione, † quæ communiter in foro publico fit. iu-
xta tradita per Ioannem Baptiſtam Lupum. Ge-
minian. in l. curabit. nu. 166. & ſeq, C. de act. empt.
Rebuff. in l. vnica. num. 47. C. de ſent. quæ pro eo,
quod intereſt, & latè Campeg. de teſt. reg. 321. Af-
flict. deciſ. 316. Marci. deciſ. 484. in princip. Boeri,
deciſ. 68. nume, 6.

30 Et quando † debitor eſt in mora ſoluẽdi, tenetur
ad intereſſe, quanti plurimi, & iſto caſu probatur
valor à tempore moræ, etiam ſi penuria momen-
tanea fuiſſet, & paruo tempore duraſſet poſt Alex.
in l. pretia rerum in fine Comenſ. ff. ad l. Falci, Iaſ.
in l. Vinum. in vltimo nota. ff. ſi cert. petat, Felyn, in
cap. ſedes. col. 2. de reſcrip. Vincentius Hercilla. in
dicta l. pretia rerum, in vltima colu. Curt. Iun. in l.
vnica, colu. 1. C. de ſentẽ. pro eo, quod intereſt. &
hæc opinio communis dicitur à Cagnol. in dicta l,
2. nu. 251. eam ſequitur Ioannes Baptiſta Lupus in
dicta l. Curabit. nu. 168. reprobans opinionẽ Decij
in l. Vinum. in principio. nota. num. 4. poſt Imol. &
Chriſtoph. de Caſtellio in dicta l. preti a rerum, Ma
ſcardus de probatio. concluſ. 658. nu. 5.

Item idem Ioãnes Baptiſta Lupus. ibidem verſ.
31 vnde crediderim †, dicit probationem ualidam
etiam, quod non dicatur in publico foro, ſed in do
mibus priuatorum, ita communi æſtimatione ven-
debatur. refert idem tenere Cagno. in dicta l. 2. nu.
252. Arius Pinellus. in dicta l, 2. C. de reſcind, vẽd.
cap. vltimo. nu. 17. Maſcardus in prædicta concluſ,
658. numero 2. 3.

Et ideo optima probatio eſt facta; dum proba-
32 tur communiter vendi in ciuitate †, vel loco conſi
gnationis ad tot etiã, quod dicat de modio, & non
de ſalma, cùm ſit res, quæ regulariter vẽdi ſolet mi
nutim. item etiam non video neceſſarium probari
de venditione ad ſalmam, poſtquam eſt probatum
per eum modum, quo communiter vendi ſolet: &
patet ex ſupra allegatis doctoribus, nec inuenio
doctorem hunc modum probandi reprobantem,
& non admittentem.

Aliud fuit caput oppoſitionum ex parte iſtius
de lagnuſo opponentis, de dominio, & poſſeſſione
33 cui reſpondebatur † quod venditio erat imagina-
ria. & ſic nulla, ex quo vencitores remanſerunt in
poſſeſſione. ſecũdum Gloſ. & Bar. in l. ſicut ſuper-
uacuum. ff. quibus mod. pigno, vel hypoth. & in l.
poſt contractum. eſt ratio, quia venditum non di-
citur, quod in patrimonio vẽdentis reperitur, nec
34 eſt uerisimile, † quod emptor ſi pretium ſoluiſſet
permiſiſſet venditorem colligere fructus, & rema-
nere in poſſeſſione Maſcardus de probat. concluſ.
439, nu. 2. 3. 19. concluſ. 568, nu. 3.

Item etiam iſte de lagnuſo excommunicationis
metu declarauit actum fuiſſe fictitium, & imagina
rium ad euitandum executionem, & ſic ex eius de
35 poſitione † magis clarè conſtat de ſimulatione, &
nullitate. Soci, conſi. 264. in ſecundo. cum alijs cu-
mulatis per Maſcardum in dicta concluſione 558.
numero 26, 29.

Ex quibus fuit per magnam regiam curiam de-
terminatum, quod oppoſitiones reijciantur, & ita
fuit interlocutum.

SVMMARIVM.

1 *PEtitio principaliter tentata circa ea, quæ ſunt denegata per viam exceptionis, an debeat admitti in debito cenſus iuxta formam bullæ ſtante regia pragmatica.*

2 *Ceſſio bonorum.*

3 *Simulatio contractus.*

3 *Quod poſſidet ex cauſa anteriori.*

3 *Reſolutio dominij,*

4 *Solutio realis per teſtes,*

5 *Pacti de non opponẽdo non operatur, quoad tertium,*

6 *Nullitas cõtractus per viã principalis petitionis, quando nullitas conſtat ex actis poteſt tentari, quia etiam admittitur per viam exceptionis. nu. 7. 8. 9. 11. 13.*

12 *Limita, ſi non eſt notoria, ſed velata. nu. 14, 21. 22, 23. 24. 25. 26.*

10 *Exceptio inhabilitatis perſonæ admittatur, non obſtante pacto de non opponendo,*

14 *Subiugatio ſubſiſtit ſuper feudis, & baronijs cuiuſcumque ſint formæ, & tenet in vita feudatarij. numero 15. 16. 17,*

17 *Feudatarius conſtituens ſuper feudo ius vſusfructus durat durante eius vita.*

18 *In regno non poteſt conſtitui,*

19 *Alienatio feudi, & ſubiugatio tenet in vita, quando forma repugnat, aliàs in perpetuum. nu. 20.*

19 *Sed poſt mortem agnato ſucceſſori in feudo datur ius reuocandi confecto inuentario. nu. 20.*

21 *Reſciſſio contractus vbi petitur, annullari, obſtat pragmatica, quod non etiam per viam principalis petitionis poteſt audire ante factam ſolutionem cenſuũ præteritorum. nu. 2ȷ. ȝȝ,*

24 *Amplia etiamſi tertius agat, non obligatus.*

25 *Tertius non poteſt iura ſua deducere, niſi in eodem ſtatu, in quo cauſa reperitur, nec potiora iura, quã principalis, dum ſententia, ſeu contractus exequitur.*

26 *Et iudex ex officio agentem repellere.*

27 *Actionem quando quis habet, & non habet exceptionem, non põt agere ante factam executionẽ, ſed poſt.*

28 *Executio, & ſolutio non dicitur facta, etiam ſi in minimo deficit.*

29 *Pactum de non opponendo tollit præuentionem.*

30 *Pactum in contractu cenſus ſecundum bullam ligat, et principales, & tertios: ex verbis eiuſdem bullæ. numerò 31. 32. 33.*

34 *Tertius*

34 *Tertius detinendo dicitur ſe obligare ratione detentionis ad omnia contenta in contractu ſubiugatorio.*

35 *Remedium l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ. tentans ſi comparet prouocatus, & proponit actionem illud iudiciũ remanet in vim exceptionis, & defenſionis. num. 36.*

37 *Subiugatio, vt ſubſiſtat, debet conſtare, quod res ſubiugata erat in dñio ſubiugantis tempore ſubiugationis.*

38 *Feudum conceſſum ſub forma pro te, & hæredibus de tuo corpore legitimè deſcendentibus, dicitur feudum mixtum.*

39 *Succeſſor in feudo mixto non venit, niſi cum qualitate hæreditaria.*

40 *Hæres tenetur ſeruare omnia pacta.*

41 *Duo requiruntur in emptione cenſus, quòd ſit redimibilis, & quòd non excedat decimam partẽ pretij.*

42 *Venditio cenſus, in quo differat ab alijs contractibus.*

43 *Cenſus conſtitutio ſuper rebus non inducit realitatẽ, ſed conſtituit actionem perſonalem, & hypothecam, num. 44. 45.*

46 *Aliud eſt vendere rem, ex qua fructus percipiuntur: aliud eſt vendere ius, ex quo redditus percipiuntur, ius percipiendi non eſt aliud niſi perſonalis obligatio.*

47 *Ex contractu ſubiugationis non transfertur aliquod ius in rem, ſed tantum ius obligationis ad ſoluendum annuum cenſuum.*

47 *Subiugatio ſi fiat ſuper feudo, non requiritur conſenſus ſuperioris, quia non transfertur rei dominium, quia reſpicit fructus ſeparatos à ſolo. nume. 51. 52, 53. 54. 55. 56. 57. 58.*

48 *Vendens fructus etiam in perpetuum nõ dicitur alienare. num. 49.*

50 *Conceſſio commoditatis feudi poteſt fieri ſine conſenſu domini.*

DECISIO VII.

Facta petitione in Tribunali magnæ regiæ curiæ per Don Cæſarem Gaetanum baronẽ Xurtini cõtra Reuerendum Don Vincentium Franco ruſſo tutorẽ hęredum Vincentij Frãco ruſſo ſuper reſciſſione & annullatione contractus ſubiugatorij, ſeu venditionis annuorum redditũum impoſitorum ſuper prædicta baronia: in qua dicebat ſucceſſiſſe ex pacto, & prouidentia principis. dictus Franco ruſſo miſit ſcripturas non debere audiri dictum baronem in dicta petitione, niſi prius facta ſolutione omnium interuſuriorum decurſorum, ex quo ſtante principio bullę, ſeu verius diſpoſitiõe regiæ pragmaticę, & pacto de non opponendo, in contractu ſubiugatorio, non poteſt aliquid dicere, vel allegare aduerſus formam cõtractus, neque agendo præuenire ante factam ſolutionem; prout ex verbis pacti prędicti iurati elicitur: replicabatur, quod erat ſucceſſor in feudo, ſeu baronia ex pacto, & prouidentia principis, tanquam tertius & non obligatus ſeruare pacta, neque aſtringitur iuramento, quia ſingularis ſucceſſor.

Fuit in iſta cauſa factus articulus quod iſte actor non audiretur ante factam ſatisfactionem interuſuriorum maturatorum pro quibus iam erat cauſata executio, ſtante regia pragmatica, & pacto de non opponẽdo, & non præueniendo &c. quin adimpleatur forma, & tenor contractus ſubiugatorij, & ante factam ſolutionem.

SEd primo faciebat dubium, quod regia pragmatica, dum diſponit circa denegationem audientiæ in exceptionibus ante factam ſatisfactionem eſt circa impedimentum executionis: & dum exceptio tendit ad differendum, non quando agitur principaliter & proponit quis ius ſuum per viã
1 principalis † petitionis maximè præueniendo, &
maximè, quia tentatur iudicium cancellationis cõ-
tractus, vel reſciſſionis, prout in terminis videtur
firmare Nicolaus Intriglolus Carinẽſis in ſuis quę-
ſtionibus bullaribus quæſtione 65. vbi ponit hanc
quæſtionem in terminis l. ſi contendat. ff. de fide-
iuſſ. allegando ultra alios, Roman. in cõſi. 412. Vbi
etiam infert plures exceptiones, quæ non poſſunt
2 opponi aduerſus executionem †. & primò ceſſio-
3 nis bonorum: ſecundo ſimulationis: tertio, qđ † con
uẽtus poſſidet ex cauſa anteriori: quarto, directus
dominus, quod auocauit rem à poſſe emphyteotæ
4 & ſic exceptionem reſolutionis dominij †. quinto
de reali ſolutione probanda per teſtes, vbi deinde
concludit omnes has exceptiones poſſe proponi
per viam principalis petitionis pręueniendo. & di
cit in hoc non reperiri diſpoſitum contrarium.

Secundò dicebatur, quod pactum de non oppo
nendo licèt etiã extendatur, quod non poſſit præ-
5 uenire. & ſic ante cauſatam executionẽ, tamen † pa
ctum de non opponendo, non operatur, quoad ter
tium: & non obſtat tertio, qui non contraxit, prout
ponit, & cõcludit in terminis bullæ Petrus de Gre
gorio, quæſtio. 10. numero mihi 20. 21. verſicu. ad-
uertendum eſt tamen, & verſiculo ex quibus infer
tur, ubi etiam loquitur de Iuramẽto, quem refert,
& ſequitur dictus Intriglolus in quæſtione 61. nu.
26. 27. 28. 29.
6 In contrarium primò facit, quòd † iſte tertius ve-
nit ad deductionem in iudicio per uiam principa-
lis petitionis, & prætendit ſubiugationem, non af-
ficere feuda & baroniam: uel contractus eſt nullus
ipſo iure, ut quia nõ indigeat declaratione, & iſto
caſu ſi conſtat ex actis met, & viſione contractus
non dicitur reiecta à pragmatica: & ea poteſt pro-
poni per viam principalis iudicij, cum ſit maioris
efficaciæ, eo modo principaliter tentata, ut ſentit
quidam apoſtillans ſuper bulla in verbo cuiuſuis,
ex Paul. de Caſt. in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud.
& ea quæ voluit Ange. in l. & nondum. §. 1. ff. de pe
tit. hæred. hoc ego ſequor non ea ratione, ex quo
eſt propoſita principaliter, ſed quia etiam poteſt
proponi per uiam exceptionis, etiã aduerſus exe-
cutionem, ut dixi in deciſione ſecunda, incipiente
in cauſa executionis cauſatæ.
7 Sed teneo, quoad hoc vltimum poſſe hanc † actio-
nem

nem principaliter in iudicium deduci ſcilicet con
tractum eſſe ipſo iure nullum, quod cõſtat ex actis
non ea ratione quia præuēta, ſed quia eiuſdem eſt
naturæ cuius eſt illa, quæ opponi poteſt per viam
exceptionis, & admittitur ad impediendum exe-
cutionem ante factam ſolutionem, prout ſentit idē
Paul. ibidem in dicto §. condemnatum, vt quia eſt
notoria patens & euidens ex viſione inſtrumenti,
quæ admittitur quando aduerſus executionem op
ponitur ante factam ſolutionem, prout de ea latius
dixi in exceptione intentionis, & facti, & ex viſio-
ne inſtrumenti & de exceptione, quæ conſtat ex
actis actoris præſentatis, de quibus dixi latius in
aliis meis duabus deciſionibus: & non repeto hic.

Sed quando prætenditur annullari contractus,
ex quo feudum, & baronia non potuit ſubiugari in
8 præiudicium ſucceſſoris. & iſto caſo aut agit † de
nullitate, quæ reſpicit ſubſtantialia bullæ. & tunc ſi
9 conſtat ex actis, dic vt ſupra proximè dixi † aut re
ſpectu perſonæ contrahentis: vt quia minor, & pu-
pillus & conſtat ex actis, & etiam poteſt agi. ſicut
opponi ad impediendum executionem poſſet etiā
excipiendo ſecundum opinionem Ferdinandi Bo-
niorni ſuper bulla. in tex. nullitatis. ubi alleg. Ang.
in conſi. 193. in fine. & Paul. de Caſtr. in l. 1. nu. 5. 6.
ff. de conſti. pecunia ſed Ange. non ponit in his ter
minis. & Franciſcus Prouinzalis incidit in eandem
opinionem ſuper bulla, in verbo nullitatis. verſic.
quid ſi fuit in nullitate præuentus.

Idem in pacto de non opponendo dicas, quod
10 † exceptio hæc inhabilitatis perſonæ ad cõtrahen
dum non intelligitur reiecta à pacto de non oppo-
nendo, prout firmat Rebuff. in trac. de literis obli-
ga. art. 1. Gloſ. 9. n. 36. 37. 38. Antonius Colmbet.
inter Sign. doc. ſing. obſtantiarum n. 19. 20. Suares
poſt lect. l. poſt rem iudic. in declarat. reg. verſicu.
prouidentia. nu. 44. 45. & ſeq. Marant. in Specul. di
ſput. 6. nu. 33. Bal. in c. paſtoralis. nu. 5. de appellat.
Socc. ſenior. conſi. 41. nu. 11. 12. in princip.

11 Et hoc † firmo, ſi eſt euidens: vt quia conſtat ex vi
ſione inſtrumenti: quia ea tantùm admiſſa cenſe-
tur, prout alias fuit iudicatum in Conſiſtorio S. R.
C. me exiſtente iudice in xiiij. vel xv. indict. 1585.
in cauſa executionis cauſatæ ad inſtantiam Don
Caroli de Aragona Ducis Terrænouæ ex una, &
Don Ioannem Fortem, & Agatutiam Romano iu-
gales ex altera. nam fuit interlocutum, quòd oppo
ſitiones ſtent, primo loco lata in tribunali m. r. c. &
confirmata deinde in tribunali Conſiſtorii ſacræ
regiæ conſcientiæ. &c.

12 Quod ſecus, ſi nullitas † eſſet, non notoria, neque
euidens, ſed uelata & poſſet habere aliquam dubi
tationem, & diſputationē, prout declarat Cephal.
in conſi. 201. num. 10. in ſecundo. Roma. conſi. 42.
nu. 3. verſic. attamen hoc eſt uerum. nu. 5. Neuiza.
conſi. 70. nu. 31. Burſatus conſi. 73. n. 3. & conſ. 74.
nu. 21. 22. 23. Ripa in l. 1. §. condemnatum. nu. 17. ff.
de re iudica. & de hac concluſione cum prædicta
limitatione, latius dixi in prædicta deciſione inci-
piente. In cauſa executionis cauſatæ deciſ. 2.

Aut nullitas tentatur reſpectu rei ſubiugatæ, ſci
13 licet † baroniæ: ut quia res erat aliena, & non erat
tēpore ſubiugationis in bonis ſubiugantis, & tunc
in ſi inſtrumento ipſo legitur rē eſſe in dominio al

terius in caſu, ex quo ſubiugatio, ut ualeat, & exe-
qui poſſit contra tertium, debet eſſe ſuper bonis,
& proprietatibus ſuis ſecundum quod firmaui in
dicta 2. deciſi. ex Petro de Grego. in trac. bull. q. 5.
verſiculo ſecundo requiritur, & prout aliàs magna
regia curia determinauit in cauſa illius Antonini
Gangemi, conuenti, tanquam detent. & poſſ. feudi
de lo Boſco, ubi in contractu ſubiugatorio legeba-
tur, quod feudum illud non erat eo tempore ſubiu
gationis in dominio ſubiugantis: & tunc poſſit hoc
præueniendo in iudicium deduci.

14 Sed ſi † agitur in cauſa declarationis ſubiugatio
nem ipſam non afficere baroniā ipſam, ex quo feu
da, & baronia erant ex pacto, & prouidentia; & in
eis actor ſuccedit iure proprio, tanquam uocatus
ex forma inueſtituræ. & ſic reſoluto dominio in p-
ſonam ſubiugantis, fuit reſoluta ſubiugatio, & ex-
tincta, quoad baroniam, & feuda ipſa iuxta textū
in l. 2. §. ſin autem ſub cõditione, C. communia. de
leg. & l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. Bart. in l.
in diem adiecto. ff. de aqua plu. arc.

15 Et tunc † præſuppono primò, quòd ſubiugatio
poteſt fieri, & ſubſiſtit ſuper feudis, & baronia cu-
iuſcunque ſit formæ. nam licèt Follerius in bulla,
in verſic. huiuſmodi cenſualia à nu. 6. vſque ad nu.
16. diſputet non poſſe ſubiugationem ſuper feudo
fieri, ſed ſuper feudi fructibus, quæ durat durante
uita feudatarii: attamen deinde in nu. 16. determi-
nat, quòd ex verbis regiæ pragmaticæ poteſt ius
cenſus uendi, & cõſtitui ſuper feudis. nam licèt nō
colligatur ex verbis bullæ, bulla tamen eſt confir-
mata per regem. & ſic interuenit conſenſus domi-
ni generalis; quod poſſint annui redditus, ſeu cen-
ſus conſtitui ſuper feudis. ibi nu. 16. eum ſequitur
Rodoan. in tract. de reb. eccl. non alien. in rubr. de
conſtit. annui redditus. num. 12. uſque 18. & dicta
per eum ibidem, nu. 36. 37. 38. nō procedunt in re-
gno, prout infrà dicam,

16 Quia † in regno habemus etiam capit. regni ſub
Rege Ferdinando c. 6. & ſub eodem rege. cap. 59.
per quæ diſponitur ſuper feudis poſſe fieri ſubiu-
gationem, latè diſcutit Petrus de Gregorio tracta.
de conceſſio. feudi. parte 8. q. 16. num. 78. verſic. &
ideo infero ad contractuum ſubiugatorium refert
Cannet. ubi diſputat ſuper cap. uolentes. fo. 196. c.
incipiente. Sed præſtat quærere. licèt ipſemet Can
net. ſuper eodem c. uolentes. teneat contrarium. in
fol. 164. in ca. incipiente ſucceſſiuè. quæ eſt contra
communem, quia opinio alia contra iſtam ultimā
Cannet. communiter ſeruatur in regno, & in m. r.
c. nunquam de ea dubitatur, nec diſputatur, & hūc
punctum uide per Mont'altum ſuper bulla in ſua
quæſt. de quo contractu loquatur bulla. quam quæ-
ſtionem tranſcribam poſt iſtam deciſionem.

17 Difficultas † ſtat igitur tantum, quanto tempo-
re ſubiugatio ſubſiſtat: & in hoc poſſet dici, quòd
durante uita ſubiugantis duret, & ſubſiſtat ſubiu-
gatio, ſed eo mortuo reſoluto dominio reſoluitur
ſubiugatio, & hypotheca, quādo feudum eſt ex pa
cto, & prouidentia iuxta tradita doc. loquētium in
vſu fructu. per Nattam conſil. 563. ubi loquitur in
feudatario conſtituente ius uſus fructus ſuper feu-
do, etiam abſque conſenſu domini. Rolan. à Valle,
conſi. 59. in ſecundo. vbi dicit magis communem,

Iaſon

Iaſon in conſ. 123.nu.4.& in l.3.§. ex cõtrario. nu.
66.ff.de acquir.poſſeſ.Berous quæſt.95.nu.11. Pi-
nell.de bon.maternis.in l.1.parte 3.nu.70 71. Pa-
riſ.conſi.78.nu.4.5.6.7.in ſecundo.
18 Intellige † in regno non procedere in vſufru-
ctu,qui eſt pars dominii, ſed in commoditate tan-
tùm ſecundum Petrum de Gregorio in tracta. de
conceſſione feudi.parte 8.quæſt.16.nu.59. verſic.
ex quibus infero. faciunt not. per Nattam in præ-
dicto loco.
19 Item alienatio † feudi cuiuſcunque ſit formæ e-
tiam ex pacto,& prouidẽtia ualet,& tenet & obli-
gatio,& hypotheca in uita alienantis ex diſpoſitio
ne capituli volentes.per quod capitulum eſt in re-
gno permiſſa alienatio feudorum.& licet intelliga
tur forma non repugnante , reſpectu præiudicii a-
gnatorum,tamen in vita valet alienatio, licet poſt
mortem competat vocatis, & ſucceſſuris in feudo
ius reuocandi confecto inuentario.Petrus de Gre-
gorio de conceſſione feudi.parte 2.quæſt.10.nu.2.
& nu.11,verſic.confirmatur hoc. Marcus Grandis
in repet.capituli volentes. verſic. & ſi feudum da-
tum eſt.nu. mihi 46. poſt Gulielmum de Perno in
conſi.6.incipiente viſo caſu, & intellecto per eum
Mar.allegatum, Blaſeus Lancea ſuper capitulo vo
lentes.nume. mihi 21.verſiculo ex iſta interpreta-
tione Ioã. Aloyſi.in apoſtillis ſuper verbo diui Au-
guſti Hieronymus Pimia.in verbo ad vnam tantũ.
de iure communi valet etiam in uita, vbi interuenit
conſenſus domini.Dec.conſ.308,num.9. verſic.&
hoc maximè videtur habere conſi.395.nume.1.2.
Natta.conſi.533.nu.3.in 3.Ruyn.conſil.37. nu.18.
in primo.vbi dicit communẽ,Soccin.Iun. conſ.77.
nu.121.in 1.vbi dicit magis cõmunem. conſi.112.
nu.2.in 2.conſi.101.nu.5.6.eodem.
20 Si valet † alienatio , & fortius ſubiugatio ſubſi-
ſtet, ut etiam colligitur ex uerbis capituli volẽtes,
ibi pignorare . & ibi & quolibet alienationis titulo
transferre; reſolutio dominii in perſonã ſubiugan-
tis operatur,quod competat ius reuocandi ſucceſ-
ſori , & uocato ex forma inueſtituræ ſecundum o-
pinionem Franciſci Prouinzalis ſuper bulla, in ver
bo Iuribus.in verſic.igitur ſi dominus.vbi dicit,q
ſi dominus reuocabiliter ſubiugat , eo mortuo re-
tractabitur executio facta ſolutione. quia nõ reſol
uitur contractus ipſo iure, ſed per ſententiã ſecun
dum Andr.per eum allegatum . in cap.1.nu.10.de
alienat.feudi pater.verſicu. pater alienabit in uita
ſua poſt eum in feudis , quod alienatio feudorum
nõ ſit ipſo iure nulla: ſed opus eſt reuocatione. idẽ
tenere videtur Ioannes Vincentius de Anna in re-
pet.conſt.conſtitutionem diuæ memoriæ.num.89.
uſque 95.dum firmat alienabile feudum.ſed ſi alie
natur ſine conſenſu regis,tenet à principio aliena-
tio , quæ confirmatur ex confirmatione regis . &
hanc concluſionem firmat ex gloſ.in dicta conſti-
tutione.& nu.135.licet ipſe in materia teſtamenti
teneat contrarium allegar hoc tenere Beneuent.in
cap.Imperialem, fol.79.litera t.& 89.litera M.huc
punctum pro modo non firmo.
21 His † igitur præmiſſis iſte tertius poſſeſſor , &
ſucceſſor in feudo, aut uenit iure proprio ad annul
landum contractum , uel reſcindendum reſpectu
ſubiugationis ſuper baronia,& eius feudis. & tunc
aut indiget declaratione,& ſententia , quia non ſit
nullus ipſo iure.& tunc ei obſtat contractus , dum
probat obligatum feudum per eum detentum , &
poſſeſſum ad cenſum,quo caſu detentor,& poſſeſ-
ſor non poteſt dicere , nec allegare aduerſus for-
mam,& tenorem contractus, niſi prius adimpleat
ſoluendo interuſuriã cenſuum decurſa, & matura-
22 ta, † & ante factam ſolutionem non poteſt audiri ,
cùm ei obſtet diſpoſitio regiæ pragmaticæ dans
executionem contractui ſubiugatorio etiam con-
tra tertium detentorem rei ſpecialiter ſubiugatæ
ac ſi cum eo fuiſſet facta conuentio.
Et quod hoc ſit ex diſpoſitione regiæ pragma-
ticæ patet ex verbis eiuſdem pragmaticæ in textu.
ibi contractus,ſeu inſtrumenta,tanquam res iudi-
cata nulla prouocatione ſuſpenſa , quod idem eſt,
quod res iudicata ſit, & ſententia, aduerſus quam
non admittantur oppoſitiones aduerſus executio-
nem ipſius nullitatis:ex uerbis ibi,quæ quidẽ exe-
23 cutio nullo falſitatis, vel nullitatis &c. † quo caſu
ſicut quando non poteſt aduerſus ſententiam tran
ſactam in rem iudicatam aliquid dici,niſi ea execu
ta per uiam exceptionis:ita nec etiã agendo prin-
cipaliter. & ſic uia præuentionis text. eſt in clem.
prima.de ſent.& re iudica.dum tex.iuncta glo.lo-
quitur etiam,quod fuerit petita nullitas, uel reuo-
catio ſententiæ principaliter,& ante petitam exe-
cutionem ſententiæ. hoc etiam firmat Imol.ibi nu-
mero 11.& alii doctores ibi.
24 Et prædicta procedunt † etiam ſi alleget ſe ter
tium,& non obligatum,cum ex pragmatica detur
executio huius contractus contra tertium: quo ca-
ſu etiam præueniendo non poteſt actionem, & iu-
ra proponere ante factam ſolutionem de eo, quod
non poterat excipiendo dicere , & excipere ante
factam ſolutionem . quoniã iudicium modò cum
25 eo tertio agitur:quia tertius,† qui reſpectu eiuſdẽ
rei non poteſt experiri iura ſua , niſi in eodem ſta-
tu re exiſtente,nec alia potiora habere iura,quàm
principalis,ſecundum not.per Anchar. in d.clem.
prima.nu.4. verſic. ſexto nota. confirmo prædicta
ex dicto Cardinal.in d.clem.1.nu.16. quæſt.19. Vbi
26 dicit † Iudicem poſſe ex officio agentem repelle-
re.& ſi non petatur adhuc executio.& in verſiculo
ſecundo quæro, ait, quòd ſola petitio executionis
facit impedire proceſſum nullitatis, non ex pendẽ
tia, ſed ratione non factæ executionis,quæ doctri-
na videtur facere in terminis pro determinatione
noſtri caſus.idem firmat Bonifac. Vitalin. in dicta
clem.prima.nu.53.54. 55.
Item facit doctrina eiuſdem Bonifacii de Vita-
linis in terminis noſtris in clem.1.nu.8 de ſent. &
27 re iud.Vbi firmat † quòd quando quis habet actio
nem,& non habet exceptionem,ut quia facta exe-
cutione non habet ius excipiendi , nec ante poteſt
excipere cum effectu, ſed agere põt poſt nõ antè.
Et de executione, & ſolutione facta intelligo iu-
xta tradita,per tex.in d.clemen.1.iuncta gloſ. ubi
28 plenariè.vbi dicit †, quòd non facta eſt executio,
& ſatisfactio,etiam ſi in minimo deficiat . ſequitur
Bonifac.Vitalin.ibi nu.29.& alij.
29 Fortius dico † ſtante pacto, de non opponendo,
nec præueniendo aduerſus formam præſentis con
tractus,quod pactum eſt adiectũ in contractu ſub-

jugatorio, per quod cõtractus ipſe ſubiugatorius,
eo pacto cum iuramento vallatur & munitur, eſt
effectus vnicus contractus indiuiduus, vt ſcindi
non poſſit; & debeat vnitè obſeruari, nec vna pars
ab alia ſcindi, & ſeparari circa eiuſdem contractus
tenoris, & formæ obſeruantiam poteſt, nec debet
latè Ioannes Petrus Surdus in conſi. 150. nu. 21. &
conſi. 13. nu. 19. vſque ad nu. 23. ergo dum pragma
tica dat executionem contractus bullæ contra ter-
tium, dat cum pactis in eo contractu adiectis, cum
qbus eſt vallatus, & iuramẽtis, & aliis cautionib⁹.
30 Et ſic pactum de † non opponendo &c. ligabit
ita principales, vt non poſſint præuenire ante fa-
ctam ſolutionem, ſicut & tertios. & hoc in regno
eſt indubitatum; quia in actu practico ſeruamus
omnia pacta in contractu ſubiugatorio adiecta cõ
tra tertios detentores, ſicut contra principales hę
redes, & fideiuſſores, & in pacto de non opponen-
do, in quo ſecundum eundem Petrum de Grego-
rio ſuper bulla in 10. quæſt. verſicu. tertio deduco
ex alio. dum ipſe de Gregorio in ipſo pacto de nõ
31 opponendo ponit ſubſequentia verba: quod † pi-
gnora nõ adiudicentur parti, ſed uendantur ad di-
ſcurſum vltimo emptori, & plus offerẽti. &c. quod
pactum ſeruamus contra tertios detentores, quan
do contra eos agitur. quia venduntur pignora ad
diſcurſum vltimo emptori, & plus offerenti, & de
iure tamen diſponitur contrarium, tam de iure cõ
muni, quàm ex diſpoſitione ritus regni. quia ſi nõ
reperitur emptor, qui offerat condecens pretium,
adiudicatur parti creditrici, præcedente æſtima-
tione iuxta terminos tex. in l. à diuo pio. §. in vendi
tione. ff. de re iud. & in rit. c. 112.
32 Seruamus † etiam ſtante pacto de non opponen
do contra tertium in exceptionibus in quibus po-
tuiſſet admitti. quia ſtante pacto de non opponen-
do reijcimus exceptiones, etiam admiſſibiles, ſi
de eis non conſtat per viſionem inſtrumentorum
actoris, prout dixi in deciſ. 3.
33 Ergo † eandem vim, & virtutem, quam habet
contractus cum omnibus pactis in eo adiectis con
tra contrahentes eius hæredes, & fideiuſſores ha-
bebit ex diſpoſitione regiæ pragmaticæ contra ter
tium, hoc diſponente regia pragmatica intelligen
do de tertio detentore rei ſpecialiter ſubiugatę, vt
contra eum tertium, tam ſi quæritur, quàm etiam
ſi præuenit agendo: ei obſtant pacta, vt debeat ſer-
uari per eum pactum in ipſo contractu ſubiugato-
rio adiectum de non præueniendo, dum detinet,
& poſſidet rem ſpecialiter ſubiugatam, & ideo nõ
benedixit in hoc Petrus de Gregorio, nec quidam
de Intriglolo ſupra allegati.
34 Item quia † detinendo rem ſubiugatam, tertius
dicitur ratione detentionis ſe obligaſſe ad omnia
contenta in contractu ſubiugatorio, vt contra eum
eo modo, quo fuit contractum, & firmatum inter
contrahentes debeat, et poſſit exequi iuxta tradi-
ta per Blaſcum Lanceam ſuper bulla in verbo de-
tentorum, pro hoc inde, & ibi Ioãnes Philippus de
Paternione, & not. per Petrum de Gregorio in tra
cta. ſuper bulla. quæſt. 6. nu. 49. & ſeq. verſic. quar-
tum priuilegium. & dixi in ſupradicta deciſione o.
ex dictis noſtratium doctorum: faciunt notata per
Alex. conſi. 52. nume. 6. in 5. col. doctr. Bald. in l. 1. in
7. col. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. ſequitur
Marcabr. conſ. 40. nu. 169. 170. 171. 172.
Et ſic ex ſupradictis habes etiam reſolutum pri
mum fundamentum: imò dico etiam, quod primũ
35 argumentum tollitur ex alio. quia eſto quòd † re-
medium ſit præuentionis tentatum arg. l. ſi conten
dat. ff. de fideiuſſorib. quod poſſit, quis præuenien-
do facere declarare exceptionẽ ſibi competere, &
imponi perpetuum ſilentium. quia tamen quando
prouocatus per illud remedium comparet actio-
36 nem præponendo, & cauſando † executionem, fa-
cit ceſſare illud primum iudicium, & remanet in
vim exceptionis, & defenſionis. ergo eo ipſo, qđ
cauſata eſt executio incipit obſtare pragmatica,
quod in illo iudicio, quod ſtat in vim exceptionis,
& defenſionis non debet procedi. & ſic non debet
audiri. Ita in terminis firmat Decius in ca. in præ-
ſentia in 3. 4. 5. notabi. de proba. poſt Areti. ibi per
eum allegatum. Socci. conſi. 94. nu. 6. verſi. nã quan
do reus in 3. Vincentius de Franchis deciſ. 385. in
2. ergo ſumus in terminis pragmaticæ, per quã tol
luntur exceptiones, & per conſequens hoc iudi-
cium, quod cępit eſſe iudicium exceptionis, per
proportionem actionis.
Et ſic prædicta omnia procedunt ſine difficulta
te non obſtãte iudicio prædicto tentato per eum.
37 quoniam non poteſt negari, quin † cõtractus ſub-
iugatorius fuerit, & ſit validus ſuper feudo, cũ ſuf-
ficiat conſtare de dominio ſubiugantis tempore
ſubiugationis, ſcilicet quòd ille, q ſubiugauit, erat
dominus, & baro. hoc in terminis firmat Petrus de
Gregorio ſuper bulla quæſt. 5. verſic. item requirit
nume. mihi 8. 9. 10. 11. ponit Blaſcus Lancea ſuper
bulla, ſuper verbo ſingularium vbi Ioannes de Pa-
ternione, Franciſcus Prouinzalis ſuper bulla in ver
bo Iuribus verſic. igitur, ſi dominus prællegatus
Ioannes Aloyſius de Septimo ſuper bulla. verſicu-
lo ſeptimo ſi hæres.
Quibus omnibus conſideratis, magna regia cu-
ria decreuit non audiendum hunc baronem antę
factam integram ſatisfactionem interuſuriorum,
& cenſuum maturatorum: tãtò magis quod de eis
iam erat facta petitio, poſtquam erat cauſata exe-
cutio, & ſic facta petitio, & ita determinauit: non
audiatur.
38 Et ob † id non fuit opus ingredi merita, cuius
naturæ fuiſſent baronia, vel feuda, quia ſupradicta
firmata, & deciſiones procedunt, quando feudum
eſt ex pacto, & prouidentia ſimpliciter, etiam ſi a-
deſſet clauſula iuris francorum, rationibus prædi-
ctis fortius procederet, ſi feudum eſſet vel hæredi-
tarium ſimpliciter, quàm etiam hæreditarium mi-
xtum, ſcilicet partim ex pacto, & prouidentia, &
partim hæreditarium, prout quando eſt ſub forma
ſequenti, videlicet pro ſe & hæredibus de ſuo cor-
pore legitimè deſcendentibus, etiam quod abſit
clauſula Iuris Francorum, quia hoc feudum in re-
gno noſtrates vocant feudum mixtum, Petrus de
Gregorio in tract. de conceſſione feudi parte 6. q.
11. latè Cannet. in cap. volentes. cap. 49. incip. Sed
quid ſi fuerit, vbi multos allegat poſt Pernum cõſ.
22. quem ſequitur Cannet. ibidẽ & Petrus de Gre-
gorio in dicto tractatu quæſt. 3. parte 4. firmat hoc
etiam Paris. conſi. 23. nu. 100. in 2. Iulius clarus in
verbo

verbo feudum, quæſt. 9. verſic. quanquam & tertio,
& verſic. Item quæro, quid ſi acceptum fuerit: hoc
idem firmare videtur Menoch. conſilio 104. num.
15. conſil. 158. num. 5. Pedamont. deciſ. 161. nu. 9.
Thomas Marinus in tract. de feud. lib. 1. tom. 10. de
feud. mixto. Berrettus conſil. 78. Panciroſ. conſil.
104. num. 9. Surdus conſil. 5. num. 16. & conſil. 63.
num. 4. 11. & ſeq.

39 Quo caſu † non poteſt ad feudum deueniſſe, ni-
ſi fuerit hæres prędefuncti, & ſubiugantis, & quod
veniat cum qualitate hæreditaria, vt poſſit feudũ
poſſidere. vltra prædictos latè Magonius deciſ. 54.
in deciſionibus florentinis.

40 Et iſto caſu † tanquam hæres tenetur ſeruare
omnia pacta. l. cùm à matre. C. de rei vend. & l. ex
qua perſona. ff. de reg. iur. licèt ei ſucceſſori proſit,
ſi eſt hæres cum beneficio. l. & inuentarij. quod vl-
timum non tenet Burſatus conſil. 31. num. 13. vbi
firmat teneri etiam, quod ſit hæres cum beneficio
legis, & inuentarij. ſi feudum eſt mixtum. & ibi
dicit communem. & quia non eſt propriè materia
noſtra, reſeruo hunc punctum diſcutiendum eſſe
pleniori calamo.

*Ludouicus Mont'altus ſuper Bulla ad propoſitum hu
ius deciſionis ponit infraſcriptam quæſtionem.*

Circa primum, quid intendat Summus Pontifex
41 permittere, ſeu † decernit permiſſum à iure eſſe,
prout infrà dicetur in verbo huiuſmodi cenſualia.
vbi dicitur, quod licitè emi, & vendi poſſint aucto
ritate apoſtolica cenſualia annui redditus ſuper
proprietatibus, rebus, facultatibus, emolumentis,
duobus additis. primò quod fiat, cum facultate re-
dimendi pro conſimili pretio: ſecundò, quod an-
nuus redditus nõ excedat decimam partem pre-
tij habiti. hoc eſt ſi capitale aſcendit ad centum,
annuus redditus non poteſt eſſe vnc. vndecim. ſed
tantùm decem, cùm non poteſt excedere decimã
partem capitalis.

42 Et pro intelligentia præmitto, † quod aliud eſt
vendere annuum cenſum iam firmatum in aliquo
prædio, prout eſt vendere cenſum annuum vtilis
dominij, ſeu directi dominij, quem quis percipit
à ſe ſibi obnoxiũ, vel vendere tantùm annuos red-
ditus ſuper proprio prædio, quia cum iſta immobi
lia reputentur. & perpetuo videatur conſtitui, &
maximè, quia eſt iam ius reale conſtitutum, iſti an-
nui redditus dicuntur, prout eſt tex. in l. iubemus.
C. de ſac. ſanct. eccl. & immobilia reputantur. Bald.
loquitur. in l. hac edictali. §. his. C. de ſecund. nupt.
in prima colum. Gulielmus de Cuneo, & alij, quos
refert Alex. in l. ſciendum. in principio prima col.
ff. qui ſatis dare cogantur, & de iſto contractu non
loquitur bulla. quoniam licitus eſt contractus, quo-
modocunque iuxta d. l. iubemus cum glo. in verbo
annuos. l. fin. C. de rerum permut. & tex. in cap. ad
noſtram. extra de reb. eccleſ. non alien. vbi eſt opus
reſtitutione in integrum, ſi eccleſia eſt læſa, ergo
validus eſt contractus: proſequitur Roman. conſil.
302. & maximè in fine ad hoc propoſitum, & hoc
pro claro tenent omnes Canoniſtæ, in cap. in ciuita
te poſt Hoſtienſem, & alios de quibus fit mentio
in ſequenti quæſtione.

43 Secundus caſus eſt, † quando recepta pecunia
conſtituit annuum cenſum iuris percipiendi ſuper
rebus proprijs: quod non habet aliquam realita-
tẽ, ſed conſtitutionem perſonalem, & de iſto con-
44 tractu loquitur bulla præſens † aliud eſt alienare,
aliud ſupponere, vt not. in rubr. de rebus eo-
rum. Item quia vult venditionem fieri ſuper re-
bus, proprietatibus, & facultatibus venditoris, di-
ctus cenſus non eſt conſtitutum ius reale, ſed hypo
thecę, & obligationis perſonalis ſuper bonis ſubiu
gatis, transfertur: iſtud importat natura iſtius ver-
bi bullæ, quo vtimur, prout declarat Bar. in l. codi-
cillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. fundi. ff. de an-
nu. leg. vbi allegat ad hoc dictam rub. de reb. eorũ
ſequitur Roman. conſil. 388. in cauſa principalis
45 thematis. in primo hoc demonſtro. † nam quando
conſtituitur aliquod ius percipiendi in prædio, pro
ut requirit bulla, tale ius non importàt, nec ſeruitu
tem, nec aliquam realitatem, niſi obligationẽ per-
ſonalem ad illud præſtandi promittentem, ita prin
cipaliter in terminis noſtris declarat Alex. in ſuo
notabili conſ. 18. ſuper primo in volum. quintò vbi
plures doctores ad hoc adducit, quæ non referam,
cum communiter habeantur, quæ ego ſum ſolitus
allegare in contingentia facti: & pro hoc etiam,
quod not. Paul. in l. ſi pater puellæ circa medium.
46 C. de inofficio teſtamento. vbi vult † quod aliud
eſt vendere rem, ex qua fructus percipiuntur. aliud
eſt vendere ius, ex quo redditus percipiuntur, quia
diuerſo modo æſtimatio cenſetur. & ſic cùm ſit vẽ-
ditum ius percipiendi, & non res, nullum aliud ius
quàm perſonalis obligationis transferetur. iſtam
opinionem tenet Bald. cuius doct. eſt multum in
terminis noſtris. in capit. quæ in eccleſiarum, de
conſt. colum. 4. verſic. quæro nunquid feudatarius,
vbi vult, quod iſte annuus redditus non ſit conſti-
tutus reſpectu fundi ſubiugati, ſed corporis fru-
ctuum prædiorum omnibus annis. allegat, quæ ha-
bentur in d. §. inſtituto; pro quo adduco tex. notab.
in l. defuncta. §. ſempronio. ff. de vſu fruct. vbi lega-
tum ex redacto fructuũ oleris non continet vſum
fruct. ſed ſolum, quod redactum eſt, ex fructibus
continetur, vt eſt gloſ. not. in l. ſiquis ita. ff. de vſu
fruct. ex quibus inferuntur plura. primò quod pro
tali iure ſubiugato non competit confeſſoria actio,
prout declarat Bar. in l. mella. §. fin. ff. de aliment.
& cib. legat. & Alex. dicto conſ. 18.

47 Secundò † Infero, quod ex quo ex dicto contra-
ctu ſubiugationis non transfertur aliquod ius in re,
ſed tantùm ius obligationis, obligatio ad ſoluen-
dum cenſum annuum, ſi fiat ſubiugatio ſuper feu-
do, quod non requiratur conſenſus ſuperioris, ad
hoc vt valeat contractus; nec incidit alias contra-
hens in pœnas à iure ſtatutas, & ita in terminis no
ſtris decidit Bald. in cap. quæ in eccleſiarum de cõ
ſtit. colum. 4. verſic. quæro nunquid feudatarius,
cùm in tali contractu nullum dominium rei tranſ-
fertur, vt ſupra dictum eſt, & ita tenet Bald. in cap.
1. in fine col. fin. de ſac. feud. vbi vult, quòd illa an-
nua pręſtatio reſpicit fructus à feudo ſeparatos ab
ipſo feudo, quem etiam ſequitur ibi Aluaro. col. fi.
& alij ſcribentes, & tenet Bald. in cap. 1. in fine, an
48 agnat. & pro hoc adduco, † quod vendere fructus
etiam in perpetuum non dicitur alienare rem feu-
dalem

dalem, vt declarat Andr. de Iſer.not. in conſt. con-
49 ſtitutionem.col. 1.ibi ſecus † ſi concederet fructuũ
perceptionem etiam ius commoditatis.etenim res
diuerſæ ſunt, & diuerſis conſiderationibus haben-
tur à re ipſa.l.neceſſario.§. fin. de pericul. & com-
mod.rei vend.l. arboribus. §. 2. ff. de vſu fruct. &
50 propterea licèt † non poſſit fundus, ſeu feudum a-
lienari in præiudicium tertij,vel domini,tamen cõ
ceſſio commoditatis , & fructuum liberè fieri po-
teſt , vt ad propoſitum noſtrum eleganter declarat
Bal.Nouellus in tract.de dote in vj.parte principa-
li ibi. & ſic poteſt inferri prope finem . & ante eum
id tenet Imo.& latius Roma.in l.in concedendo.ff.
de aqua plu.arcen.loquendo in rebus prohibitis a-
lienari ſine licentia domini , & præmiſſa intelligas
51 ad effectum,vt actus † & contractus ſubiugationis
valeat,& teneat ſine conſenſu domini . nam habe-
tur,quòd cùm ſit feudum, & inalienabile, & debe
batur agnatis mortuo ſubiugante , de iure reperi-
tur,quod non teneantur agnati, vel dominus ad il-
52 lud præſtandum. † quoniam reſolutum eſt illud
ius datoris , vt not. declarat Andreas in dicta con-
ſtitutione conſtitutionem prope finem . ibi ca-
ueant tamen ementes eorum,& omnia iſta dicta ſu
perius procedent , quando eſt dictum , quòd ven-
duntur annui redditus à ſolo ſeparati eorum, vt cõ
muniter fit temporibus noſtris , prout dicit Bal. in
55 dicto cap. 1.de ſucceſ.feud. † & quia fructus à ſolo
ſeparati non ſunt bona feudalia, & applicantur hæ
redi feudatarij , vt mobilia , ſecundum Andream.
in cap. 1.§.hæredis.col.2.de pace tenenda.& in co-
lum.2.& ponit Bal. in conſil. 397, volum. 4. propè
finem. & conſi. 77. volum. 1. ad euidentiam . adde
not.per Purpuratum in conſ.458,12.13, in 2.
Tertiò infertur,& aliud, ex quo in quæſtione ſu-
54 pra retenta, † quòd ſi fiat ſubiugatio ſuper feudo,
ex quo nullum ius dominij,vel poſſeſſionis, vel pro
prietatis in feudo eſt translatum, niſi commodita-
tes fructuum percipiendorum vſque ad ſummam
ſubiugatam ; cum ius ſoluẽdi decimam ſit inductũ
per cap. volentes regis Federici .quatenus expreſ-
sè loquitur in contractu alienationis feudi , & qui
ſubiugat feudum, nihil de feudo alienat. ergo cùm
ſit contra expreſſa verba capituli volentes , & con-
tra caſum,quem lex præſupponit,non habet locum
eius diſpoſitio.l.quo loco ff. de hæred. inſtit. & ibi
not. Doct. quia cum non conueniunt verba legis,l.
4.§.toties de damno infect.cum vulg. confirmatur
55 † hæc q.nam etiam ante capitulum volentes fru-
ctus poterant ſine licentia alienari , vt probatur in
præcedenti quæſtione . ergo cum exactio decimæ
fuit inducta per capitulum volentes. in recompen-
ſationem licentiæ, quam reges dabant in feudo-
rum alienationibus , & per nouitatem capituli vo-
lentes hodie non requiratur , ſed in ſubiugationis
56 † contractu nulla licentia requirebatur , ergo nulla
poteſt cadere compenſatio , in qua fundetur deci-
mæ exactio.
57 Confirmatur † etiam hoc per ca. volentes, quod
inducit decimam propter conſenſum præſtitum
præſupponit caſum , in quo feudum indiminutum
& integrum remanet,ſed iſto caſu nunquam dimi-
58 nuitur.ergo & in iſto caſu non loquitur.† extra ca-
ſum,quem lex requirit,& præſupponit, non verifi-
catur conſtitutio . Angel.l.ſi verò. §. qui pro rei.ff.
qui ſatiſdat.cog,Bal.in l.in præſentia colum.12. de
probat.ponunt omnes poſt Ioannem Andr. in cap.
1.de.homicid.in ſexto .

Et propterea Inuictiſſimus rex Ferdinandus Catholicus in vltimis ſuis capitulis per me tunc regẽtem Impetratis,mandauit,quòd iſte articulus in regno decideretur data certa forma: nec aliquid fuit vnquam actum.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum non poteſt exequi contra non nominatum.num.147.*
2 *Teſtibus ſuſpectis de falſo nulla fides adhibenda.*
3 *Exceptio falſitatis aduerſus executionem contractus venditionis cenſus,iuxta formam bullæ non admittitur.*
4 *Pragmatica non excludit falſitatem , quæ reſpicit probata in proceſſu.*
5 *Inſtrumentum debet eſſe in publica forma redactum , ut mittatur executioni.*
5 *Exceptio , quod inſtrumentum non eſt publicum , admittitur.num.6.etiam ſtante ſtatuto, ſeu pacto de non opponendo.nu.5. & in bulla.num 7.8. & in ſcriptis, nu.9.16.11.12.13.24.25.16.17.*
6 *Exceptio,quod qui extraxit contractum , non eſt notarius, admittitur etiam,ſtante ſtatuto,ſeu pacto,de nõ opponendo.*
11 *Contractus in ſcriptis debet celebrari , primo quando perpetuum,ſecundo quando pro ſecuritate contrahentium.tertio quando æquiparatur rei iudicatæ . quarto & alijs caſibus.nu. 12.13.14.15.16.17.*
10 *Exemplum non exequitur.*
18 *Verificatio extremorum contra tertium debet fieri per legitimas probationes.*
19 *Exceptio falſitatis admittitur aduerſus uerificationem extremorum.num.20.21.30.31.32.33.*
28 *Probatio per inſtrumenta publica dicitur probatio probata.*
23 *Inſtrumentum publicum continet veritatem apparentem,ut non indigeat diſcuſſione fori.*
24 *Facit rem liquidam.*
25 *Eſt probatio notoria,& manifeſta,non cenſetur per ſtatutum,ſeu pactum ſublata.*
26 *Falſitas aduerſus extrema non fuit orta à principio , ut dicatur reiecta à pragmatica, ſeu pactum.*
27 *Exceptio,quæ prouenit ex facto aduerſarij , non dicitur reiecta per ſtatutum , ſeu pactum nu.28.44.*
29 *Exceptio,quæ indirectè opponitur , non dicitur reiecta per pactum, ſeu ſtatutum .*
34 *Contractus ſi eſt extinctus,& reſolutus non poteſt executioni mandari.num. 35 nec reuiuiſcere partes.numero 48. maximè in contractu ſubiugatorio , numero 49.*
36 *Pro teſtamento, quod non intendit recedere à contractu,quando impedit reſolutionem contractus , nume. 37.38.*
39 *Reſolutio contractus non poteſt de nouo reuiuiſcere.*
40 *Scripturæ debent Calendari in executione tempore executionis ; quia inſtrumenta ſunt pars executionis .*
41 *Indefenſus remaneret, ſi inſtrumenta non calendarentur in executione reſpectu eorum præſentatorum,poſt quindenam.*

Clauſula

42 *Claſula, & alijs actis, & ſcripturis ad executionem fauentibus intelligitur reſpectu actionis deductæ in ipſis ſcripturis calendatis.*

43 *Libellus non poteſt mutari poſt litem conteſtatam.*

45 *Exceptio intentionis, & facti admittitur non obſtante pacto, & ſtatuto de non opponendo.*

46 *In ſpolio admittitur exceptio, quod non fundat intentionem. non obſtante ritu. num. 87.*

50 *Relatum erit in referente, cum omnibus qualitatibus ſuis ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum qualitates.*

51 *Limita non procedere, quando eſt data forma: tunc non ſufficit adimpleri per relationem.*

52 *Subiugatorius contractus non poteſt fieri ſine ſubſtantialibus per clauſulam adiectam iuxta formam bullæ Contrarium.*

53 *Reſolutionis contractus exceptio non admittitur ante factam ſolutionem. nu. 55*

56 *Acceptilationis exceptio non admittitur: ante factam ſolutionem. nu. 57*

58 *Officium iudicis an dicatur reiectum per reiectionem exceptionum. nu. 59.60.61.62.63.64.65.66.67.68.69.70.71.72.73.74.75.76.77.78.79.80.81.82.83.84.85.86.87.88.89.90.*

64 *Statutum non reijciens defenſiones non reijcit officium iudicis. nu. 65.73.82.*

66 *Exceptio aliud eſt, aliud officium iudicis eſt.*

67 *Generalis excluſio exceptionum non excludit officium iudicis.*

68 *Reſtringe, quando lex fauere vult creditori, & actori.*

69 *Reſtringe, quando oppoſitio eſt improbata, & æquitas non ſuggerit.*

70 *Reſtringe, quando officium iudicis ſine deductione facti non poteſt operari, & requiritur facti deductio.*

71 *Reſtringe quando non tollitur in totum, ſed differtur oppoſitio: quo caſu ceſſat iniquitas.*

72 *Reſtringe, quando nullitas tam per viam principalis petitionis, & exceptionis eſt reiecta. nu. 73.82.*

77 *Verba, vbi ſunt in ſtatuto clara faciunt ceſſare omnem reſtrictionem.*

78 *Homicidium culpoſum punitur pœna ordinaria, vbi ſtatutum dicat per verba generalia.*

79 *Venalia non comprehenduntur in legato eorum, quæ ſunt in domo, niſi expreſſè exprimantur. nu. 80.*

81 *Lex quantumcunque dura ſeruanda nu. 83.*

84 *Iudex in eo, quod lex præcipit decidendo, non debet ſe intromittere, niſi exequendo.*

85 *Statutum non in totum tollens exceptiones, ſed differens non dicitur abſurdum, neque iniquum.*

86 *Exceptio notoria ex defectu poteſtatis non admittitur.*

87 *Statutum quod tollit actionem, non ualet: ſecus ſi differt poſt carcerationem.*

88 *Officium iudicis admittitur, quando datur defectus ex parte actoris, quod non fundauit ex eius actis intentionem: ſecus quando reus nititur euacuare actionē ex eius defenſionibus deductis. nu. 89.90.*

DECISIO VIII.

Executione cauſata in tribunali magnæ regiæ Curiæ ad inſtātiam donnæ Ioannæ, olim de Ramundetta, & modò de Mēdoza in vnc. 40, contra Antoninum de Ballis magiſtrum rationalē huius regni, ex parte de Ballis fuerunt præſentatæ oppoſitiones, ſeu exceptiones, in quibus plura capita deducuntur defenſionum, per quæ executio ipſa procedere non deberet, & diſcuſſo negotio, Primo videbatur dicendum ex parte ipſius donnæ Ioannæ de Mendoza, quod ex quo executio erat cauſata ad eius inſtantiam virtute contractus ſubiugatorij iuxta formam bullæ, quod ſtāte regia pragmatica, nulla exceptio ante ſolutionem admitti deberet, niſi realis ſolutionis probatę per publica documenta.

Sed ex parte ipſius de Ballis in ſuis exceptionibus allegabatur primo non debuiſſe inſtrumen-
1 tum † prædictum, vigore cuius fuit cauſata executio contra eum exequi, cum in eo non ſit nominatus, & executio vigore contractus non poteſt exequi contra non nominatum. Rip. in l. 1. §. ſi hæres. num. 2. ff. ad Trebell. trigon. ſingul. 121. Crauett. conſi. 592. num. 95. Rebuff. de lit. obligat. Arc. 2. gl. 1. num. 63. Maranta par. 6. tit. de executione ſententiæ num. 32. Suares poſt lecturam legis poſt rem iudicatam in declarat. leg. reg. verſi. ibique fol. 175. Antonius Muſſa in tract. formæ cameræ oblig. 2. q. primæ particul. oblig. fol. 41. vant. in tract. nulli. tit. qui poſſint dicere de nullit. num. 17. Duennas. de reg. iur. reg. 275. limit. 6. in primo. vbi hoc firmat, etiam non obſtante pacto de non opponendo. Rebuff. de literis obligatorijs, ait primo Gloſ. 9. num. 28. vſque 35. in primo: & de hoc latiùs dixi in alia deciſione incipiente in cauſa executionis. Deciſ. 2. Et licèt † ſtante regia pragmatica poteſt inſtrumē-
2 tum, ſeu contractus bullæ executioni mandari contra tertium, & non nominatum in contractu: ſi ipſe tertius poſſidet, ſeu detinet rem ſpecialiter ſubiugatam in contractu ipſo, de quo etiam latiùs dixi in deciſione. 3. incipiente ad Tribunal magnæ curiæ: attamen non probari, dicebatur eum † de Ballis non poſſidere, neque detinere poſtquam locus, pro cuius detentione ipſe de Ballis cogebatur, nec erat in eius dominio, & poſſeſſione, ſed erat Celidoniæ de Bruno eius nepotis, iam ſunt anni duo, quod ipſe de Ballis ei donnæ Celidoniæ donauit per donationem in actis de Galiardo die, &c. & ipſa percipit fructus, & ipſa Celidonia locat domicilia, in eo loco exiſtentia, & alias ipſa tanquam detentrix fuit conuenta per alias perſonas.

Reſpondebatur teſtibus receptis in vim extremorum pro verificanda detentione in perſonam ipſius de Ballis, quòd ſtantibus inſtrumentis, & actis, per quæ probatur illam Celidoniam eſſe dominam, & detentricem, ſunt ſuſpecti de falſo, & ſic eis nulla fides adhibenda. l. qui falſo, vel varia. ff. de teſt. cap. fraternitatis. eodem titulo de teſta. vbi not.

Sed in hoc puncto fuit hæſitatum, an iſte de Ballis conuentus ante factam ſolutionem poterat alle-
3 gare falſitatem probationis † factę pro verificatione detentionis, & probationis in vim extremorū, & primo videbatur dicendum, quod non, ex quo ſumus in contractu debiti bullaris, cuius executio

habet

habet tale priuilegium quod executio non poſſit
impediri etiam falſitatis obiectu, & in terminis no
ſtris ſtante pragmatica hoc firmat Nicolaus intri-
glolus quæſtione 50. vbi id firmat ibi, quod deten-
tor excipiebat poſſidere iure familiaritatis: & ta-
mẽ extrema erãt probata, qđ ille detinebat iure ꝓ-
prio: & teſtes nõ dicebãt iure familiaritatis, ſed ip-
ſe nihil allegat. vidẽdũ eſt de ueritate iſtius dubij.
Ego autem altius exordiendo hunc punctum di
co, quod tex. pragmaticæ non videtur id conclude
re, quoad iſtum punctum, cum tantum determinet
4 priuilegiando executionem, † quæ oritur ex eo cõ
tractu bullari, & vigore ipſius cauſatur executio;
vt non poſſit impediri, vel differri cuiuſuis falſita-
tis, vel nullitatis obiectu.
Et ſic iſta verba pragmaticæ non reſpicere vidẽ
tur validitatem proceſſus, & fundamentum execu-
tionis circa ea, quæ concernunt probata in proceſ-
ſu executionis extra tenorem contractus & conti-
nentiam inſtrumenti.
5 Nam videmus, quod inſtrumentum † publicum
in publica forma redactum & omni iuris ſolennita
te completum debet eſſe, ut executioni mittatur
ex forma ritus ſub rege Alphonſo c. 110. & in ver-
bis bullæ: & tamen licet non poſſit opponi aduerſus
executionem inſtrumenti ſtante pragmatica, ſeu
pacto, tamen, quod inſtrumentum non eſt publicũ,
admittitur exceptio. Bal. in c. paſtoralis num. 4. de
appell. Curt. iun. in l. iuris gentium. §. quod fere nu.
21. ff. de pactis Goffred. conſil. 6. nu. 12. vbi ſecun-
dum eum admittitur hæc exceptio, etiam ſtante
ſtatuto, ſeu pacto de non opponendo. Goffred. ibi-
dem vide Cauens. ſuper ritu neapol. 166. num. 9. &
ſeq. & Proſper. carauit. ſuper dicto ritu 166. nu. 5.
vſque ad 10. Rebuff. de liter. obligat. Art. 2. glo. 1. à
6 numero 34 vſque 58. ibidem ſi dicitur, † quod ille,
qui extrahit contractum, non eſt notarius, quia hęc
exceptio admittitur etiam ſtante ſtatuto ſeu pacto
de non opponendo. Crotus conſi. 112. nu. 16.
7 Et ideo dicemus † quod in bulla, ſi inſtrumentũ
publicum, non exhibetur, poteſt opponi, quod nõ
eſt publicum & ob iſtam exceptionem, ſi non con-
ſtat, quod ſit publicum, inſtrumentum non exe-
quetur.
Eadem ratione Blaſcus lancea ſuper bulla in ver
8 bo inſtrumento gratiæ ait † ex eo, quod dicitur ſic
inſtrumentum gratiæ apparet, quod pro huiuſmo-
di debito ſecundum formã bullæ eſt neceſſe, quod
debeat confici inſtrumentum, aliàs donec non ſit
contractum inſtrumentum quod dicta cenſualia
non debentur, cum interim non poſſet dici perfe-
ctus contractus & completus. l. contractus. C. de fi-
de inſtrum. pro quo facit quod ſolutio talium iu-
9 rium cenſualium debet † probari per inſtrumenta
publica vt ſubijcit ergo pariformiter & tale debi-
tum probari debet per inſtrumenta publica ſecun-
dum Deci. in l. cam naturale. ff. de reg. iur. ſub eiſdẽ
verbis ponit Ioannes Philippus de Paternione.
Et Petrus de Gregorio in tract. ſuper bulla in quę-
10 ſtione 5. verſi. decimò requiritur dicit, quòd † hic
contractus emptionis annualium iurium celebreẽ
in ſcriptis, & qđ fuerit in publica forma redactus,
licèt regulariter contractus de ſui ſubſtantia non
requirat ſcripturam, ſed ad eius faciliorem proba-
tionem, vt voluit Gloſ. & doct. in l. conficiuntur,
ſeu contrahitur de pigno. & glo. in c. 1. §. poſtquam
de cenſ. lib. 6. quæ enumerat 28. caſus, in quibus de
ſubſtantia contractus requiritur ſcriptura, tum ex
pluribus conſiderari poteſt contractus venditionis
celebrari debet ĩ ſcriptis, ſiue eius ſcriptura, ſit de
ſolennitate, ſiue de ſubſtantia contractus ipſius,
alias non valebit, quod deduco ex pluribus, & pri-
11 mo dicitur † in apoſtolica bulla, quòd talis contra
ctus debeat fieri inſtrumento gratiæ mediante eo
caſu, quando ſit mentio de inſtrumento, intelligitẽ
de publico, & ita in ſcriptis, ſeu ſcriptura inuenieẽ,
prout declarat Bal. in l. diuus Traianus. ff. de teſta.
milit. & propterea cõtractus emphiteoticus in ſcri
ptis debet celebrari propter illa verba poſita in l.
2. in verbo emphiteoticis, inſtrumentis, & l. 3. in ver
bo emphiteoticum inſtrumentum. C. de iure em-
phit. & ita ponderat Iaſ. ibi in l. 1. in 14 col. dum
examinat ibi, an contractus emphiteoticus cele-
12 brari debeat in ſcriptis. C. de iur. emphit. † ſecun-
do dicitur inſtrumento gratiæ pro conſimili pre-
tio mediante, quandocunque, quo caſu talis contra
ctus dicitur eſſe perpetuus, & quando contractus
eſt perpetuus, tũc debet in ſcriptis celebrari, quia
ordinatur ad tempus excedens memoriam homi-
num ideo in tali contractu lex voluit, quod de ne-
ceſſitate requiritur ſcriptura, quę facilius probat in
antiquis. l. cenſus. ff. de probat. & ita declarat Iaſ. in
13 d. l. 1. 19. col. C. de iur. emphite. 3. dicitur † in apo-
ſtolica bulla, quòd contrahentes poſſint inter ſe
vendere, & emere iura cenſualia prædicta cum op
portuna contrahentium ſecuritate: ſed talis ſecu-
ritas non poteſt ita commodè haberi, niſi contra-
ctus celebretur in ſcriptis, vt voluit Gloſ. in dicto
capitulo primo, de cenſibus lib. 6. in 19. caſu, dum
allegat tex. in l. penul. C. de fide inſtru. quarto dici-
14 tur † in pragmatica ſanctione regis Alphonſi ver-
ſiculo planè ibi ſancimus ibi tanquam res iudica-
ta, ſed res iudicata non valet niſi feratur in ſcri-
ptis. l. prima. C. de ſententijs ex breui. reci. ergo
15 idem erit in hoc contractu † Quinto quemadmo-
dum ritus in interpretatione capituli cum uaria,
in principio requiritur in his caſibus in quibus ha-
bet paratam executionem, venditor producat in-
ſtrumentum confectum in regno quod ſit in publi-
ca forma, nec ad actum, &c. ergo eodem modo
hæc regia pragmatica ſanctio, quæ dat prom-
ptam, & paratam executionem huic contractui,
ſeu inſtrumento uenditionis annualium iurium cẽ-
ſualium cenſetur illam dediſſe, ſi talis contractus
fuerit in forma publica redactus, & omni iuris ſo-
lennitate completus: iuxta tamen ritum regni ma-
ximè, quia ritus huius regni ſupplet hanc regiam
pragmaticam in multis, in quibus ipſa regia prag-
matica non diſponit, tanquam in caſu omiſſo, cir-
ca huiuſmodi executionem faciendam, prout in
decennio, & alijs, de quibus infra dicam. ſexto
16 dicitur † in dicta pragmatica ſanctione, quòd ta-
lis executio procedere poſſit contra perſonas, &
bona quorumcunque ſingularium detentorum,
rerum, & iurium, vel bonorum, ſuper quibus
cenſualia ipſa fuerunt ſpecialiter onerata, &
obligata, ſed non poteſt haberi uera, & per-
petua ſcientia rerum, uel bonorum, ſuper quibus

cenſualia ipſa fuerunt ſpecialiter onerata, niſi talis
contractus celebretur in ſcriptis, & ſcriptura inter-
ueniret, vel de eius ſubſtantia, vel de ſolennitate iu
ris, vel ſaltem ad eius probationem per ſcripturam
publicam faciendam, tam ratione dominij, quàm
poſſeſſionis, & ſpecialis hypothecæ, data perpetui
tate contractus, de ſui natura, prout ſuperius dixi.
15 Septimo dicitur † in dicta regia pragmatica, ibi p̄-
terquã realis ſolutionis, &c. & ibi vel ſcripturis &c.
tunc ſic, ſicut ſe habet oppoſitum in oppoſito, ita
propoſitum in propoſito. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. quia
contrariorum eadem eſt diſciplina facit l. fin. §. fin.
16 de leg. 3. & ibi Bal. ſed † ad probandum exceptio-
nem realis ſolutionis requiritur ſcriptura, ergo mul
to magis requiri debet ſcriptura ad cauſandã exe-
cutionem virtute contractus prædicti, & ſic ex præ
miſſis infero, quod non ſufficeret ſcriptura priuata
aut probatio per teſtes ad inducendum obligatio-
nem & paratam executionem virtute prædicti con
tractus: hæc firmantur per Petrum de Gregorio in
loco præallegato.

Et ſic ex prædicta doctrina Petri de Gregorio
17 colligitur, quòd circa hoc extremum, quòd ſit † in-
ſtrumentum, in quo adeſt contractus venditionis
cenſus iuxta formam bullæ, debet iudici conſtare,
vt poſſit exequi inſtrumentum, & cõtractus in hoc
extremo, non denegatur exceptio, & ideo exem-
plum non deberet exequi, quia non probat, ſed re-
quiritur originale inſtrumentũ Rebuff. tract. debit.
oblig. art. 2. Gloſ. 1. nu. 82. 83. 84. Riminal. Iunior
conſ. 686. nu. 15. 16. conſ. 689. nu. 16. 17.

18 Eodem modo † dicendum videtur in verificatio-
ne extremorum per teſtes, circa detentionem rei
contra detentorem, quia verificari debet id, quod
non eſt expreſſum in contractu bullæ per tales legi
timas probationes, aduerſus quas, nihil poteſt du-
bitari, quod tale ſit verum eo modo, quo deducit. ſ.
ꝙ conuentus detineat iure proprio rem ſpecialiter
ſubiugatam. & ſic, ꝙ ſit talis, contra quem regia
pragmatica diſponit, vt poſſit conueniri, & ſic ad-
uerſus qualitatẽ, à ſtatuto requiſitam, de qua qua-
litate reſpectu tertij, ut poſſit conueniri dixi latius
in tertia deciſione incip. Ad Tribunal magnæ re-
giæ Curiæ.

Sed poſſet dici, quòd per pactum de non oppo-
nendo adiectum in contractu bullæ, ſit denegata
19 exceptio, † & aduerſus verificationem extremo-
rum ante factam ſolutionem, verum poſſet reſpon-
deri, quod intelligitur reſpectu probationis facien
dæ, per teſtes receptos contra id, quod eſt proba-
tum in vim extremorum pro verificanda detentio
ne: ſecus ſi redarguitur de falſo probatio, & falſi-
tas conuincitur per publica inſtrumenta, quia exce
ptio falſitatis admittitur contra executionem in-
ſtrumenti, ſtante ſtatuto, ſeu pacto, de non opponẽ
do. Rebuff. de lit. obligat. art. 1. Gloſ. 9. num. 15. 16.
17. Dec. in cap. ex parte. il 2. num. 8. verſic. 29. ff. de
officio deleg.

20 Maximè † quando de falſitate poteſt incontinen
ti conſtare per inſtrumentum publicum. Berous in
c. item cùm quis. n. 29. de reſt. ſpol. Proſper Paſſer.
conſil. 28. nu. 20. Carauit. ſuper ritu Neapolita. 166.
à num. 57. vſque 61. & num. 7. verſic. 15. Decius in
cap. ex parte. il ſecundo. num. 6. de offic. delegat.
Menoch. de arbi. iud. centur. prima caſu. 17. vbi ait
21 † incontinenti probari poſſe per inſtrumentum pu
blicum ex interuallo, non ſi ſuper illa exceptione
ſunt examinandi teſtes.

22 Quia tunc probata † per inſtrumenta publica di
citur probatio probata, & facit rem notoriam, ita vt
non indigeat alia probatione. Bal. in l. 11. C. quando
fiſcus, vel priuat. Rol. à Vall. conſil. 63. num. 3. in 4.
Imò facit plenam fidem, & intentionem fundatã,
reddit Alex. conſil. 37. num. 16. in 2. Dec. conſ. 439.
col. 1. Paris conſ. 109. num. 39. in 3. Ceph. conſ. 180.
num. 14. conſ. 225. nu. 20. conſ. 389. num. 10. Rol. à
Vall. dicto conſ. 63. num. 2.

23 Item † inſtrumentum publicum continet verita
tem apparentem ita, ut non indigeat diſcuſſione fo
ri. Pariſ. conſil. 54. in principio in primo conſil. 104.
nu. 64. eodem, Pedamont. deciſ. 72. nu. 4. deciſio-
ne 117. nu. 1. Rol. à Vall. conſ. 64. nu. 3. in 4.

24 Item etiam † inſtrumentum facit rem liquidam,
& euidentem, Pariſ. conſil. 77. nu. 3. conſ. 10. nu. 95.
in primo Pau. de Caſt. conſ. 257. nu. 1. verſic. conſtat
autem in 2. Rol. à Vall. dicto conſ. 63. nu. 4.

25 Et ſic probatio notoria, & manifeſta non cenſe-
tur per pactum, ſeu ſtatutum de non opponendo
ſublata. Berous dicto cap. Item cùm quis. num. 29.
Dec. in dicto cap. ex parte. nu. 5.

26 Præterea ex quo † hæc exceptio falſitatis non
fuit à principio obligationis orta, vt dicatur per pa
ctum, vel pragmaticam ſublata, ſed ex poſt facto
ex facto aduerſarij, dum ꝓduxit teſtes falſos, quo
caſu non dicitur per ſtatutum, ſeu pactum ſublata
27 Marſilius ſing. 96. vbi ait, quod † per pactum de nõ
opponendo non dr̄ rejecta exceptio, q̃ peruenit ex
facto aduerſarij, & Rom. in l. ſi uerò, §. de viro. nu.
28 62. ff. ſol. matr. dicit, † quod nunquam lex prohibẽs
quid facienti opponi exceptionem poſſe intelligĩt
excludere exceptionem, quæ reſultat ex his, quæ fa
cit, vel deducit ipſe, quid petens, vel faciens: huius
eſt rõ, quia tunc non excluditur per exceptionem
aduerſarij, ſed ſe ipſum exludit Dec. conſ. 27. nu. 4.

29 Fortius, † quia hæc exceptio non opponitur ad-
uerſus executionem directè, contra quam tam per
ſtatutum quàm per pactum denegatur, ſed aduer-
ſus probata allegando falſas probationes, quo caſu
licet forte dicatur opponi indirectè, & tendere cõ-
tra executionẽ ad differendũ, & impediendũ exe-
cutionẽ, tñ ſtante ſtatuto reijciente exceptionẽ cõ-
tra executionẽ, ſi opponĩ indirectè, ut quia allega-
tur, & probanĩ probationes extremorũ falſas eſſe.
non dr̄ reiecta per ſtatutũ, ſeu pactũ de non oppo-
nendo Dec. in d. c. ex parte. il 2. nu. 6. de offi. deleg.

30 Quamobrem cùm probationes † extremorũ cõ-
uincuntur de falſo per publica inſtrumenta, neſcio
quo iure poſſit exequi inſtrumentum contra ter-
tium, cùm executio contra perſonam iſtius tertij
non naſcitur ex uerbis contractus, & inſtrumẽti, de
cuius executione agiĩ, ſed potius ex diſpoſitioni-
bus teſtium, quæ redarguuntur de falſo producto-
rum in hoc iudicio executiuo, & eſſet ad imparia
iudicari reum, & actorem ſcilicet quod acta atte-
ſtationes, & inſtrumenta ab actore producta in iſto
iudicio fidem facerent, & non inſtrumenta à reo
producta, quod non eſt dicendum, iuxta doctrinã
Antonij Colombet, qui hoc in ſtatuto in terminis

firmat,

firmat, inter ſing.omnium doct.ſing.obſtantiarum
ſing.vltimo num. 1.Felyn.in c.ex parte,il 2.nu. 15.
& Dec.in vltima col.verſ.15.de offi. deleg.& aliàs
de hoc dixi in alia deciſione, incipiente ad Tribu-
nal magnæ regiæ Curiæ.Deciſ. 3.
31 Et † quatenus vellemus illam clauſulam in prag-
matica, ibi nullo falſitatis, vel nullitatis, &c. dicere
quòd extendatur etiam ad eam falſitatem, quę ad-
ducitur etiam reſpectu iudicialium, proceſſum
executiuum concernentium, vt etiam reſpiciat ex-
trema verificanda pro ipſa executione facienda.
Reſpondeo, quòd procedere poſſet, ſi ob allega
32 tam falſitatem † eo prætextu prætendatur, quod
pendente cauſa falſitatis debuiſſet ſuperſederi in
cauſa executionis, & ſic ciuili iuxta not.per Cyn.in
l.1.pen.& vltima colum.c.qui ante non poſſ.Bal.in
l.ſi quis teſtibus colum.pen.de teſtib. Bart.in l. di-
uus.ff.de pet.hared.conſil.6.nu. 18. & per totum.
33 ſecus ſi allegatur † falſitas, & prætendatur, ex quo
falſa inſtrumenta, & acta, ſuper quibus fundatur
executio, quod non debeat procedi, quia falſitas
eſt notoria, & detegitur per inſtrumenta publica:
comprobo hoc ex eis, quæ firmat Hieronymus de
Fimia ſuper bulla in tex. falſitatis, dum dicit, ſed
non intelligitur reijcere illam exceptionem falſita-
tis, & nullitatis, quæ eſt certa, & conſtat ex actis:
Iaſ.in l.1.§.hoc edicto in 5.col.de ope.nou. nuncia.
& ſic non excluditur exceptio notoria; & notoria
eſt illa, quæ conſtat ex actis.Paul. de Caſtr. in l.vbi
pactum.C.de tranſactio.Iaſ.in d.§. hoc edicto in 6.
col.hęc comprobat Hieronymus de Fimia. Item ſtā
tutum, ſeu pragmatica non debet intelligi, ut pe-
rire dicatur viam fraudibus, ut poſſit quis conueni
ri ad libitum creditoris, probata qualitate tertij
detentoris in perſonam cõuenti, & falſo modo de-
negando exceptiones conuento. & ideo hac æqui-
tate ſuadente in prima iudicij inſtantia admittitur
conuentus per inſtrumenta probare, quo iure poſſi
deat qualificando detentionem in eius perſonam
probatam.
Secundò principaliter opponebatur, quòd con-
tractus ſubiugatorius, virtute cuius fuit cauſata ex-
34 executio eſt ipſo iure extinctus, † & reſolutus iam
ſunt anni 19. & ſic ex eo nulla obligatio, nec actio
ex eo oriri poteſt.l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. &
ibi doct.in l.ab emptione.ff.de pactis.
Et in bulla hoc affirmaſſe dicebatur Federicus
de Campixano ſuper bulla in verbo realis ſolutio-
35 nis, ea ratione: quia cùm ſit ſublata † obligatio
principalis cõtractus bullaris ſolutione facta inſtit.
quibus mod. toll. oblig. in princip. tollitur quoque
eius executio, tanquam acceſſorium.l. cum princi-
palis.ff.de reg.iur.
Reſolutio deducitur ex eo, quod donauerit ille
Petrus Aiutami Chriſto, qui ſubiugauit donnæ Ioã
næ, & donnæ Margaritæ ſororibus hinc ad decem
dies poſt ſubiugationem omnia eius bona, cũ hoc
quod debuiſſent ſibi ipſis ſatisfacere de capitali di
ctę ſubiugationis cum interuſurijs decurſis reddi-
tibus debitis ſuper regia Doana ipſi don.Petro do-
natis eiſdem.dd.ſororibus: tamen appareret exa-
cta tota ſumma capitalis, ſed dicebatur ex aduer-
36 ſo, quod fuit dicta donatio acceptata † cum reſer-
uatione non animo recedendi à contractu ſubiuga
torio, & ſic non fuit extinctus, nec reſolutus ſecun-
dum Bar.in l.ſi quis aliam.in priu.nu. 1.ff. de ſolut.
l.eleganter.ff.de pign.actio.
Sed huic replicabatur, quod non poteſt operari
37 illa reſeruatio † alium effectum, niſi caſu quo non
exegiſſet, vel fuiſſet impedita exactio, vel euictum
ius agendi: aliàs diceretur, quid abſurdum, & con
tra æquitatem, & conſcientiam habere, ſeu recupe
rare capitale, & petere poſt capitale receptum in
teruſuria.ita in terminis firmat Gozad.cõſil.58.nu.
12.verſ non obſtat ſecũdum, vbi ſubdit, quod aliàs
ſi intelligetur Bar.in d.l.ſi quis aliam, quod omnia
iura ſunt reſeruata, & quod poſſit agere, eſſet cõtra-
rietas, quod fiat datio inſolutũ pro omni eo, quod
teneri poſſet in futurum, & nõ eſſet liberatus, quod
non eſt dicendum, & ille intellectus capi debet; qui
vitio caret.l.quoties.ff. de reb. dub. & ſic idem di-
cendum in caſu noſtro, cùm voluerit donator capi-
38 tale exigi à regia Doana † procedi ſoluendo con-
tractu cenſus iuxta bullam, & ita ipſa donatrix exe
git integrè, reſeruatio autem intelligitur caſu, quo
ante exactionem euinceretur ius exigendi, vel im-
pediretur exactio, non quòd intenderit petere in-
teruſuria, étiam poſt exactum capitale; & ſortem
principalem.
Quoad caput extinctionis, & reſolutionis con-
tractus dicebatur etiam ex parte iſtius de Mendo-
za, quòd licèt appareat actus donationis, modo
quo ſupra, tamen acceptatus cum reſeruatione,
imò reſeruatio fuit per illum Petrum deinde acce-
ptata, & quod ſortius d.Petrus in anno 1574. tem-
pore matrimonij contracti cũ don Ramundo Ra-
mundetta fuerunt dotatæ ei donnæ Ioãnæ unc. 19.
de iſtis unc. 32.q.18. redditnũ cum noua obligatio
ne, & ſubiugatione faciente Petro quittantiam de
toto exacto virtute prædictæ donationis.
Sed replicabatur ex parte iſtius de Ballis, quod
39 ſi contractus fuit ipſo iure † extinctus per exactio-
nem capitalis virtute donationis prædictæ, non po
tuit de nouo reuiuiſcere etiam de conſenſu vtriuſ-
què partis, vt ex tunc l.qui res.§.aream. vbi Bart.ff.
de ſolut.l.ſi vnus, §. pactus ne peteret verſicu.ſed ſi
pactum cùm verſi.ſeq.de pactis.ſpecul.de ſalarijs.
§.poſtremo verſi. 1.& in tit.de probat.§.primo col.
10.verſic.circa nouale Alex.in l.ſi diuerſa nu. 2. ca.
de tranſact.Iaſon.Ang. in d.§. pactus ne peteret in
dicta l.ab emptione.ff.de pactis.
Secundò dicebatur, quòd vigore iſtius vltimi cõ
40 tractus non fuit cauſata executio, † nec pręſentatus
actus quando fuit actrix requiſita, vt declararet, ſi
vellet vti alijs actis, & contractibus, præſentauit
hunc cõtractum poſt lapſum quindenæ datæ ad ſe
opponendum; & præſentandum ſuas exceptiones,
non releuat, quia ex forma ritus acta debent in exe
cutione, & tempore executionis calendari, quia in-
ſtrumenta dicuntur pars formalis executionis. Bal.
in conſ.15.in 2.nu.1.in conſ.318.in 4. nu.4. & in c.
paſtoralis.§.quia verò.nu.16.de offic. deleg. Paul.
de Caſtr.conſ.31.3.vol.Bellonius conſ.59.nu.4. &
41 aliàs † circa inſtrumenta non calendata in execu-
tione, & non præſentata facta requiſitione, rema-
neret conuentus ſine defenſione, & ſic ſuper eis
nulla vis facienda, ita in terminis firmat Crauet.in
conſ.840.num.9.in 5.

42 Nec obſtat † clauſula adiunctis alijs actis ad validitatem executionis facientibus; quia bene operatur in his, quæ veniunt ad corroborationem executionis iam fundatæ, non autem ad ipſam fundandam, quia dicta clauſula non operatur circa actionem, quæ in libello executionis, non eſt deducta Calder. & alij in c. 2. de ordine cognit. Alex. in cõſ. 121. col. 4. num. 11. 12. 13. in primo verſi. præterea vt dicunt doct. Aret. in conſi. 17. conſideratis col. 4. num. 5. verſi. vnde ſicut clauſula Soccin. iuni. in l. natural. §. nihil commune nu. 64. ff. de acquir. poſſeſſi. & per dictam clauſulam corroboratur executio reſpectu actionis deductæ in executione ipſa, non circa aliam actionem non deductam, quæ elicitur ex ſcripturis modo præſentatis, & non calendatis in executione, & maximè, quando præſentatio eſſet facta poſt præſentationem oppoſitionum, & finitam quindenam datam ad opponendum, quia
43 † eſſet mutare libellum poſt litem conteſtatam, quod non poteſt not. in l. edita. C. de edendo, & reſpectu iſtius actionis, quę elicitur ex iſtis ſcripturis non calẽdatis in executione, & modò præſentatis, nullus fuiſſet datus terminus defenſorius: cùm fuiſſet lapſa quindena ad opponendum data à ritu regni in hoc iudicio executiuo.

44 Et iſta exceptio tanquam proueniens † ex facto aduerſarij admittitur in bulla, ſicut exceptio defectus extremorum, quia non dicitur excludi per exceptionem ab aduerſario deductam, ſed à ſeipſo Deci, conſil. 27. num. 4. in 1. l. qui officij. §. fin. ff. de contrah. empt. & in l. veteres in fi. ff. de itinere, actũque priua. add. ad Bar. in l. eum qui ita §. qui ſtipulatus ff. de verbo. oblig. Roma. conſi. 472. in fine Rola. à Valle conſil. 53. nume. 31. 32. in 1. Foller. ſuper bulla in verſi. quę quidem executio nu. 53. & etiam ait, quòd non repellitur exceptio, quæ repellit agẽtem à limine iudicij Bal. in l. fratris C. de tranſact. Conradi. Puteus ſuper bulla verſi. in tantum quòd licet bulla.

45. Et quatenus † exceptio dici poteſt, dicitur exceptio intentionis, & facti, quæ admittitur non obſtante pacto de non opponendo. Berous in dicto. c. item cum quis num. 19. 20. de reſtit. ſpol. Guid. Papæ in tract. de compulſor. literis quæſtione 9. purpur. in l. 2. §. creditum. nu. 21. 22. ff. ſi cert. pet. Dec. in c. ex parte il 2. num. 8. verſi. 26. de officio deleg. & quæ ſit hæc exceptio. vide Iaſ. in l. qui redhibere num. 5. & ſeq. ff. de cond. cauſ. dat. cauſa non ſeq. & qũo opponi vide Bar. ĩ c. 1. n. 7. de reſtitutio. ſpolia.

Et ꝙ hæc exceptio intẽtionis, & facti in bulla admittatur latius dixi ĩ deciſione 2. ex Petro de Gregorio, & alijs, ibi per me allegatis & Aloyſij de ſeptimo ſuper bulla, quæſtione 1. in fine.

46 Et hæc † exceptio, qđ actor non fundauit actionem ſuam, admittitur ſicut etiam in ſpolio: vbi ex forma ritus noſtri in regno non admittitur defenſio ante factam reſtitutionem, tamen hæc exceptio admittitur, Bal. in l. 1. C. de ind. uid. toll.

Dicebatur etiam principaliter ex parte iſtius de Ballis: quod quatenus executio potuiſſet ſubſtineri ex iſto ſecundo contractu obligatorio, & de nouo ſubiugatorio, etiam quòd à principio fuiſſet eius vigore executio cauſata: tamen non poteſt ex ea
47 naſci executio, tanquam ex contractu iuxta formã bullæ, ſed tanquam ex obligatione ex illo contractu obligatorio, cuius vigore executio non poteſt fieri contra tertium: & non nominatum in contractu obligatorio, vt ſupra dixi, & tertio non nominato, & non obligato, non obſtat pactum de non opponendo Bertran. conſil. 303. numero ſeptimo, in prima 21.

48 Item quia † non poſſunt partes reſuſcitare obligationem jam extinctam, licèt de nouo facere poſſint; pro vt declarat Angel. & doct. in d. §. pactus ne peteret, & in dicta l. ab emptione Bal. in c. imperialem. §. inſuper de prohib. feud. alien. p Feder. Iacobus de Santo Gregorio in verſic. dictique vaſſalli poſſunt num. 64.

49 Nouam facere † non potuerunt ſubiugationem; quia non ex ſolo conſenſu fieri potuit, cum debeãt in ſcriptis fieri, & apponi omnia ſubſtantialia bullę, & pactum de retrouendendo, quod ſoluatur prętium, quæ ſubſtantialia non interuenerunt.

Et licèt hoc 2. contractu fiat obligatio ad ſolutionem dictorum redditũum iuxta formam dicti contractus ſubiugatorij, & videantur omnia pacta, & clauſulæ contentæ in illo primo contractu con-
50 tentæ in hoc 2. ineſſe † cùm in ſcriptura referente contineatur, quicquid continetur in ſcriptura relata ex Dec. conſi. 63. num. 6. in primo Alex. conſilio 46. num. 9. in primo, & relatum ſit in referente verè, & proprie, nedum ſecundum ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum qualitates omnes. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. l. ait prætor. §. ſi iudex, vbi Alexan. & Iaſ. ff. de re iud. cum alijs cumulatis per Pariſ. conſ. 2. num. 52. 53. in 30.

51 Tamen † prædicta regula limitatur, vt non procedat, quando eſt data forma: quia tunc non ſufficit adimpleri per relationem ad aliud Angel. Alex. & Iaſ. in l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. oblig. l. prætor. ff. de oper. non. Iaſ. in d. §. ſi iudex nu. 4. Aret. in l. 1. col. 1. verſic. & iſtud dictum. ff. de lib. & poſth. Pariſ. in dicto conſi. 2. num. 58. Bal. in l. minoribus. C. de his quibus, vt indignis Butrius in c. uidebitur de appell. ſed in caſu noſtro forma eſt, quòd cõtractus in ſcriptis fiat, & quod ponantur omnia pacta ſubſtãtialia, & ſolita. & præcisè pactũ de nõ opponẽdo, & ſoluat, & recipiat p̃tiũ, ſeu ſors capitalis.

52 Et dicebatur † adeo vera eſſe hæc, vt nec etiam contractus fieri poſſet cum clauſula iuxta formam bullæ, aliàs poſſet quilibet contractus vſurarius celebrari facta mentione in eo, quod ſit iuxta formã bullæ quod abſurdum eſt, & contractus non iudicatur ex verbis, ſed ex effectu, Bal. in l. 1. C. commodit. & in rub. C. de iure emphit. Io. Faber. in §. adeò inſtit. locat. Io. de Imola in c. ad audientiam. de rebus eccleſ. non alienand.

Sed prędicta in hac vltima limitatione in terminis noſtris bullæ non procedunt eo modo, pro ut hic firmantur ſed determinatur totum contrariũ, pro ut latius de hac dixi in ſupradicta 2. deciſione incipiente in cauſa executionis.

53 Sed tamen † aduerſus omnia prædicta dici poteſt ex parte dõnæ Ioannæ de Mendoza: quod eius executio ſubſtinetur ex primo contractu ſubiugatorio, non caſſo neque cancellato, quæ ſubſtineri debet, quia allegata reſolutionis contractus exceptio nõ admittitur in executione ex cã debiti cẽſus

iuxta formam bullæ, ante factam ſolutionem. Bertr.
conſil. 303. in 1. 2. vbi hoc firmat in ſimili ſtatuto,
prout eſt noſtra regia pragmatica.
Et ſuper noſtra bulla Blaſcus lancea in verſic. al-
54 legata realis ſolutionis exceptione, verſic. 39. † ait,
an ex eo, quòd bulla excludit omnes exceptiones,
& non admittit, niſi vnam cenſentur eſſe excluſæ
aliæ ſimiles, iſta quod exceptio reſolutionis cõtra-
ctus, vel alia ſimilis cenſeatur reiecta: dic, quod ſic
per not. doctrinam Angeli. in l. & non tantum. §. 1.
55 ff. de pet. hæred. pro quo facit, † quia exceptio fir-
mat regulam in alijs, ait per Philippum Dec. in l. 1.
ff. de reg. iur, & dict. Afflict. in ſua deciſione 319. nu
me. 6. in deciſione 239. num. 3. eadem apoſtilla eſt
poſita ſub Ioanne Philippo de Paternione.
56 Coadiuuantur prædicta, † quia acceptilatio pe-
rimit actionem, & tamen exceptio acceptionis nõ
admittitur, ſtante ſtatuto reijciente omnes exce-
ptiones admittendo exceptionem ſolutionis, tantũ
quia ſtatutum loqui videtur de vera ſolutione, non
de ficta quæ inducitur per acceptilationem Ioã. de
Imol. in l. 2. num. 4. colum. 11. verſic, ſed de hoc vl-
timo dic, ut dixi. ff. qui, & à quibus appel. non licèt.
Idem dicit ibi Imol. in col. 10. verſic. s. ratio de pa-
cto de non petendo.
57 Et in. exceptione † acceptilationis, quod nõ ad-
mittatur in bulla: hoc colligi poteſt, ex Blaſco lan-
cea ſuper bulla, ſuper verbo cuiuſuis exceptionis
in verſic. ſed an ſtatutum excludens omnes exce-
ptiones, niſi ſolutionis, excludat exceptionem acce
ptilationis: tamen etiam vide Angel. Peruſ. in l. nõ
erit. ff. de iureiur. licet Angel. ibi hoc non dicat, ta-
men Imol. in prædicto loco dicit clarè, & incipit
hoc diſcutere ab illo verſi. ſi autem exceptio impro
priè dicta. col. 9. idem firmat Foller. ſuper bulla in
verſ. quæ quidem executio nullo falſitatis. nu. 55.
58 Sed replicabitur, quòd in terminis noſtris nõ ſu
mus in executione mera reſolutionis cõtractus: ſed
in vera ſolutione capitalis per exactionẽ reddituũ
à regia Doana factam vigore donationis ad ſatisfa
ctionem capitalis, pro reſoluendo contractu ſubiu-
gatorio ex pacto retrouendendo, quod pactum le-
gitur in eodemmet contractu ſubiugatorio, vigore
cuius agitur. quo caſu facta integra ſatisfactione ca
pitalis fuit reſolutus contractus ſubiugatorius, &
iſto caſu admitti debet hæc exceptio reſolutionis
contractus. & hoc ſaltẽ officio iudicis, quia hæc eſt
exceptio perimens actionem ipſo iure, eſt exceptio
intentionis, & facti. & licèt officium iudicis etiam
dicatur reiectum per ſtatutum reijciens exceptio-
nes omnes, præter exceptionem realis ſolutio-
nis, maximè quando reijcitur ẽt defenſio, prout
in caſu noſtro, ex quo ſumus in bulla, & adeſt pactũ
de non opponendo iuratum, in quo pacto contine-
tur, quod non poſſit ſe opponere, nec defendere,
prout Petrus de Gregorio declarat in ſuo tractatu
59 bullæ in vltima quæſt. circa fin. † attamen hæc exce
ptio noſtra admittitur ex doct. Imo. in dicta l. 2. nu.
4. verſic. poteſt dici prout mihi uidetur pro concor
dia opin. ff. qui & à quibus appel. nõ licet. vbi poſt-
quam in dicto nu. 4. verſi. iuxta prædicta ponit iſtã
aliam quæſtionem, an ſtante ſtatuto reijciente exce
ptionem, videatur poſſe implorari officium iudi-
cis releuãtes allegando authoritates, & rationes, pro,
& contra: tandem in dicto verſic. poteſt dici, con-
cordat modo infraſcripto, quòd aut eo caſu, quo
per ſtatutum excluditur exceptio, agens locuple-
taretur cum alterius iactura, ſi non poſſet iudicis
officium implorari, & tunc non intelligitur iudicis
officium excluſum per id, quod habetur in l. planè.
ff. de pet. hæred. & l. fin. eodem. & hoc caſu poſſit
ſaluari opinio Bar. & hoc ſatis uidetur de eius men
te per id, quod ipſe dicit in dicta l. planè. ad finem
aut agens non locupletaretur cum aliena iactura, ſi
non poſſit implorari officium iudicis, eo caſu, quo
exceptio præſcriptionis, vel pacti de non petendo
ex cauſa lucratiua facti, & tunc uidetur, quòd non
poſſit implorari officium iudicis, ex quo per ſtatu-
tum excluditur dicta exceptio per rationes allega-
tas, per Bal. & Salyc. per eum allegatum, & maxi-
60 mè, ut vna uia † prohibitũ, alia via præciſè tenden
te ad eũdem effectum intelligatur eſſe permiſſum,
quòd eſſe non debet, vnde tunc ex vi regulæ iuris
antiqui, quo cauetur, quòd vna via prohibitum
eſt, non debet dici permiſſum eſſe per aliam viam
tendentem ad eum effectum, cùm vtraque via cõ-
petat iure cõi, licèt aliud uideretur ſi altera eſſet
de iure ſpeciali, de quo in dicta regula cũ quid vna
via, &c. in l. ſcire oportet de tut. & cur. datis ab his.
61 Deinde † ſubdit idem Imol. quòd in ſtatutis fit
extenſio etiam in exorbitantibus quando extenſio
eſt paſſiua, & fit authoritate regulæ antiquæ, & nõ
62 actiua, quæ fit ab homine. ideo officium iudicis in
caſu propoſito competat ad eundem finem, & ui-
deatur inductum ad coadiuuandam exceptionem
ſicut etiam aliquando inducitur ad ordinandam a-
ctionem, ſublata exceptione per ſtatutum dicitur
ſublatum officium iudicis ad idem competẽs. arg.
reg. prædictæ cùm quid vna via &c. dummodo nõ
reſultet iniquitas, propter quam quis locupletare-
tur, cum iactura aliena, & ne dicta iniquitas reſul-
ter, & inſurgat, non intelligitur ſublatum officium
iudicis. hoc in ſumma ponit Imola ibi, & nos ſu-
mus in caſu, quòd iſta donna Ioanna locupletare-
tur cum iactura aliena, & reſultaret magna iniqui-
tas, quod haberet penes ſe capitale, & ſortem prin
cipalem exactam, & peteret interuſuria, & ſecun-
dus cõtractus poſtquàm eſt extinctus per ſolutio-
nem capitalis, & ſortis, non potuit in præiudicium
poſſeſſorũ reuiuiſcere cõtractus ſine capitali, & ſor
te: ſup iſto ultimo motiuo non eſſet faciẽda magna
vis, q̃a prædictũ punctũ in terminis bullæ vide, q̃d
ponit Aloyſius de Septimo ſuper bulla in q̃one, an
poſſit officiũ iudicis implorari, vbi contra Imol. cõ
cludere vr̃, ſed Aloyſius non loquitur, vbi cõſtaret
ſolutũ capitale, ſeu ſolutã ſortẽ; & pro clariori in-
telligentia præmiſſorũ ſubſcripſi totã quæſtionem.
Ioannis Aloyſij de Septimo poſt hanc deciſionem.
63 Blaſcus lancea † ſuper bulla in verſ. an cauſans
executionẽ tangit hũc punctũ, & tranſit remiſſiuè,
dum ait, an cauſans executionẽ virtute contractus
ſubiugatorij, eſſet in dubio, an is, contra quem, eſt
cauſata executio poſſet tali caſu implorare officiũ
iudicis vide per Ang. in l. fin. ff. de pet. hæred. vbi fa
cit differentiam, quando ſtatutum excludit tantũ
exceptiones, & q̃n excludit etiã defenſiones, quod
vltimũ eſt magis dictum clarum. per Bart. in l. 1. §.
& parui. ff. quod vi, aut clàm. & per eundẽ Angelũ

in l. planè. ff. de pet. hæred. hæc autem poſita fuit
ſub Io. Philippo de Paternione.

Hieronymus autē de Fimia, nec etiam decidit,
dum ponendo hanc quæſtionem ſuper bulla ſe re-
fert ad Bar. in l. planè. in fin, de pet. hæred. & Iaſon.
in l. vbi pactum. C. de tranſact.

Iſtam quæſtionem latè diſputat, & diſcutit Au-
guſtinus Berous in c. item cum quis. nu. 35. 36. 37.
extra de reſtitutione ſpoliat. vbi diſtinguit quod,
aut expellendo, & excludendo exceptiones, con-
tingeret creditorem locupletari cum aliena iactu-
ra, & ſic contra naturam, & tunc ex æquitate offi-
cium iudicis implorari poterit, aut quis tollendo
exceptiones cum aliena iactura nō locupletaretur
actor, nec contra æquitatem iuris naturalis fieret,
& tunc quamuis fieret contra æquitatem iuris poſi
tiui, tñ reus officium iudicis implorare non poſſet.

Nec obſtat ſecūdum enm, quòd æquitas dicitur
improbata, quia licèt per ſtatutum poſſit improba-
ri, quoad formam, & ſolennitatem iuris poſitiui; nō
tamen, quoad ſui ſubſtantiam, ut tollatur æquitas
naturalis, videlicet, quòd quis locupletur cum alie-
na iactura.

Et ideo ex præmiſſis exceptiones tanquam rele-
uantes fuerunt admiſſæ, & pronunciatum, quòd op
poſitiones ſtent.

*Quæſtio an officium iudicis dicatur reiectum per re-
giam Pragmaticam in cauſſa executionis contractus
uenditionis cenſus iuxta bullam, quam ponit, & diſpu-
tat. Io. Aloy. de Septimo in quæſtionibus per eum diſpu
tatis ſuper bulla ſub huiuſmodi tenore.*

An regia pragmatica prædicta videatur reijcere
officium iudicis taliter, quòd ſuper exceptionibus
excluſis non poſſit conuentus officium iudicis im-
plorare, & videtur pro parte negatiua dicendum,
quòd non, quia pragmatica reijcit ſolùm exceptio
nes, ibi dum dicit, quæ quidem executio impediri
pōt, quo caſu cōmunis omnium doctorum eſt con-
64 cluſio, † quod quando ſtatutum reijcit exceptio-
nes tantùm, & non defenſiones, tunc poſſit officiū
iudicis implorari. Ita Bar. Bald. Ang. Paul. de Caſtr,
per illum tex. in l. planè. ff. de pet. hæred. & in l. fi. ff.
eod. tit. Bar. in l. 1. §. parui. ff. quod vi, aut clàm. l. 4.
§. nouiſſimè ibi Bar. ff. naut. caup. ſtabul. & Abb. in
c. item cùm quis de reſtit. ſpol. Pet. de Anch. in cle.
j. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Bal. in l. ſi non ſortem.
§. 1. circa fin. ff. de cond. indeb. Benedic. barc. dom.
in c. 1. vlt. col. de litis conteſtat. in 6. Benedictus de
Barcis in tract. de guaren. pen. cart. Bal. in l. ſi vnus.
§. pactus. ne peteret. ff. de pactis Alex. conſ. 75. col.
pen. in 3. vol. & in conſ. 113. 5. vol. in vlt. col. Roma-
nus conſ. 42. col. fin. & conſ. 67. in fin. domi. in c. in-
demnitatibus. §. ſanè per illum tex. de elect. in 6. &
per multas doctr. in varijs locis doct. cōfirmari iſtā
concluſionem Iaſ. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. col.
ante pen. ibi videndum eſt, & loquuntur prædicti
doct. poſt Bar. in dicta l. planè. quando ſunt reiectæ
6 † omnes exceptiones, prout in caſu noſtræ pragma
ticæ præter vnam, hoc eſt ſolutionis, quia tali caſu
ſi non ſunt reiectæ defenſiones, poterit iudicis of-
ficium implorari, ne locupletetur actor cum iactu-
ra aliena, quod tenet Imol. dicto caſu in l. fin. ff. qui.
& à quib. appell. non licet. cum concor. in alleg. pro
66 quo eſt ratio, quia † aliud eſt exceptio, aliud eſt iu-
dicis officium ſecūdum ea, quæ ponunt Bar. & Scri
ben. in dicta l. prima. de iuriſd. omn. iudi. Vide Ale
xan. col. pel. & Bald. inſtit. de act. in princip. in fine,
66 3. col. par. excluſio generalis † facta à ſtatuto non
excludit officium iudicis, cum illud naſcatur exe-
cutiuè, prout ad propoſitum noſtrum proſequitur
eleganter Philip. in c. dilecto cart. pen. verſicu. vero
modo intentatur. de app. extra 2. poſito, quòd eſſet
excluſa via officij iudicis: tamen iudex ex ſe, & of-
ficio ſuo debet audire defenſionem rei, vt excludat
actorem. Ita not. Bal. in l. 1. c. de manu. vind. Roma.
conſ. 42. ibi not.

Sed in cōtrariam partem, nulla ſunt primo. nam
licèt prædictę doctrinę primo loco allegatæ velint,
quod poſſit implorari officium iudicis, niſi ſit pro-
68 hibita defenſio; tamen illæ † non procedunt in ca-
ſu, quando ſtatutum vult fauere actori, & fortifica-
re actionem exceptiones obiectas prohibendo, qa
tunc non poteſt iudex impartiri officium ſuum cō-
tra legis diſpoſitionem fortificantis actionem. iſta
ſunt verba Bal. not. in l. 1. c. de cond. indeb. verſi. 2.
caſu excluditur, & ſic non poteſt officium iudicis
implorare. iſtam deciſionem ſequitur Salycet. in l.
ita nobis pudor. C. de adulter. in verſicu. ſed vltra
69 prædicta quæſiuit Bar. per rationem, quia † officiū
fruſtra imploratur, vbi nihil deſeruit officium, quia
tunc officium iudicis deſeruit cùm æquitas impro
bata ſuggerit, vel ſaltem non eſt improbata. Inſtit.
de off. iud. & ſi improbatur in totum, vel in partē,
non deſeruit, vt patet in præſcriptione contra æqui
tatem in dicta l. de cond. indeb. ſed in caſu noſtro
oppoſitio executionis ſtrictè à ſtatuto eſt improba
ta. ergo iudex, qui ad obſeruantiam ſtatutorum te-
netur, officium ſuum non debet, nec poteſt interpo
nere contra ſtatutum, ne indirectè concedatur ad-
miſſio eorum, quæ ſunt improbata directè, ac etiā,
quia ſtatutum non tendit ad improbandum exce-
ptionem facti, quod eſſet impoſſibile: ſed oppoſi-
tionem rōne iuris & effectus, ac etiā quia qui vult
70 iudicis † officium implorare habet deducere factū,
ex quo procedit oppoſitio, & per conſequens illud
mediū oppoſitionis, quod uidetur eſſe prohibitū,
ut non minus operetur repulſio legis, quàm homi-
nis, & tamen ſi incidenter fuerit oppoſita exceptio
in iudicio, & poſtea repulſa, non poteſt ad eundem
effectum deduci principaliter, & not. in l. quod iu-
dicem. §. 1. ff. de compenſ. non obſtat. l. planè, quia
ibi exceptio ipſo iure non competebat, & ſic non
excluditur ab exceptione, ſibi competente: ſed in
caſu noſtro eſt ſecus, quia competebat de iure com
muni, ideo etiam intelligitur ſublatum officium iu
dicis, quod ad eundem finem tenderet, quæ verba
ſunt notata, ut ibi per eum, cuius ſententiæ eſt etiā
Bal. in Add. ad Specu. in titu. de arbitr. in 4. colum.
verſic. ſed quid ſi ſtatutum. & Bald. poſt Cyn. in l.
cauſæ in principio. ff. de mino. cùm ergo pragmati-
ca velit fauere actori habenti ius ſubiugationis re-
pellendo facti exceptionem, ut infra clariùs dice-
tur, quo nullo pacto iudicis officium implorari poſ
ſit iſto caſu, & licèt Imol. & Angel. de Aretin. in l.
fin. quib. appell. non licet, quos uidentur ſequi Ale-
xand. in l. 3. §. ſi his. colum. 3. ff. quod quiſque iuris,
& in-

& in dicta lege prima.de iuriſd.omnium iudicum,
videtur concordare has doctrinas,quod habent lo-
cum , quando quis non locupletaretur cum aliena
iactura : ſecus in executione,per quam pars ſi non
opponeretur , locupletaretur cum aliena iactura ,
71 quia pragmatica fauet † ſolum creditori circa ex-
ceptionem, & habet tantùm facultatem repetendi
poſt ſolutionem. non ergo inducit iniquitatem . &
hoc infra clariùs dicetur, quòd in totum non audia
tur, ſed præpoſterat ordinē agendi ante exceptio-
nis obiectum.non ergo poteſt dici in effectu credi-
tor locupletari cum iactura aliena, cùm poſſit ex fa
cultate legis repetere, confirmatur hoc : quia cùm
pragmatica vltra procedit , prouidendo de reme-
dio, ceſſat diſpoſitio le gis , quæ verſatur in officio
iudicis,cùm ſit ſubſidiarium , quòd ſibi prouidet
de remedio.patet,quia vult , qnòd poſſit ſolùm re-
petere. ergo antè,& vltra illud remedium,præſup-
ponit,& voluit omnia ceſſare , & iſte eſt veriſſimus
intellectus bullæ.

Secundò confirmatur . pragmatica reijcit exce-
ptionem uullitatis . ergo reijcit officium iudicis :
quia ſtante pragmatica non habet locum officium
iudicis , quod reijciat officium iudicis . probatur ,
72 quia † nullitas ſiue per viam incidentis,hoc eſt per
viam exceptionis,ſiue per viam principalis,inten-
tata , illud ſit officij iudicis remedio intentato . ita
not.Imol.in c.fin.de officio iud. & in cap. ſæpe vbi
Bal.de appell. Bar. vbi alij in l. qui ſub conditione.
§.fin. ff. de condit. inſtitut.latè Franc. in cap. dile-
cto.col.9.de appell.reijcienda.contra exceptiones
nullitatis,quæ officio iudicis implorato deducitur,
clarum eſt , quòd contra eius executionem officiū
iudicis implorari non poteſt . facit pro hoc , quia
enumeratio illius exceptionis ſpecificè declaratæ
declarat regulam generalem , quod in ea officium
iudicis comprehendatur .

73 Confirmatur, quia etiam excludēdo † exceptio-
nem nullitatis nō ſolùm excludit exceptiones pro-
prias,ſed etiam defenſiones,quia exceptio nullita-
tis non eſt propriè exceptio , prout vult Bart. in l.
vt mihi donares.ff.de donat.Bal poſt Gloſ.in l.pri-
ma.colum.3.C.de iur.& fact. ignorant. Bald.in l.ſi
non ſortem.§.indebitum autem. in fin. ff. de cond.
indeb. & declarat Aretin. poſt Bal. in multis locis.
in l.prima. §. ſi quis ita.ff. de verb. obligationibus.
Ergo eam excludendo excludit etiam officium iu-
dicis,& per primam rationem tollitur prima conſi
deratio , quæ fiebat in partem contrariam , & per
hoc adduco in terminis noſtris deciſ. Patr. Papien.
in forma executionis col.3.verſic. ſed poſito,quòd
per ſtatutum ſit ſublata nullitas. vbi decidit , quod
ſi ſtatutum reijcit nullitatem non poſſit officium
iudicis implorari, non obſtant not. incontrarium ,
quia bene verum eſt, ſi tollit ſtatutum exceptionē,
quod eſt ius radicatum in parte,quòd non tollit of-
ficium iudicis,ſed tollendo nullitatem, tollit ius in
iudice radicatum.ergo officium iudicis in eo inclu
ſum eſt.maximè,quòd vna via prohibitum eſt,alia
via debet cenſeri permiſſum , quæ deciſio quadrat
ad propoſitum noſtrum.

Tertiò pro iſta concluſione facit,quod excluda-
tur officium iudicis: ratio nam pragmatica in ver-
74 ſic.planè. circa executiones procedit † dando or-
dinem in modo exequendi , & ſubdit ſe velle dare
certum ordinem, & determinatum de exceptioni-
bus quomodolibet opponendis. ſi ergo comprehen
deret caſum officij iudicis , vel alterius exceptio-
nis , quàm illius , quæ eſt expreſſa , non daret cer-
tum,& determinatum ordinem, imò omnes exce-
ptiones æquitatis , quæ moueret officium iudicis,
poſſet pati,quod eſt contra verba expreſsè, & mē-
tem pragmaticæ. & iſtud eſt ſummè ponderandū,
75 quia † iudex non poteſt, quando lex aliquid ſpecia
liter prouidet , ſe intromittere ibi formaliter exe-
quendo.tex.eſt,& ibi not.Angel.in l.prima. §. pri-
mo.ff.de uſur.poſtea ſubdit, quòd tales cōtractus,
& inſtrumenta vult, quòd habeant vim rei iudica-
tæ,& nulla appellatione ſuſpenſa , ſubdendo nullo
falſitatis,nullitatis ; aut alterius cuiuſuis exceptio-
nis obiectu, impediri valeant , vel differri, ponde-
rādum eſt.ergo ꝙ ſupra dixit,ſe daturum ordinem
ſuper exceptionibus , quomodolibet opponendis,
76 quæ † dictio geminata eſt, & comprehendit etiam
omnia maiora expreſſis in l. Baliſta. ff. ad Trebell.
poſtea pinguius replicat,quibuſuis, & quomodoli-
bet , quo caſu plures replicat dictiones geminatas
dicta pragmatica . nullam ergo poteſt recipere re-
ſtrictionem aliam,quàm expreſſam per hoc , qnòd
declarat alias . Salycet.in l. ſi ſerui veſtri. in 4. col.
C. de noxal. quem ſequitur Alexand. in lege & ſi
ſeuerior.colum.2.C.de infami.& in conſil. 118. lib.
5.& Iaſ.in l.2.§.prætor.colum.2.ff.qui ſatiſdat. co-
gant.ibi omnino de materia vide Salycet. vbi vult,
77 quòd † quando verba ſunt clara in ſtatuto,faciunt
ceſſare omnem reſtrictionem, & omnem interpre-
tationem , quam aliàs ſtatutum pateretur , & inde
78 infert ſingulariter, quòd † ſi ſtatutum punit homi-
cidium quomodocunque commiſſum , includatur
in eo , quando quis occidit aliquem ſe defenden-
do , vel ſine dolo. quod eſt mirabile, & contra na-
turalem æquitatem . ergo multò magis pragmati-
ca excludendo quaſcunque , quomodocunque op-
poſitas exceptiones, includat æquitatem officij iu-
dicis , & per hoc, quod not. Angel. in 4. clem. pri-
ma. de re iudic. quam ibi not. Imol. colum.4.&
Bartol.in lege generali.§.vxori de vſufruct.leg.vbi
79 † ſi legantur,quæ ſunt in domo, vel argentum,non
veniunt vænalia : tamen ſi ſit dictum vænalia, com
prehenduntur, et propterea plura deducit Alexan.
vbi multa conſil.30. vlt. colum. lib. 5. vbi conceſſa
80 † immunitate à quibuſuis , & quomodocunque ſo-
lutionibus , dicit quod comprehendit caſus maio-
res expreſſis, et ſic collectas executorias . ſic dica-
mus in caſu noſtro,quòd excludat officium iudicis
extraordinarium,& per hoc conſuluit Alex. conſil.
118.lib.5.geminatam.verſi.2.probatur.faciunt pro
hoc,quod not.Imol.in l.tam his.§.1.de donat.cauſa
mort.quem ſequitur Alex.in l. ſenium.in fin. C. de
teſtam.& dicta per Philip.col.pen. quòd ſi filius in
poteſtate,teſtatur, & vult , quòd valeat in vim do-
81 nationis cauſa mortis . & per hoc † ſunt verba ſe-
lum. Ruyn. conſi. 160. nu. 26. in ſecundo. qui allegat
Bart. & Alexand.

76 Alia nullitas † adducebatur, quia facta miſſio
ſubhaſtatio, & venditio pro expenſis Iudiciarijs fa
ctis, & faciendis vſque ad interpoſitionem ſecun-
di decreti, pro quibus non fuit cauſata executio,
neque capta quindena. ideo ad diſcurſum pro eis
diſtractio fieri non poterat quæ tradunt doct. in l. a

dito

diuo Pio.§.in venditione. ff.de re iudicata.

77 Ex alio etiam † decretum nullum dicebatur, quia facta miſſio ſuper vnc.101.annualibus. de ſum ma vnc. 154. quæ tempore ſubiugationis non erant in dominio ſubiugantis, ſuper eis miſſio, & liberatio nulla eſt, ex quo fieri non poteſt ſuper bonis nō obligatis Afflict. in deciſione 218. & ita fuiſſe iudicatum per ſacrum conſilium ait Vrſill. & idem Vrſill.deciſione 178.nu.9.

78 Vltimò nullum † dicebatur decretum ſecundū, ſeu liberatio, ex quo redditus prædicti, non ſpectabant ad donnam Aldonzam, ſed ad alias ſorores donnam Margaritam, & donnam Beatricem, donnam Iſabellam, & ſic eis incitatis non potuit adiudicatio prædicta procedere.l.ſæpe.ff.de re iud. vbi doc.Anchar.conſil.292. nume. 5. Bertrand. conſil. 104.in 4.

79 Et ſi replicaretur, quòd † ex hac vltima ratione redderetur iniuſtum, & non nullum, ex conſil. Soc. Sen.conſ.158.in 2.nu.21.& ſic ordinarie eſſet agen dum ex not. & tex.in l. à diuo Pio. §. ſi poſt additum. ff de re iud.Peruſ.deciſione 26. in prima par te num. 15.& 16.Duen.de reg.iur.regul.185. nu.5. Ruyu.conſil.49.nu.12. & ſeq.in 4. Crot.conſ.338. à nu.34. vſque finem.in 3.

80 Reſpondebatur, † quòd dicta concluſio nō procedit, quando creditor, qui ſibi adiudicauit ſciebat rem alienam ex eodem Socin.& Rolan.à Vall.conſil. 5.num.11.12.in 2.

Et quatenus in hac exceptione nullitatis replicaretur, quòd non admittitur exceptio nullitatis aduerſus executionem debiti iuxta formam bullæ

81 reſpondebatur, † quòd aſſerta adiudicatio, & eius nullitas admittitur cùm non agatur de exceptione aduerſus contractum, nec executionem, ſed titulum cum quo venit Rol.à Vall.conſil. 11. nu. 22. in 1.conſ.57.num.10.11.in 3.Menoch.conſil. 1. num. 320.conſil.101.nu.31.in primo.

82 Et in ſimili exceptione † aduerſus ius ceſſum ex cauſa ſecūdi decreti, quod poteſt admitti exceptio in bulla aduerſus executionem allegantem inualiditatem ceſſionis Foller. in verbo, quæ quidem exe cutio nullo falſitatis.nu.7.8.9. licèt non loquatur in ſpecie in ceſſionario: attamen hæc concluſio eſt ve ra.& de hac latiùs dixi in deciſione prima incipien te in cauſis vertentibus.

83 Item vbi † exceptio ẽt de iure tertij eſt excluſiua iuris agentis dicitur exceptio intentionis, & facti Bar.in l.2.ff.de except. rei iud. Menoch. conſil. 79.num.28.29.& intentionis, & facti exceptio non dicitur in bulla reiecta ſecundum Petrum de Gregorio ſuper bulla, quæſtione 8.verſic.& idem Nico laus Intriglolus quæſtione 39.num.7.

84 Nec obſtat † de conſenſu inducto ex patientia, & taciturnitate, & permiſſione, ſcilicet don Vincētij, & donnæ Aldonzæ, quod ius ſuum amiſiſſe dicantur iuxta text. in l. prima. §. primo quibus modis pignor. vel hypothæ.ſol.& in l. ſecunda. C. de remiſ. pig.

85 Quia reſpondebatur † regulam prædictam pati limitationes à Neguſant. de pigno. 3. membro ſextæ partis latè poſt omnes Maſcar. de probatio. concluſio. 1153. 1173. 1218. melius Benedictus Capra concluſ.56.& præcipuè, ut non ſufficiat tacitus conſenſus, ſed requiritur expreſſus, quia ſciebat ſuum ius duraturum tex.in l.ſicut. §. non videtur. ff.quibus modis pign.vel hypoth.ſol.Fanus vbi ſupra.num.23.Maſcardus, qui teſtatur de communi in concluſione 1173.nu.19.

86 Secundò datur alia limitatio, † quando conſenſus fuit præſtitus à perſona reſtituibili, prout in muliere, quia non præiudicat conſenſus Fanus, vbi ſupra num.23.

87 Alia datur † limitatio, quando datur iuſta cauſa ignorantiæ, quia ignorantis ius ſuum ex taciturnitate nullus datur cōſenſus Benedictus Capra in dicta regula 56.num.61.62.& hæres dicitur habere iuſtam cauſā ignorantiæ Maſcardus de probatio.conſil.849. concluſ.879. nume. 73. Menoch. conſil.213.

88 Præterea † quando interuentus in aliqua re eſt neceſſarius ratione perficiendi illum actum tunc præſens, & tacens, & conſentiens non ſibi præiudicat in iuribus ſuis nomine proprio competentibus Canal.deciſione 33. parte 1.nu.24.nu.25

89 Si ergo nulla † adiudicatio, ſeu liberatio: ſequitur aliud, quod facta aſſignatione redditum donnæ Margaritæ pro dotario filijs fuit quæſita, & nata actio, & legalis hypotheca ſuper omnibus bonis donnæ Margaritæ per text. in lege hac edictali. §. his illud.C.de ſecund.nupt. Fan. de pign.in 4.mēbro ſecundæ partis num.19. cum ſeq. item etiam, quia erat tutrix.l.pro officio, vbi Angel.cap.de adminiſtr. tuto.& Fanus vbi ſupra.nu.6.

90 Ergo † ſtante illa tacita hypotheca fuit eis filijs acquiſita vtilis actio ſine ceſſione, & alia hypotheca, ſiue ceſſio erit inutilis acquiſita poſt eam, & ipſi præferuntur in exactione.l.nomen.C.quæ re. pign. oblig. poſſ. Alex. conſil.17.in primo.nu.4. & conſil.15.in 5.num.1.

91 Item tertio excipitur, † quòd illa ſubiugatio vnc. 154.fuit redempta, & hoc per Antoninum Madrigali patrem actoris, tunc tutorem don Vincentij, & ſic ius ſuum remiſiſſe videtur iuxta tex. in l.quæ dotis.ff.ſolut.matrim.

Ad declarationem illius de Torongi reſpondebatur, quod in ea declaratione nō dicebatur, quod

92 redemptio eſſet ſimulata, † nec confeſſio illius don Vincentij pupilli, & abſentis præiudicare poteſt, quia confeſſio contra confitentem probat, non autem in præiudicium tertij communem dicit Corn. conſil. 230.in 1.communem Felyn.in cap.ſi cautio nume. 15. extra de fide inſtrumento communem Io.Baptiſta Aſinius in tract.de executione.§.7.ca. 12.fol.168.

93 Secunda, declaratio, † dum donna Margarita per ſe recipit ex ceſſione in eius fauorē facta, quia tutrix non poteſt eis iuribus ceſſis vti, imò amittit ius ſuum tex.in auth.minoris debiti.§. ſed & ſi. C. qui dare tutor.vel curato.poſſ.ibi doct.& præcipuè Angel.ibi num.13. Salyc.num. 14. Iodicus de Hododeri.in ſuo tract.pupill.patrocin.in tit.de tutor. & curat.cap.9.nu.137.cum ſeq.Soc.Iun.conſil.148. num.13.14.in 1.

94 Item, quia † de redemptione eſt factum inſtrumentum publicum, ſequitur, quod in dubio non præſumitur ſimulatum, ſed verum Bal.in cap. illud circà finem.de præſumpt. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionē.

C.de

C.de iuris, & facti ignoran. nume. ſecundo, & ſic
95 ſtante † inſtrumento prædicto ſimulatio nõ poteſt
probari per coniecturas, ſed euidentiſſimis proba-
tionibus, & neceſſario concludentibus. Grammat.
qui alios refert in conſil. ciuil. conſil. 65. nume. 14.
tantò magis ſtante iuramento Maſcard. concluſ.
448. in primo.
96 Quartò principaliter dicebatur, † quòd contra-
ctus ſubiugatorius non habet expreſſam, & præſen
tem obligationem, ergo non poteſt exequi: Petrus
de Gregorio ſuper bulla quinta quæſtione princi-
pali verſic. 4. dicitur in pragmatica, & quæſtione 8.
verſic. 3. requiritur doct. ſuper ritu cap. 101. nam in
contractu ſubiugatorio fuit data poteſtas locandi
prædia ſubiugata transferendo in creditorem poſ-
ſeſſionem, vt ex locatione, & fructibus potuiſſet
ſibi ſatisfieri, de interuſurijs, & non ſe obligauit
ſoluere ſubiugans annuales cenſus ipſos.
97 Quinto principaliter † dicebatur, quòd contra-
ctus ſubiugatorius eſt ſine pretio, quia licèt pro do-
tario poſſit fieri ſubiugatio: tamen tunc oportet,
quòd quando nomen debiti eſt pretium, ſeu rece-
ptum in venditione redditũum debitum debet eſ-
ſe verum, & debet conſtare de eo Pariſ. in dicto
conſil. 75. nume. 32. & ſequen. in 4. Petrus Surdus
conſilio 162. nume. 38. & ſequen. in ſecundo Cam-
pixan. ſuper bulla verſiculo decimam partem, &
in verſic. ſeq.
98 Nec obſtat, † quòd dotarium debeatur ratione
virginitatis amiſſæ ex Cannitio ſuper Cap. volẽtes.
fol. 97 vbi allegat Blaſcum, quia licèt dotarium de-
beatur, etiam pro dote etiam non ſoluta, debet ta-
men eſſe promiſſa. ita declarat Bart. de Capua in c.
mulier q̃ dotarium. & ibi Ioannes Antonius. nu. 7.
8. melius. nume. 86. Grammat. in conſt. licentiam.
nume. 6. Ioan. Ber. de dod. parte ſecunda quæſtione
tertia. Afflict. deciſione 242. nume. 5. & dos neque
promiſſa, neque ſoluta aſcendit ad tantam ſum-
mam, vt tantum dotarium debeatur ex diſpoſitio-
ne conſtitutionum regni in feudalibus. in hoc non
fuit iure reſponſum, ſed in facto replicatum, quod
conſtabat de dotatione tantæ ſummæ, per quam
dos vltimo loco ſoluta per ſubiugationem poterat
99 aſcendere ad tantam † ſummam, & dotarium de-
betur etiam pro dote non exacta, ſed tantùm pro-
miſſa. Boer. deciſione 22. nu. 6. 15. 16. 19. 26. Afflict.
in conſt. mulier, quæ dotarium. nume. 3. & ſeq. vbi
Iſern. maximè, quãdo ſunt lapſa tempora ad oppo-
nendum exceptionem non numeratæ pecuniæ. Af-
flict. ibidem nu. 5. verſic. 3. fallit.
100 Ad ſecundum de dotario, quod fuit ſolutio † fa-
cta per primam tranſactionem. & ſic amplius ei
non competit. Afflict. in dicta conſtitutione li-
centiam. nume. 5. verſiculo quarto quæro. Idem de
101 iure communi, quia tranſactio † eſt exceptio li-
tis finitæ, nec remedium aduerſus eam competit
lege ſecunda. C. de reſcind. vend. prout Cyn. Bald.
& alij ibi Afflict. deciſione 220. nume. 3. vbi dicit
hanc communem Rol. à Valle in conſi. 28. nu. 14. in
4. Ceph. conſil. 210. num. 76. & iſtam dicebant ma-
gis communem ſecundum Alexand. conſil. 42. in
primo nume. 11.
102 Et aduerſus hoc ſecundum, † quod competebat
aduerſus tranſactionem remedium reſciſſorium,
ſecundum magis communem, de qua per Pinel-
lum. in l. 2. C. de reſcind. venditione num 14. c. 4.
103 Item etiam † reſtitutio in integrum, quia mulier
eſt decepta, licitum fuit tranſigere. & ſumus in pri-
ma iudicij inſtantia, in qua non admittitur etiam
exceptio nullitatis. Item aduerſus omnia prædi-
cta pro victoria cauſæ plura deducta fuerant, prout
infrà.

In contrarium ex parte actoris dicebatur reſpõ-
dendo capitibus oppoſitionum. & primò quòd
104 quando † dotarium conſiſtit in pecunia, tunc ple
num dominium acquiritur matri. ita And. Afflict.
in conſt. mulier, quæ dotarium, & licèt dicatur,
quòd tenetur illud ſeruare filijs primi matrimo-
nij, nihilominus non impedit obligationem tacitè.
ita in ſimili ſtatuto Neapolitano tradit Neapod.
adductus ab Afflict. deciſione 370. num. 12. in ſimi-
li Anchar. conſ. 101. Rimin. conſ. 42. nu. 105. qui di-
cit, quòd non prohibetur obligari, licèt teneatur
ſeruare. Monterens. ad ſtatuta Bononiæ. in §. etſi
deceſſerit. in verbo teneamus de dotis reſtitutione
Alex. conſ. 55. in primo ſub num primo, & magis
communem Aretin. conſ. 19. vbi concludit, quòd
105 † quãdo donatio eſt facta ex cauſa oneroſa à pro-
hibito diſponere, non poteſt reuocari, vt dicitur de
donatione propter nuptias ex diſpoſitione. l. hac
edictali. l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. quòd mater
106 teneatur ſeruare id, quod accepit à primo viro, &
ſic id, quod habet in donatione propter nuptias lu
cratiua, non autem oneroſa. Rolan. à Vall. de lucro
dotis quæſtione 86. num. 6. Burſatus conſil. 12. nu-
me. 6. Blaſcus Lancea in cap. volentes, & Canne.
107 ibidem. Sed quia † dotarium, ſeu hæc donatio
propter nuptias debetur mulieri ratione deſloratæ
virginitatis, & amiſſæ pudicitiæ, prout eſt tex. in l.
res vxoris, ibi qua pudicitiæ præmio ceſſit. C. de
donat. inter vir. & vxor. Idem Antonius de Nigris
in capitulis regni Neapolit. cap. 165. fol. 149. Vrſil.
ad Afflict. deciſione 333. num. 2. & hanc eſſe rece-
ptam opinionem in regno tenet Blaſcus Lancea,
quem refert Cannet. in dicto cap. volentes. fol. 97.
ideo dicitur deberi ex cauſa oneroſa, prout in ſpe-
cie tradit Vrſill. deciſ. 291. ſub nume. tertio & quar
to. in fine numeri, & ex cauſa neceſſaria, & cum pre
tium ſanguinis ſit, meritò dicendum eſt ei in to-
tum acquiri pleno iure, quoad proprietatem, & v-
ſumfructum, & non tenetur illam ſeruare filijs pri-
108 mi matrimonij. & † illud quoque procedit in qua-
cunque donatione ex cauſa neceſ. acquiſita per ip-
ſam mulierem, ſecundum Bar. & alios in l. ſi volun
tate. C. de dotis promiſſio. Rip. in dicta l. fœminæ.
nu. 6. Burſatus, & Rolandus in locis præallegatis.
109 Item etiam † dicebatur ex parte iſtius de Madri
gali actoris, quod hodie ex conſuetudine Panormi
tana in c. 47. dicebatur acquiſitum mulieri dotariũ
pleno iure, prout dicit firmare ſuper dicta conſue-
tudine Boniornum.
110 Cùm igitur pro dotario † fuit facta ſubiugatio
dr̃ cauſa dotarij extincta, per l. ſingularia. ff. ſi cert.
pet. cùm vna cauſa fuerit in aliam tranſlata. nã vna
cauſa fuit occultata cum alia. l. tertia. §. finali. ff. de
donatio. inter virum & vxor. & ſic extincta obli-
gatio dotarij, cùm fuerit liberatus debitor dota-
rij, & effectus debitor ex cauſa ſubiugationis,

 vt di-

vt dixiſſe aiebant Iaſon num.6. & Cagnol.dicit cō-
munem num.50.in dicta l. ſingularia Soccin.Iun.cō
111 ſi.19.num.3. in 2.ergo † diuerſa res dicitur ſubiu
gationis cauſa à cauſa dotarij, quia diuerſitas rerũ
inducit diuerſitatem diſpoſitionum.l. cum in fun-
do §.ſi fundus.ff.de iure dotium.Cephal.conſil.20.
num.14.18.in primo vbi dicit ex Soccin.& alijs, ꝙ
ſubrogatus non ſapit naturam eius, in cuius locum
ſubrogatur, quando ſubrogatur in aliam rem alte-
rius naturæ.

112 Amplius, licèt † pretium ſuccedat loco rei in l.
mater C.de rei uend.l.ſi rem,& pretium.ff. de pet.
hæred.vbi Bar.tamen non res deinde ſuccedit loco
pretij ex tex.in l. ſed & ſi lege. §.1.ff.de pet.hæred.
latè Menoch.conſi.213.lib.3.

Et cùm iſti redditus vnc.154. reperiantur non
poſſideri per donnam Margaritam per ſubiugatio-
nem factam illi de Madtigali prædeceſſori iſtius do
113 mini actoris per hypothecam † ſeu ceſſionem in
contractu ſubiugatorio facto illi de Madrigali non
datur contra tertium rei uendicatio pro dotario
ſed contra hæredes matris.l. generaliter.§. itaque
defuncto.C.de ſecund. nupt. vbi diſponitur, quòd
defuncta matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota: ſi
res extant, filij vendicant.ſi verò conſumpſit, tunc
agunt contra hæredes matris..

Sed quia in iſta difficultate, & primo motiuo, an
ſi ex dotario fuit facta ſubiugatio, an ſubiugatio ſuc
cedat loco dotarij: cùm dotarium fuit datum ſubiu
ganti loco pretij, propter verbum recepti, in bulla
poſitum: ſumus in terminis concluſionis, an res em
pta ex pecunia alterius fiat eius, ex cuius pecunia
emitur res, vel efficiatur eius naturæ, cuius erat pe-
114 cunia: † & in primo eſt clara concluſio: quòd res
empta ex pecunia alterius non efficitur illius, cuius
erat pecunia: ſed dominium rei emptæ efficitur em-
ptoris tantùm, & illi tertio, cuius eſt pecunia com-
petit actio ad pecuniam.l. ſi quis ſocietatem, & l.
ſed & ſi ſocius.§.ſi abſenti.ff.pro ſocio, qui tex.mul
tum faciunt pro terminis noſtris item facit tex.in le
ge qui aliena.C. ſiquis alteri, vel ſibi, & ibidem tra
dunt Bal.Salycet.& reliqui latè plures tex. & doct.
ex pluribus comprobatis firmat Menoch.in conſil.
80. numero primo in 1. & conſilio 2. 13. numero
26.in 3.

115 Secunda alia † concluſio eſt, quod res empta ex
pecunia dotali hæreditaria pupilli, vel vniuerſitatis
non efficitur dotalis, neque hæreditaria, neque pu-
pilli, nec vniuerſitatis, quo ad dominiũ, licèt quoad
hypothecam, & quo ad rei vendicationem in ſubſi
dium, competat ius ad eam: totam materiam ponit
Menoch. in conſilio 213. in 3. vltra allegatos per
eum.

116 Sed ſupradictę difficultates † ceſſare videban-
tur in caſu noſtro, dum dicebatur, quòd hodie in
hac vrbe Panormo, cuius ciuis erat illa donna Mar-
garita ſtante conſuetudine panormitana ca.47.ceſ-
ſat diſpoſitio legis communis.l.fœminæ & l.hac edi
ctali: quia mulier eſt domina dotarij ſecũdum Bon
iornum ſuper ipſa conſuetudine.

Ad id, quod dicebatur ex parte donnæ Aldon-
117 zæ, quòd propter verbum recepti † hoc nomen
debiti potuit dari loco pretij in contractu venditio
nis cenſus iuxta formam bullæ ex allegatis per eũ,
& ob id remanebat debitum cum eodem priuile-
gio, & ſub eadem natura, prout erat dotarium, hoc
eſt contra naturam contractus venditionis, in quo
venditor effici debet dominus pretij, & ſic recepti,
& doctrina Cannetij in hoc eſt vera: quia non ſucce
dit cenſus in eodem priuilegio, quo erat res data
pro pretio cenſus, niſi concurrant ea, de quibus per
Gloſ.in l. Ariſto.ff.quæ res pigno.oblig.poſſ.& Ne-
guſant de pignor. membro 3. part. vide num.16.
verſic.Bar.etiam.

Item Paulus de Caſtro in conſi. 326. in 2.allega-
tus ſuprà in terminis, decidit caſum contra ipſam
donnam Aldonzam, & Tiraq. ex aduerſo allegatus
118 non facit in caſu noſtro, vt dicatur † remanere
res eadem, & dominium non acquiratur acquiren-
ti: ſed tantùm, quod ius, quod erat ad recuperandã
illam primam rem venditam in ſubſidium trãſeat,
vt poſſit exerceri contra rem acquiſitam, & non re-
ſpectu dominij.

119 Et iam dixi, quòd † dominium acquiritur em-
ptori, & non ei, cuius ad eam rem recuperandã da-
batur, ius & actio, & doc.allegatæ ꝙ res empta ex
pecunia alterius rei venditæ efficiatur eadem res,
vt prima, non hoc dicunt, & quomodo procedant
doctrinæ allegatæ, ſuprà dixi, & ex eorum lectura
clarè patet, & quia non eſt noſtra materia, non me
extendo.

Et ſi diſcurres materiam, an res empta ſuccedat
in locum pecuniarum, vel alterius rei venditæ ex
pecunia, cuius deinde res ſit empta, ſemper inueni
es, quòd emptori quęritur dominium rei emptæ: li-
cèt alteri detur ius, & actio deinde ad rem emptã
120 recuperandam, & ſi verſaremur in re empta, † ex
pecunia pupilli, quęritur pupillo tantùm hypothe-
ca.Neguſant.de pigno.2.parte membro 4.nu.163.
ſed ſi eſſet empta per tutorem, aut nomine proprio
tutoris non faciendo mentionem pecuniam eſſe pu
pilli, & tunc acquiritur pupillo hypotheca, & in ſub
ſidium rei vendicatio: ſed dominium quęritur tuto
ri tempore emptionis. Sed ſi emeretur vel nomine
pupilli, vel faciendo mentionem de pecunia pupilli
ita, ut coniecturari poſſit empta nomine pupilli,
& tunc acquiritur pupillo ius, velle rem tanquam
ſuam, uel habere pecuniam.de quo latè per Negu-
ſantium in dicto membro quarto num.163.in fine,
& melius Menoch.in dicto conſi.213.in ſuprà alle-
gatis ex parte donnæ Aldonzæ, & ita fuit concluſũ
in tribunali conſiſtorij ſacræ conſcientiæ in cauſa
vertente inter Nunciatum valdina actorem ex vna,
& ex altera Don Siluium de pactis, dum ibi ego iu-
dex eſſem: & ſic dominium fuit quæſitum in actu
121 emptionis emptori, & eodẽ modo deducitur † in
re empta ex dotali pecunia, quia aut emitur nomi-
ne proprio à viro, & efficitur viri dominiũ, & uxo-
ri competit actio ad pecuniam, niſi à viro ematur
nomine vxoris, vel maritali nomine, quia quæritur
vxori in 2.caſu abſolute, uel in ſubſidium, ſaltem
in tertio caſu prout fuit reſolutum in cauſa uerten-
te in tribunali conſiſtorij ſacræ regiæ conſcientiæ,
tempore quo ibi eram iudex, inter Ramundum
Siminara contra Agatinum Campixano, nomini-
bus iuxta doctrinam Soccin. Sen. conſilio 224. in
2. Soccin. Iun. conſilio ultimo in fine in tertio, Ro-
la.à Valle conſil.86.numero 15.16.in quarto, quos
refert

referet etiam Menoch.in dicto conſil.213. num.24.
Berous conſil.164.num.42.in 2.
122 In re † empta ex pecunia hæreditaria,quòd non
efficiatur hæreditaria, magis receptam ait opinio-
nem Menoch.in dicto cõſ.213.n. 23. & per totum,
& quicquid etiam in caſu,quo efficitur hæreditaria
emptori acquiritur dominium, licèt detur ſubſtitu
to,& fidei commiſſario electio vẽdicandi rem poſt
mortem hæredis tempore quo ceſſit dies fidei com
miſſi,& euenit caſus ſubſtitutionis.
123 Et quia ſumus in † prima iudicij inſtãtia, in qua
nõ admittitur exceptio reſolutionis dominij, vt di
xi in alia deciſione, ceſſant omnes aliæ conſidera-
tiones,quæ in contrarium poſſent conſiderari.
Qnoad aliud motiuum de nullitate ſecundi de-
124 creti fuit reſolutum † nos eſſe in executione pro
debito ex cauſa bullæ: quo caſu non procedunt ca-
pita nullitatis,quod erant bona propria dictæ don-
næ Aldonzæ,nec quod non erant in dominio ſubiu
gantis tempore ſubiugationis,quia cum poſſideret
aliqua bona ſubiugata ratione detentionis illorum;
poterant ſtante pragmatica hæc in iudicatum ca-
pi,etiam quod eſſent propria,& nõ ſubiugata, nec
obſtat titulus hæreditarius expreſſus in executio-
ne,poſtquàm executio facta fuit omni meliori mo-
do,& nomine, vel meliùs iam per ſupradicta reſo-
luta reſoluuntur,etiam hæc capita nullitatis.
525 Nec obſtat etiam aliud † caput nullitatis, quòd
fuit diſtracta pro expẽſis iudiciarijs, de quibus nõ
fuit capta quindena,& non datur pactum ad diſcur-
ſum.nam contrarium apparebat,quia primum de-
cretum pro debito, & expenſis factis & faciendis
fuit interpoſitum,& ſic pro expẽſis cucurrit termi-
nus dierum quindecim ad ſe opponendum ſuper
hoc an expenſæ deberentur, vel non, cum pacto ad
diſcurſum,prout in primo decreto legitur: poſt la-
pſum quindenæ,non poteſt amplius de hoc diſpu-
tari,& de hoc puncto iam dixi latiùs ſupra deciſio
ne,incipiente in cauſa nullitatis.lib.1.
126 Quoad vltimum caput nullitatis, † reſpondetur
quòd non ſumus in caſu, quod dicatur nullum ſe-
cundum decretum,ex quo fuit adiudicata res alie-
na ſciente eo,& ſic nulla,quia non cõſtat, quod res
erat aliena,imò totum cõtrarium.item requiritur,
quòd probetur ſcientia, & dominus proteſtetur rẽ
eſſe ſuam,prout ſentit Rolãdus à Valle.conſ.5. nu-
me.15.16.in 2.Gozad.conſ.103.nu.10. Cæſar Con
tardus in repet.l.vnicæ.quæſt.24.nu.34.C.ſi de mo
ment.poſſeſſ.Socin.Sen.conſ.158.nume.22.verſic.
quod etiam in 2. Bertrand. conſ.193. nume. 3. in
2. tertij.
Et ideo non fuit opus ingredi illud motiuum,an
hæc exceptio nullitatis decreti in iudicio executio
nis, ex cauſa debiti cenſus iuxta formam bullæ
admitti poſſit; de cuius veritate dixi ſuprà in de-
ciſione ſecunda. incipiente in cauſa executionis
cauſatæ.lib.2.
Ad illud, quod dicebatur ex parte dictæ donnæ
127 Aldonzæ,quo ſaltem dicitur † filijs in hoc dota-
rio quæſita hypotheca ex text. in l. hac edictali. §.
omnibus.C.de ſecundis nuptijs,ergo quæſita vtilis
actio ſine ceſſione.l.nomen,C.quæ res pigno. obli-
ga. poſſit.latè Ioannes Petrus Surdus conſil. 4. nu-
me.18. 19. 21. 22. 23. 24. & præfertur habenti ex
poſt vtiles actiones, etiam cum expreſſa ceſſione
Alex.in conſ.17.in primo. & conſil. 15. in 6. vlterà
quod illud diſcutere ſtantibus prædictis non fuit
128 neceſſe. tamen reſpondebatur etiam, † quòd iſta
hypotheca eſt tacita legalis Fanus de pigno. parte
ſecunda membro quarto num.20. ſed replicatur, q̃
prædicta concluſio procedit,nedum in expreſſa hy
potheca, ſed etiam tacita iuxta tradita per Ioannẽ
Petrum Surdum in conſ.4.num.21.in primo.
529 Secundò, quòd † non procedunt, quando cum
ceſſione tacita legali interuenit expreſſa ceſſio, &
traditio,ſeu conſtitutum.
130 Secundò, † quia paſſus eſt adiudicari, & ſic di-
ſtrahi,nullo dicto,per lapſum quindenæ dicitur ta-
citè conſenſiſſe diſtractioni,& ſic ſibi præiudicauit
in hypotheca.l.ſi debitor.§.1.ff.quib.mod.pign.vel
hypoth.ſoluit.l.ſi eo tempore.C.de remiſs.pign.&
hypotheca legalis facilius extinguitur, & renuncia
tur.l.licet.C.ad l. falcid.Cephal. conſ.393.nu.157.
Ad tertium motiuum,dum de redemptione ex-
cipiebatur,reſpondebatur, quòd non verè fuerunt
redempti redditus, ſed redemptio ſimulata, quæ
131 ſimulatio † probatur coniecturis præſumptio-
nibus,& indicijs.Pariſ.conſ.conſil.54.nu.21. in pri
mo conſ.55.nu.26.& 28.eodem Cranet.conſ. 156.
nu.7.Menoch.de arbit.iudic.caſu 247.nu.1. vbi re
linquit arbitrio iud.quæ, & quales.
132 Prima coniectura apparet, † ex quo inter con-
iunctas perſonas. Bar. in l.poſt contractum num.3.
de donatio.
133 Secunda, † quia poſt retrouenditionem ipſa dõ-
na Margarita reuendens ſemper ſtetit in poſſeſſio-
ne ipſorum redditnum. Bar.in §.ſuperuacuum.nu.
5.l.ſicut.ff. quibus modis pign. vel hypothe. Pariſ.
dicto conſil. 55. nume.53. Cranett. dicto conſilio
156.nume.10.Soccin.Sen. conſil.61. nume.9. in 4.
Menoch. de arbitr. iud. caſu 39.num.1.apparet de
134 perceptione † fructuum, & de reuenditione in-
de ſubſecuta de prædicta ſumma de vnc.52.eidem
don Vincentio.
135 Tertia coniectura, † imò declaratio expreſſa il-
lius de Torongi in articulo mortis, in quo nemo
præſumitur immemor ſalutis æternæ, quæ confeſ-
ſio cùm ſit ſuperlatiua probatio,& facta ad delibe-
randum fauore animæ: probat etiam abſente par-
te Afflict. in tract. iuris prothom. §. 4. nume. 5.6.7.
facit Vrſill. in deciſione 164. nume. primo, quod
procedit,non obſtante clauſula omnia, & ſingula.
Curt. Iun. conſil. 53.num. 7. verſiculo quinimò. &
fortiùs,quia confeſſio hæc eſt in præiudicium illius
de Torongi,cui fuit quæſitum ius ex ſecunda ſub-
iugatione ei facta, & ſic in fauorem donnæ Aldon-
zæ.ergo redemptio ſimulata. fortiùs,quia non fuit
136 † ſolutum pretium redemptionis, quod confite-
tur ipſe de Torongi. Curt. Iun. dicto conſilio 53.
Bald. in l. illud æquitatis. nume. 10. C. communia
vtriuſque iudi.
Quoad quartum motiuum, dum dicitur, quòd
137 interuenit expreſſa, & præſens obligatio, † ſed
translata poſſeſſio rei ſubiugatæ poſſe locare, & ex
eis percipere fructus pro ſumma cenſuũ vendi to-
rũm, quòd aſſerebatur eſſe contra formam bullæ.
138 Reſpondetur hoc pactum non † eſſe contra for-
mam bullæ; neque contractus ex eo pacto vitiatur,

quia ſecundum doct. hoc pactum eſt licitum, & permiſſum, & ideo Mont'altus ſuper bulla ſuper verbo contrahentium ſecuritate, ait, an pro ſecuritate creditoris poſſit transferri poſſeſſio rei ſubiugatæ, forte quia debitor eſſet dilapidator, & ſi alius poſſideret male ſolueret, aliqui volunt, quòd ſic, & ponderat verbum ſecuritate: ſed nihil allegat.

Eandem apoſtillam ponit Blaſcus Lancea ſuper verſi. ſecuritate, & dicitur in fine apoſtillæ tu adde tex. in l. quæſitum. ff. de pignor.

Petrus de Gregorio autem in hoc, in ſuo tractatu ponit hunc punctum firmando hoc in quæſtio-
139 ne ſeptima verſi. 3. infero, quod ſi venditor † dicti iuris cenſus conſtituit per ſe, hæredes, & ſucceſſores ſuos omnia, & ſingula bona ſpecialiter obligata, ſeu aliqua ex his precario nomine emptoris hæredum, & ſucceſſorum ſuorum tenere, & poſſidere in cauſam pignoris ſucceſſiue, quolibet anno in perpetuum, durante vita, contractus ſubiugatorij vſquequo ſingulis annis ſibi ſatisfiat realiter, integraliter, & cum effectu, de omnibus iuribus, cenſualibus annorum præteritorum, & expenſas ita, ut ſuccedere caſu ceſſatæ ſolutionis iuris cenſus, quolibet anno liceat emptori, & ſucceſſo. hæred. tentare judicium ſpoliatorium de recenti iuxta formam ritus: tale precarium, & conſtitutum per pactum erit contra formam apoſtolicæ bullæ, quæ de ſui natura non transfert poſſeſſionem rerum ſubiugatarum in emptorem, & per conſequens vitiabitur, & habebitur pro non appoſito; niſi forte pactum precarij fuiſſet pro maiori, & opportuna contrahentium ſecuritate, & indemnitate, quia dicta apoſtolica bulla fieri poſſe permittit, pro ut in ea formaliter continetur.

140 Prædicta † tamen intelligo, quando talia pacta reperirentur appoſita in huiuſmodi contractu, in quo cenſus annuus non aſcendit ad decimam partem principalis, ſed forte cenſus annuus fuiſſet ad rationem ſeptem, octo, uel nouem pro centenario quolibet anno, quia tunc licèt tale pactum dicatur pars pretij, tamen poteſt illud incidi ſub alia annua penſione relaxata ex pacto vſque ad decimam, cũ eo pacto appoſito in contractu uenditionis prædictæ totum hoc tanquam indeterminatè ſecundum ſubiectam materiam qualitatis rerum & conditionis perſonarum iudicis arbitrio venit committendum arg. l. prima. C. de iur. deliber, & in c. conſtitutus de officio delegat.

Et idem Petrus de Gregorio in dicto tract. bullæ 10. quæſtione, verſi. 3. voluit ibi non puto tamẽ, dicit, non tamen puto quod in huiuſmodi contractu poſſit interuenire traditio poſſeſſionis corporis ſpecialiter obligati per precarium, & conſtitutum in cauſam pignoris, quia tunc reſultat pactum contra formam ipſius contractus, & haberetur pro non appoſito; prout ſcripſi ſuprà in 7. quæſtione, niſi fortè pactum apponeretur pro maiori, & opportuna ſecuritate ipſorum contrahentium per prædicta.

Blaſcus autem lancea in verſico quandiu, uidetur aſſentire dum ait, & quando debitor vltra ſubiugationem conſtituat ſe rem ſubiugatam tenere nomine, & pro parte creditoris, an tale pactum tribuat ipſi creditori plus iuris contra ſingularem ſucceſſorem vide Bar. in dicta l. ut ſupra allegat Bart. in l. creditorem in. repet. col. 7. in fin. C. de pigno. hæc apoſtilla eſt etiam ſub Ioanne Philippo de Paternione.

Imò ſecundum Iacobum Chirco ſuper bulla hoc determinatur in uerbo, ibi ſecuritate, modo infraſcripto; an poſſit pro ſecuritate creditoris transferri poſſeſſio rei ſubiugatæ, forte quia debitor eſſet dilapidator, uel aliter qui ſi poſſideret, non ſolueret cenſum, puto, quod ſic quia bulla non contradicit, ſed innuit potius in uerbo ſecuritate, hoc etiam ponitur ſub eiſdemmet uerbis ſub nomine Nicolai Saccano in ſuis apoſtillis ſuper bulla, deinde ſubſequitur additio ad eundem de Saccano ſub infraſcri-
141 ptis uerbis. ego extendo idem, ſi ſit † rixoſus, & cauilloſus per ea, quæ dicit Gloſ. & Iaſ. in l. ſoluto matrimonio numero 18. uſque ad 25. ff. ſolut. matr. item ad hoc facit §. ne potentiores. l. illicitas. ff. de offi. preſid. & per ea, quæ dicit Dominus Alexan. in l. ſi fideiuſſor in fine num. 3. & ibi apoſt. Franciſcus Curtius. ff. qui ſatiſdare cogantur.

Ad illud, quod non habebat contractus ipſe ſubiugatorius obligationem expreſſam, & præſentem.

Reſpondebatur, quòd ex lectura contractus clarè colligitur: quòd ſe obligauit ſubiugans ſoluere ſingulo anno dictum ius cenſus.

Ex quibus Tribunal magnæ regiæ curiæ determinauit oppoſitiones reijci debuiſſe, pro ut reiecit, præſtito de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, & facta ſolutione ipſa Domina Aldonza audiatur.

SVMMARIVM.

1 *Super cenſu debito ex contractu venditionis iuxta formam bullæ, an poſſit ſubiugatio ſubſiſtere 2.4.5.7.8.9.11.12.14.*
3 *Subiugatio eſt ſeruitus perſonalis.*
5 *Seruitus ſeruitutis non datur.*
6 *Rerum appellatione ueniunt iura, & actiones.*
10 *Iura actiua poſſidentur à creditore.*
13 *Feudum poteſt conſtitui ſuper redditibus.*
15 *Conuenitur tanquam detentor dominus, qui eſt creditor redditum.*
16 *Redditus computantur inter immobilia.*
17 *Iura incorporalia detinentur.*
18 *Verbum detentio verificatur in iuribus incorporalibus. 19.21.*
20 *Statutum loquens de poſſeſſione extenditur ad quaſi poſſidentem iura incorporalia.*

DECISIO X.

FVit in tribunali magnæ regiæ curiæ conuentus Ioſeph Periſtanga pro cauſa cenſuum decurſorum vigore contractus vẽditionis cenſus iuxta formam bullæ, tanquam detentor certorum redditunm ſpecialiter ſubiugatorum in cõtractu ipſo ſubiugatorio, vigore cuius fuit cauſata executio: & quia ipſe de Periſtanga ſe oppoſuit aduerſus executionem, eſt factus articulus ſuper reiectione oppoſitionum, fuit primò dubitatum de de-

tentione

tentione rei ſpecialiter ſubiugatæ, quia licet
probabatur, quòd ille de Periſtanga ſibi ad-
iudicauerat illos redditus virtute primi, &
ſecundi decreti à ſuo debitore, & poſt adiu-
dicationem exegerit nonnulla interuſuria,
& cenſus dictorum reddituum: tamen per
plures annos non potuit vnquam de illis ſa-
tisfieri, & effecti ſunt, quaſi inexigibiles, & ſic
cum non probetur, quod de præſenti exigat,
non dicetur etiam detinere.

ITem quia ſubiugatio non ſubſiſtit ſuper eis iu-
ribus, & cenſu, & quòd iura incorporalia nõ di-
cuntur cõprehendi ſub verbis bullæ, & regiæ prag-
maticæ, ut poſſit conueniri tanquam detentor.

In hoc articulo fuit primo diſcuſſum, an ſuper
cenſu debito ex contractu venditionis iuxta for-
1 mam bullæ † poſſit conſtitui cenſus, & videbatur
dicendum primo, quòd non, ſecundum notata per
Antonium Lanceam ſuper bulla, ibi in verbo de-
tentorum, dum ait, an appellatione iuris ſubiugato
rum veniunt iura, quæ paſſiuè ſtant, & reperiuntur
penes debitores. l. actio. C. ſi vnus ex pluribus hæ-
red. l. mulier bona. ff. de iure dotium. & l. ſi conſtan
te. §. fin. & ibi Paul. de Caſtro, & doctor. ff. ſolu. ma-
trim. & ius alienum non cenſetur ſubiugatum. hæc
etiam apoſtilla ponitur ſub Iacobo Chirco.

2 Sed in terminis † ſentire videtur Ioannes Aloy
ſius de Septimo ſuper bulla in verſic. 3. dico, quòd
ſi quis prætendit ſe habuiſſe ius ſubiugationis ſu-
per vna domo, non poteſt illud ius alteri ſubiugare
taliter, vt contra tertium poſſit ambulare. Primò,
quia aut vis me conuenire executiuè, tanquam de-
tentorem rei ſubiugatæ, & non potes, quia ego poſ
ſideo domum, non ius ſubiugationis: & habens ſub
iugationem nullum ius habet reale, in domo: ſed
tantùm obligationem perſonalem, prout declarat
Imol. poſt Bar. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff.
de leg. 1. Alexan. conſil. 18. in quinto volum. dixi in
allegationibus pro domino Franciſco de cler. in
cauſa Ioannis de Amodeis. ergo nihil ad pragmati
cam, quæ dirigit executionem contra detinentes
bona ſubiugata.

3 Secundò dico, † quòd ſubiugatio ſubiugationis
fieri non poteſt, quia cùm ſit ſeruitus perſonalis,
vt ſupra dixi, maxime poſt Bar. in l. vt pomum, quẽ
adducit Alexan. ſeruitus ſeruitutis conſtitui nõ po
teſt. l. 1. & ibi Bart. ff. de vſufru. lega. potius poſſet
procedere venditio dicti iuris ſubiugati, quia ſubiu
gatio illius ſubiugationis pro hoc, quia iſta ſubiuga
tio, ideo ſubſtentatur, quia ius quod ſeruatur ſuper
certa re formatur: aliàs eſſet obligatio perſonalis,
vt vſura ſecundum Laurent. Rodul. in dicta quæ-
ſtione 13. & Aretin. conſil. 152. 5. col. ſed ſi dare-
tur ſubiugatio ſubiugationis, quia fructus non da-
rentur obligatione perſonali, certum eſt, quòd eſ-
ſet vſura, & ita per prædicta concludit Io. Aloyſius
de Septimo. hanc eandem opinionem videtur ſen-
tire, & firmare Caſſeneus ſtante illa conſuet. Burg.
ibi in titulo de cenſ. rub. 11. in §. 3. in tex. ibi cenſe-
tur, & ita reſtringit dictum Caſſen. ad conſuetudi-
nem Burgundiæ. Rodoanus in tract. de rebus eccle
ſiæ alien. vel non, in rub. de cõſt. annui cenſus, n. 56.

4 Ego autem dico, † quòd ſubiugatio poteſt ſubſi-
ſtere ſuper redditibus, ſeu cenſibus, qui debentur
virtute contractus venditionis cenſuum, ſeu reddi
tuum iuxta formam bullæ. primò ponderando in
principiu verba bullæ, ibi ſuper omnibus bonis,
redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorũ,
ac etiam ibi ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, ac
facultatibus, & emolumentis earum, & idem ſentit
regia pragmatica, ibi cõtra perſonas, & bona quo-
rumcunque ſingularium detentorum, rerum, iuriũ,
vel bonorum: ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint
ſpecialiter onerata, & etiam ibidem volumus, atq;
decernimus res, & bona, vel iura ad præſtationem
huiuſmodi cẽſualium, ſpecialiter obligata propter
penſiones eorum ſtatutis terminis non ſolutas, vel
huiuſmodi rerum iurium, vel bonorum deteriora-
tionem, &c.

5 Et ſic apparet, quòd † aut volumus, quod dicta
iura cenſualia veniunt appellatione iurium ſimpli-
citer, & comprehenduntur in diſpoſitione bullæ,
item etiam comprehendi poſſunt ſub illo verbo
6 rerum, quia rerum appellatione continentur actio-
nes. Gloſ. in l. prima. ff. de ſtatu homi. & Bar. vt etiã
rerum appellatione veniunt iura, & actiones. Alex.
conſil. 99. 6. 7. 8. in 4. vbi etiam allegat. l. rei. ff. de
verborum ſignificat. & Gloſ. in l. prima. in verbo
quædam. ff. de rerum diuiſio. & loquitur etiam in
ſtatuto Ioannes Petrus Molignat. in tract. de appel.
verbo. vtriuſque iuris. num. 980.

7 Et in terminis noſtræ bullæ, † quòd poſſit con-
ſtitui ſubiugatio ſuper cenſu annuo, & annuis red-
ditibus debitis iuxta formam bullæ, firmat Foller.
ſuper bulla in verſic. huiuſmodi cenſualia, ſuper re
bus. num. 49. Rodoanus in tractatu de rebus eccle-
ſiæ non alienand. in rub. de conſtit. annui cenſus. nu
me. 55. Intriglolus in ſuis quæſtionibus, quæſtione
36. dilatat ſuam quæſtionem propter verba bullæ
Pij Quinti. hanc opinionem tenet, etiam Martinus
ab Azpilcueta doct. Nauarrus tract. de vſuris, ſuper
extrauagant. bulla Pij Quinti. num. 87. fol. 57. & in
quæſtione 12. num. 112. verſic. 12. q. fol. 77. hanc &
opinionẽ ſentire vr Ferdinandus Boniornus ſuper
bulla, ſuper verbo ibi. in tex. vendere, dum præſup
ponendo, ꝙ poſſit conſtitui cenſus ſuper annuo cẽ-
ſu, ſeu annuis redditibus debitis iuxta formã bullæ
dicit ſi ſubiugat ſubiugatarius ſecundus ſubiugata
rius aget vtili cõtra primũ ſubiugãtẽ allegat Aret.
conſ. 124. & cõſ. 125. vtroq; conſ. incipiẽte Eximie.

8 Confirmatur prædicta † opinio ex vſu cõi, & cõ
ſuetudine regni, quia videmus in dies ſubiugari an
nuos redditus iuxta formam bullæ in contractibus
ſubiugatarijs, ſeu vẽditionis annuorũ reddituũ, ſeu
cenſuũ, ꝙ multum operatur, prout in terminis bul-
læ firmat Decianus in conſ. 2. num. 80. 81. 82. 83. in
primo ex pluribus per eum ibi allegatis.

9 Non obſtant † modò ex aduerſo allegata, quia
quantum pertinet ad dicta per Antoniũ Lanceam
non procedunt in terminis noſtris, dum ipſe firmat
ſuam concluſionẽ in iuribus paſſiuis, quæ ſunt pe-
nes ſubiugatarium, tantum, quæ non poſſidentur,
nec ſunt in dominio debitoris ſubiugantis.

Secus in terminis noſtris. ſumus enim in iuribus,
10 & actionibus † actiuis, quæ poſſidentur, & ſunt
in dominio creditoris ſubiugantis, eo tempore,

quo ſuper eis ſubiugat Corne. in conſ. 303. num. 14.
verſic. ideo nihil in 4. per tex. in l. iuris gentium. §.
ante. ff. de pact. iuncta l. fin. C. eodem titulo, & per l.
item in bonis. ff. de acqui. rer. dominio & l. bonorũ.
§. in bonis. ff. de verborum ſignif. arg. l. item viden-
dum. §. fin. ff. de pet. hæred.

Et eodem modo reſpondetur ad dicta per Iaco-
bum Chircum.

Ad dicta per Ioannem Aloyſium de ſeptimo,
11 quod † ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt reſpon-
deo quòd quicquid ſit de conſue. Burgun. vbi id di
ſponit, tamen de iure eſt cõtrarium. prout Caſtren.
in præallegato loco, & dicit contrarium dicere in-
terminis Io. Fabrum inſtitu. de locat. §. adeo col. 2.
12 vbi † ponit quod poteſt dari ius ſubalternum, &
13 hoc videmus, quod feudum, † quod non poteſt cõ-
ſtitui, niſi in rebus immobilibus, poteſt conſtitui in
cenſibus. ſecundum Bald. Card. Alexã. in proœmio
feud. Mart. laud. in §. 1. col. 2. verſi. quæro, an in iuri-
bus titulo qui feud. dar. poſſ. & pleniſſimè Tiraq. in
tract. de vtroque retract. Gloſ. 2. in verbo rentes nu
mero 4. cum ſeq. quos refert, & ſequitur Foller. ſup
bulla in verſi. huiuſmodi cenſualia, ſuper reb. num.
30. ex hoc videmus in regno conſtituta plura feuda
in redditibus, pro vt videri poſſunt in regiſtris pri-
uilegiorum feudorum.

14 Nec etiam obſtat aliud, † quod dicitur, quòd
aut vis conuenire ſubiugantem, vel alium, tanquam
detentorem rei ſubiugatæ, ſcilicet domus, ſuper
qua eſt ſubiugatio, & non poteſt quia ego poſſideo
domum non ius ſubiugationis: & habens ſubiuga-
tionem nullum habet ius reale in domo, ſed tantũ
obligationem perſonalem.

15 Quoniam dico, † quòd conueniri debet tanquã
detentor ille, qui habet ſubiugationem ſcilicet do-
minus, & poſſeſſor, ſeu detentor iuris percipiendi
redditunm, ſeu cenſuum, ſcilicet iuris exigendi cẽ-
ſus, & hoc iuxta diſpoſitionem regiæ pragmaticæ
in verbis, ibi detentorum rerũ, iurium vel bonorũ
ſuper quibus cẽſualia ipſa fuerint ſpãliter onerata.

Sed ſic eſt, quòd qui eſt creditor, ſeu dominus iu
rium cenſualium detinet, & poſſidet, ergo conueni
ri poteſt, tanquam detentor ipſorum.

Et hoc ad inſtar, & eo modo, quo conueniuntur
detentores prædiorum, & bonorum immobilium,
16 ſeu ſtabilium, quia iura, quæ debentur ex † vendi-
tione cenſuum iuxta formam bullæ computantur
inter immobilia l. nulli in principio, & ibi Gloſ. vbi
Bal. Paul. de Caſtr. & alij C. de ſacroſanct. eccleſijs,
& l. hoc edictali. §. his illud. & ibi Gloſ. & Cyn. &
Bal. C. de ſecund. nupt. Angel. in l. ſi conſtante. §. fi.
ff. ſolut. matrimonio, & in conſil. 328. Anaſtaſius
col. 5. verſic. 5. propter importantiam, & Fulgoſ. cõ
ſi. 104. Imol. Roma. Barba. in l. ſticum. §. 1. ff. de ver-
borum oblig. latè ponit, & ex pluribus comprobat
Follerius ſuper bulla ſuper verſic. huiuſmodi à nu.
25. vſque ad numerum 36. Ferdinandus Boniornus
ſuper bulla in tex. ibi annualium cenſualium, ibi la-
tè ponit Decia. infinitos allegans in conſ. 2. nu. 191.
in primo ubi hoc firmat maximè, ſi ſunt conſtituti
ſuper rebus & prædijs ſtabilibus latè Gabriel in
conſilio 141. in ſecundo per totum, vbi ponit trea
ſpecies cenſuum. latè Andr. Gail. practicarum ob-
ſer. libro ſecundo obſer. 10.

17 Item † iura incorporalia detinentur, ſeu verius
quaſi poſſidentur, & eorum poſſeſſio acquiritur
per perceptionem, & exactionem iurium; etiam
quòd ſit unica. Gloſ. Dominicus Innocent. & alij
in cap. bone. de poſtul. prælatorum in cap. cùm ec-
cleſia ſutrina de cauſ. poſſ. & propriet. Roman. con-
ſilio 311. in caſu propoſitæ quæſtionis in fine Alex.
in conſilio 74 viſo puncto numero 16. in 4. Roma.
ſequitur Bertazol. conſilio 125. numero quarto ver
ſiculo at ſecundo. vol. primo Calcan. conſilio 42. nu
mero tertio verſiculo, quinimo. Decian. conſil. 97.
quæritur numero 57. in tertio quos refert, & ſequi-
tur Maſcardus de probationibus concluſione 118.
numero nono, decimo, undecimo duodecimo Be-
rous conſil. 119. in 3.

18 Et verbum detentio, procedit † etiam in iuribus
incorporalibus intelligendo large, dum compræ-
hendit etiam ciuiliter poſſidentem, pro ut declarat
Alexan. in l. prima in principio num. 17. verſiculo
non obſtat numero 18. ff. de acquir. poſſeſ. & in di-
cta l. prima. §. adipiſcimur numero nono refert, &
ſequitur Grauett. conſil. 980. nu. 10. & licèt Soccin.
in l. 1. §. per ſeruum corporaliter. ff. de acquir. poſ-
ſeſſione, dicat ſtante ſtatuto loquente de detenta-
tione non compræhendi eum, qui ciuiliter poſſidet
eo quod verè non dicatur detinere ex Roma. in l.
3. §. ex contrario nu. 8. ff. eodem tit.

19 Attamen Roman. † ibi reſtringit, niſi ratio ſubie
ctæ materiæ in ſtatuto poſitę contrarium ſuaderet,
& ſic poteſt dici, quòd ex diſpoſitione pragmati-
cę, & eius verbis, & mente, aliter appareret, nam
in terminis noſtris non poſſunt aliter habere locum
verba pragmaticæ, ibi detentorum, iurium, niſi ver
bum illud detentorum, compræhendat quaſi poſ-
ſeſſorem iurium arg. l. quoties. ff. de re iudi, & vide
not. per eundem Roman. in l. 1. in principio nu. 24.
ff. de acquir. poſſeſ.

Franciſcus Prouinzalis ſuper bulla in verbo de-
tentorum hoc firmare videtur in uerſic. & intellige
detentorẽ, uel quaſi Aretin. in rub. de acquir. poſſ.
20 col. fi. vbi Aretin. num. 5. diſputat, an † ſtatutum lo-
quens de poſſeſſione vel poſſeſſore extendatur, ad
poſſeſſorẽ, ideſt eum, qui quaſi poſſidet ius incor-
porale, & ibi primo tenet, quòd non, deinde cõclu
dit, quod ſic etiam in materia pęnali, & odioſa.

21 Et in terminis iuris corporalis, † quod detur de-
tẽtio elicitur ex tex. in c. cauſam, q̃ inter de reſcrip.
licèt Gloſ. ibi verbum detinere, exponat, quod ciui
liter detinenti ſed Ferdinandus Bonior. ſuper bulla
in verbo detẽtorũ allegãdo dicta tex. in d. Gloſ. in-
telligit in poſſidente ciuilitẽ: item dicis in his tãtũ
vt quaſi poſſeſ. igit exponi debent verba pragmati-
cæ in dictis locis, verbum detentorum, rerum, & iu
rium, pro ut gl. in d. c. cãm, quæ ibi detinere, ſ. ciuili
ter, naturaliter autem poſſident, & ſic ex d. gl. ibi eli
citur, quod verbũ detentor, põt cadere in iuribus
incorporalibus, licèt magis propriè dicet poſſeſſor,
uel quaſi iuriũ, cũ in iuribus incorporalibus, nõ ca-
dit uerè, & propriè detẽtio: ſed bene quaſi poſſeſſio
ſecundum quod ſuprà diſcuſſi.

Et ſtantibus prædictis, quia erat fundatũ in ſcri-
pturis quod iſte de Periſtanga ſibi adiudicauerat
redditus, ſeu cenſum debitum iuxta formam bul-
læ à poſſe ſubiugatarij per primum, & ſecundum
decretum

decretum, & fuit inductus in poſſeſſionem, & cępit
exigere cenſus, & interuſuria, cępit poſſidere, &
detinere per perceptionem cenſuum, nec appare-
bat, nec allegabatur iſtum de Periſtanga vnquam
deſijſſe à poſſeſſione, vel detentatione, ſed tantùm
dicebat non fuiſſe ſibi ſolutum cenſum, & interu-
ſurium aliquorum proximorum annorum matura-
torum, quo caſu nõ dicitur à poſſeſſione deſtitiſſe,
ſed dicitur adhuc quaſi poſſidere. iuxta tradita per
Beroum in conſil. 119. maxime. nume. 9. in 3. vi-
ſum fuit ob id magnæ regiæ Curiæ, & ita determi-
nauit, quod reijcerentur oppoſitiones iſtius de Pe-
riſtanga, præſtito de reſtituendo in caſu ſuccum-
bentiæ, per actorem, & facta ſolutione audiretur
iſte de Periſtanga, prout ſolet ſemper in ſimilibus,
& in iſto articulo pronunciare. m. r. c. quando ante
factam ſolutionem non admittuntur oppoſitiones
conuenti.

SVMMARIVM.

1 *Quandiu detentio apud eos fuerit, hæc verba in prag-*
matica, quid operẽtur. nu. 8. 9. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
22. 23. 24. 25. 26.

2 *Intellige, ſi dimittit, pro præterito tantùm tenetur, non*
pro futuro. nu. 3. 6. 7. 10. 11. 12. 19. 26.

5 *Si non dimittit, tenetur in totum. nu. 26. diſtingue.*
nu. 20. 32. 33. 36. 37.

1 *Nec ſufficit ſoluiſſe alteri, quàm creditori cenſus, vel*
locatori. num. 2. 29. 30. 31.

13 *Priuilegium hoc eſt à pragmatica contra detentorem,*
non nominatum in contractu, quod non eſt de iure cõ-
muni. nu. 24. 15.

14 *Solutionem, qui non recipit ſibi debitam pro cenſu de-*
bito virtute contractus iuxta formam bullæ ſuper re-
bus, quas adminiſtrat. quia poſſidet, ſibi imputetur,
ſed admittitur in cauſa oppoſitoria. nu. 35.

38 *Stante regia, & noua pragmatica liberatur detentor: ſi*
dimittit prædium, quando non debet aliquid. nume-
ro 39.

40 *Tempus dimittendi detentionem, ne teneatur ſtante no*
ua pragmatica, quod ſit. nu. 41. 42.

DECISIO XI.

Agitato iudicio in Tribunali magnæ regiæ
Curiæ, ſi deberet ſtare cedulis Pauli ſpeciali
prætendentis per eas cedulas feciſſe refuta-
tionem de affictu ſibi facto per Ioſeph de Gri
maldis de feudo Mancipe, & Paſſarello, ſtan-
tibus moleſtijs, quas patiebatur à ſubiuga-
tarijs, ſeu creditoribus ex cauſa cenſus iuxta
formam bullæ prętendentibus diuerſa inter-
uſuria ipſorum reddituum propter quas mo
leſtias inquietabatur, tam ipſe de ſpeciali, quã
eius ſubgabelloti, & Inquilini, & paſſus fuit
diuerſas expenſas, & intereſſe.

FVndamentum iſtius iudicij conſiſtebat in pa-
cto adiecto in contractu ipſo affictus: ibi dum
inter partes fuit pactum, quòd non potuiſſet relin-
quere, nec renunciare affictum, & gabellam feudi,
pro quauis cauſa, &c. niſi in caſu, quo diſponitur
per capitula, & cõſtitutionem regni, & ſic fuit opus
ingredi illum punctum diſpoſitum à regia pragma
tica regis Alphonſi ſuper bulla PP. Nicolai edicta
quando detentor moleſtatur, an poſſit recedere à
conductione, & detẽtione, vt ſe liberet à moleſtijs,
& recedendo, ad quid teneatur. Poſtquam adeſt di
ſpoſitio in pragmatica, dum dicitur quandiu apud
eos illorum detentio fuerit.

Ponit interpretationem prædictis verbis Anto-
1 nius Lancea ſuper verbo detentio, † quod & ſi de-
tentores dimitterent rem, non ſunt liberati pro cẽ-
ſu præterito, quandiu detentio apud eos fuerit. ar-
gum. l. incola. la ſecunda. ff. ad municip. & de incol.
& not. per Gloſ. in l. prima. C. de leg. & ff. de leg. 3. l.
qui cõcubinæ. §. qui hortos. & non ſufficit ſoluiſſe,
niſi ei creditori, pro quo eſt facta executio, & hu-
ius doctoris verba intelligantur, prout ipſemet in-
frà dicit.

Subſequitur Blaſcus Lancea ibi, item ſuper ver-
2 bo, quandiu detentio † intelligitur, ſi renunciatur
detentioni, & dimittat bona ſubiugata non tenetur
ad ius annorum futurorum, niſi velit detinere etiã
ſi ſoluerit domino locatori, vel illi, qui cõceſſit. arg.
l. 3. C. de in ius vocando. & ita ſeruatur modo, licet
magna Curia contrarium ſeruabat, & non bene: nã
ſeruabat quod ſi oſtenditur ſolutum fuiſſe domino
domi nulla facta denunciatione, antequam ſoluat
vtique non tenetur ad ſoluendum, non obſtante
bulla pro præterito, pro futuro ſic, quia aliàs bulla
contineret vinculũ iniquitatis contra iuris regulas.

Idem Antonius Lancea ſuper verbo detentio rei
3 † ſubiugatæ, an poſſit refutari creditori, videtur q
ſic, quia ſublato emolumento tollitur onus anne-
xum. l. Pamphilo. §. duas filias. ff. de leg. 3. cum ſimi
libus. diſtingue tamen, quòd aut vult refutare, vt
non ſoluat præſtationes futuras, ſeu inducendas, &
poteſt. arg. glo. not. in l. incola. la ſecunda. ff. ad mu-
nicip. vt not. per Bal. in vſib. feud. in 6. col. poſt prin
cip. Imola. in l. cum mulier. ff. ſol. matrim. Bart. in l.
is. cum quo. ff. de aqua pluuia arcen. cum ibi alleg.
quem vide.

4 Idem Blaſcus in verbo detentorum, † ait, quia
rem ſubiugatam concomitatur, ſeu eius poſſeſſo-
rem ad inſtar realis actionis, ideo poſſeſſores præ-
teriti temporis ad talia interuſuria tenentur, vel id,
quod retinent, cedant. tex. eſt ſing. in l. 2. C. ſi vnus
ex pluribus hæred.

Et deinde Blaſcus in eodem verbo detentorum,
ait, per hoc vide Barto. in l. vt habet. §. hoſpites. ff.
precario: & dic, quòd fuit intellecta iſta pragmati-
5 ca, quòd ſi detentores † cùm ſunt à creditoribus
inquietati, refutant, nõ tenentur ad ſoluendum de-
bitum, niſi pro tempore, quo detinuerunt, ſi verò
voluerit in poſſeſſione perſiſtere, & tunc tenentur
in totum, & non eſt tunc mirum, cùm ex propria
voluntate videantur creditoribus obligati. l. fin. §.
cum igitur. C. de iure deliber.

Et in fine verſiculi ait, quòd ſi eſſet mandatum
contra detentorem, & ipſe in fraudem refutaret,
an poſſit euadere ſolutionem iurium cenſualium
6 præteritorum, videtur † quòd non, quando ſit
prætentum. vnde renunciare non poteſt l. in-
cola. la ſecunda. & ibi Gloſ. ff. ad municip.
vbi vide per doc. & an tunc priùs ſit opus, quòd

agatur actione reuocatoria.per Bar.in l.creditores.
col.6.C.de pignor.
Et alibi idem Blaſcus in verbo quandiu fuerit
7 apud eos illorum detentio,& ſic † tale ius executi-
uum competens contra ſingularem detẽtorem eſt
limitatum certo tempore,ſcilicet quandiu apud eũ.
fuerit detentio , & ideo ſi deſinit poſſidere , ceſſat
ius.ſimiliter quando tale ius eſſet limitatum certo
loco , quod donec eſt in loco, haberet locum: alias
non,quia in idem recidit, cùm detentor ſit obliga-
tus,donec eſt in poſſeſſione loci ſubiugati, & ſic di
citur eſſe in loco ſubiugato,& illi inſiſtir, vide Bar-
tol. in lege creditores . in repet. in ſeptima colum,
in fin.C.de pignor. & quando debitor vltra ſubiu-
gationem conſtituat ſe rem ſubiugatam tenere no-
mine , & pro parte creditoris , an tale pactum tri-
buat ipſi creditori plus iuris contra ſingularem ſuc
ceſſorem.vide per Bar,in dicto loco .
8 Et deinde in verbo fuerit , † ait iſtud verbum
fuerit, reperitur in præterito , & futuro ſubiuncti-
ui , quomodo debeat intelligi.vide per Bar. in l.ſo-
lemus.ff.de condic.& demonſtr.an iſta bulla ſe re-
ferat tantum ad futura,& tunc non traheret execu-
tionem,
Supradicta omnia poſita ſub Blaſco lancea po-
nuntur ſub nomine Io.Philippi de Paternione .
Idem Blaſcus in verſicu. quid ſi vnus remiſſiuè
9 loquitur,& ait quod ſi vnus † detinuiſſet rem ſubiu
gatam per annum vnum , & creditor deberet reci-
pere pro pluribus annis , an talis poſſeſſor tenea-
tur tantùm pro illo anno , quo poſſedit , an etiam
pro omnibus alijs annis , pro quibus non poſſedit
ipſe,ſed alius, de hoc eſt alius text. in l. imperato-
res.ff.de public.& vectigal. & an talis poſſeſſor re-
nunciando poſſeſſioni , poſſit euadere ſolutionem,
& vide Bald.in l.cùm fructuarius.ff, de vſufruct. &
quemadmod, quis vtatur . Cuius doctrina facit
multum pro intelligentia iſtius quæſtionis in ter-
minis pragmaticæ,idem ponitur ſub eodem de Pa-
ternione ,
Iacobus Chircus in verbo,quandiu,repetit dicta
Antonij Lanceæ , ibi ſuprà in principio , dum ait ,
pragmatica iſta dicit, quandiu detentio apud illos
10 † fuit ſentit , quod etiam ſi detentores dimittant
rem , tamen non ſunt liberati , pro præterito cen-
ſu , quandiu detinuerunt. argum.l.incola.la ſecun-
da.ff.ad municip.per Gloſam. & ff, deleg,3.l. con-
cubinam. §. qui ortos . deinde ſubſequitur , ſed an
pro toto debito, quidam dicunt,quòd ſic,quia ſuc-
cedit in locum actionis hypothecariæ,quæ compe-
tit pro toto debito , ſed magna Curia ſæpius iudi-
cauit contrarium , & maximè menſe Decembris
xij. Ind. 1508. in cauſa inter magnificum Frãciſcũ
Villanoua,& magnificum Simonem Patellã , quod
teneretur pro tempore,quo poſſedit, & non vltrà ,
& quòd teneatur pro tempore,quo etiam non poſ-
ſedit,& vltra,quia actio ex pragmatica, ſeu ex ſta-
tuto ſuccedit in actionis locum hypothecariæ, quæ
afficit pro toto debito,quod pro cõtraria parte fa-
cit dict. Bald. in l. 1. in princ. C.communi.de leg.
dum vult , quod in cauſis vertentibus ſuper inſtru-
mentis guarentigiatis , procedit ſummariè , quod
idẽ , ſi procedat hypothecarie, & pro dicto Baldi.
vide Bar.in l.ſolent.in vltima colum.ff.de aliment,
& cibar,legat.& in extrauaganti ad reprimendum,
in verbo ſummariè. & Iaſon.in l.2. C. de edict.diui
Adri,toll.
11 Adde † caſum not.& mihi videtur in puncto iu-
ris,licèt ſit durum,quòd ſi renunciat poſſeſſionem,
& tunc tenetur pro præteritis,quandiu ſteterit , vt
ſuperius dictum eſt , aut inſiſtit in poſſeſſione , &
tunc tenetur ad totam ſummam. l. ſecunda . C. ſi
vnus ex pluribus hæred,arg.l.ſi verò.§,fin. ff.ſolut.
matrimonio .
Petrus Pitrolus tenens opinionẽ ſupradicti An-
tonij Lanceæ , ait ſuper verbo ſingularium deten-
12 torũ, † an poſſidens, & detinens rem ſubiugatam,
ſi vult renunciare poſſeſſioni rei , vel detinere poſ-
ſidere.vide per Bald.in l.ſed,an vltro , in fine.ff.de
negot,geſt. ratio . quia emolumento ſublato , onus
annexum tollitur.l.Pãphilo,§. duas filias.ff. de leg,
3.Antonius Lancea tamen diſtinguit,aut vult refu-
tare,ut non ſoluat præſtationes præteritas , & iam
inductas, & non poteſt argum. Gloſ. in l. Incola. la
ſecunda.ff.ad municip, not. Bald. in prælud. feud,
in ſecundo notab, poſt principium:aut futuras , &
poteſt .
Petrus autem de Gregorio altiùs exordiendo ſu
per bulla in quæſtione 6. verſiculo quartum priuile
gium. air, quia talis contractus paratam habet exe-
cutionem contra perſonas,& bona quorumcunque
13 ſingularium detentorum,nam † dicta pragmatica
conceſſit contractui priuilegium executiuum con-
tra tertium poſſeſſorem, vbi de iure communi non
datur priuilegium executiuum , non ſolùm quoad
bona , ſed nec etiam, quoad ipſas perſonas quorũ-
cunque ſingularium detentorum , ſpecialiter ſub-
iugatorum,non nominatorum in contractu, tenea-
tur de perſona actione perſonali , & via executiua
ratione ſolius detentationis abſque aliqua perſo-
nali actione, ſeu obligatione præcedente . nam eſt
certum,quòd actio perſonalis oritur ex contractu,
vel quaſi , actio verò realis ratione poſſeſſionis in
perſonam conuenti.l.in rem.ff.de rei vendic, Inſti-
tutione de actio.§. 1. ſed ex forma pragmaticæ da-
tur ius executiuum in perſonam tertij non nomi-
nati in contractu,vt hic non præcedente obligatio-
14 ne, † quia contractus non obligat , niſi nominatos
in illa.l. ſi ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbor.
obligat.& declarat Bartol. in l. ſi pro te. C. de dot.
promiſ. ſed ratione ſolius detentationis , quæ non
obligat poſſidentem niſi realiter , tantùm , & non
perſonaliter, & ſic tribuit maximum priuilegium,
in quo concurrunt plura ſpecialia , & exorbitantia
à regulis iuris communis per ea , quæ not. Gloſ.&
doct. in l. fin. C. de dot. promiſ. & hoc ſpecialiter
fuit inductum fauore prædictorum emptorum , ſi-
15 cuti aliàs ſpeciale,& † fauore rei publicæ, vt perſo
nalis actio, ſeu condictio ex lege ambulet cõtra ter
tium poſſeſſorem bonorum ciuitatis , & ſic talis a-
ctio perſonalis ſequitur fundum contra rex.in l.fin.
ff.de contrah.empt.& l.j.§.hæres.ff.ad Treb.ita di-
cit Io.de Plarea per illũ tex.in l.2.in 2.notab. C. de
debit.ciuit.lib.11.in 1.col.& ſeq. & quia hoc priui-
legium erat odioſum,vt aliquis ſine culpa , & facto
ſuo alterius odio prægrauaretur,vt in c. non debet.
de reg.iur.in 6.vt teneatur de perſona ſua , vbi non
reperitur perſonaliter,& expreſsè obligatus. ex for

ma

ma contractus. propterea fuit addita illa clauſula
16 in bulla, ſeu pragmatica, vt † quandiu apud eos il-
lum detentio fuerit, & talis poteſt eſſe iſte ſingula-
ris detentor, prout eſt depoſitarius inquilinus cõ-
modatarius, colonus, & conductor, de quo ponit
tex, & ibi Bar. in l. officium. ff. de rei vend, & enume
rat Specul. in titu. de primo & ſecundo decreto. §.
reſtat verſiculo. hoc etiam nota. & verſicul. ſed ſi
quis poteſt nominare dominum in iudicio, ut eſt
tex, io l. 2. C. vbi in rem actio, & dominũ nominan-
17 do, ita demum ipſe ſingularis † detentor liberatur
ab inſtantia iudicii, ſi poſſeſſio, ſeu dententatio,
quam habet alieno nomine in alium tranſeat aliàs
non abſoluitur, vt declarat Bart. in d. l. 2. in princi-
pio. 2. colum. in fine. Imò dicetur, quod non ſatisfa
ciat, ſi non transferat rem, & ſic detentatio rei eſt
apud eum, & procedet executio cõtra eum, & iſtud
18 verbum quandiu, intelligo † primo procedere tam
reſpectu temporis præteriti, quàm etiã futuri pro-
pter illud verbum fuerit, quod eſt ſubiunctiuum;
& apprehendit tempus præteritum, & futurum. l.
ſi interitum. ff. de pact. dot. & declarat Barto. in l. ſi
colonus. ff. de cond. & demonſtr. & latiùs ſcripſi in
peculiari, in verbo quomodolibet io principio, licèt
ſit ſecus in tertio detentore rei emphiteoticæ, vel
feudalis, quia illa tendunt ad euitandam pœnam
caducitatis propter canonem non ſolutum, vel ſer-
uitium non præſtitum, & aliud quid ſimile, pro to-
to tempore, quo fuit ceſſatum, & antequàm dictæ
rei emphiteoticæ, vel feudalis fuerit detentor, vt
declarant doct. poſt Bar. in l. 4. §. Cato. ff. de verbor.
oblig. de quo vide dict. de Afflict. in 95. deciſione.
19 incipiente Agebatur, & ideo dictum eſt † huic ter-
tio detentori rei ſpecialiter oneratæ, ſi noluerit pro
futuro tempore teneri ad annuum cenſum ſoluen-
dum ſuper ipſa re detenta per eum, quod in iudicio
per cedulam notificatoriam factam emptori, ſeu
creditori renunciet huiuſmodi detentationi rei ſpe
cialiter oneratæ, maximè ſi talis annuus cenſus ex-
cedat quantitatem fructuum, ſeu redditũum dictæ
rei ſubiugatæ deductis legitimis expenſis. iuxta l.
fructus, & ea, quæ ibi not. doc. ff. ſolut. matrim. & ſic
pro futuro non tenebitur ad talem cenſum ſoluen-
20 dum. Secundò intelligo iſtud verbum, † quandiu
procedere quatenus contra huiuſmodi detẽtorem
ageretur in perſonam eius, quia tunc poteſt proce-
dere executio, quandiu apud eum detentio fuerit,
ſecus autem, ſi agitur in rem ſoper ipſo corpore
per primum, & ſecundum decretum, quia tunc agi
poſſet pro toto tempore præterito à die contractus
citrà, & ſic antequàm apud eum detentio fuerit
hoc ius executiuum contra tertium datur de iure
communi, ut in §. ſeruiana. vbi doct. inſt. de actio. &
declarat Bal. in l. ſi pro te. C. de dot. promiſ. ſed a-
ctio hypothecaria datur pro toto debito, ſi ſufficit
pretium rei hypothecatæ, aliàs in quantum ſuffi-
cit, vt ſuperiùs dixi in tertio priuilegio in verſic. 4.

Aduertendum eſt, ſi vendatur corpus, & deten-
tio, vt de pretio ipſius ſatisfiat creditori, vt in d. §.
item Seruiana, ergo tale ius executiuum contra ter
tiom detentorem datur pro toto tempore præteri-
to à die contractus, & non quandiu apud eum de-
21 tentio fuerit. tertio † intelligo iſtud verbum, quan-
diu, niſi ille tertius detentor iuſto titulo, ſpatio de-
cem annorum, & bona fide detinuerit, quia tunc ta
le ius executiuum hoc ſubrogatum fuit, in locum
actionis hypothecariæ, quæ datur contra tertium
in dicto §, item Seruiana, & declarat Bald, in l. 1. in
prima colum. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. ſed tertius
poſſeſſor. de iure communi præſcribit iuſto titulo,
& bona fide contra creditorem agentem via hypo-
thecaria ſpatio decem annorum, vt declarat Bal. in
l. prima, & ſecũda. C. ſi aduerſus creditorem. lib. 1,
vbi Salycet, de quo vide Alex. conſil. 58. incipiente
viſo colum. 2. io 5. volu. ergo eodem modo hic ter-
tius detentor præſcribere potuit contra creditorẽ
agentem virtute huiuſmodi contractus bullæ via
22 executiua ſpatio decem annorũ, quia talis † actio
executiua ſubrogata ſapit naturam ordinariæ, in
cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum. §. qui iniuriarum,
ff. ſi quis cautio, & eſt tex. 2. ibi declarat Bar. & An-
gel, in l. prima. §. cùm prædium. ff. de pigno. verum,
23 quia † dicta regia pragmatica pariformiter reiecit
omnes exceptiones, tam contra talem detentorẽ,
quàm etiam contra principalem, contra quem exe
cutio cauſatur, ita nec etiam competit tertio deten
tori, quia vna determinatio executionis faciendæ
reſpiciens plura determinabilia perſonarum, con-
tra quas executio fieri poteſt, debet illa æqualiter
determinare. l. nam hoc iure, ff. de vulg. & pupillar.
ſubſt. l. quamuis. C. de Imper. & alij. ſub. cum ſimil.
niſi fortè inſerretur aliqua ratio diuerſitatis, inter
principalem, & tertium detentorem, & vna deter-
minatio ratione diuerſitatis inter alium caſum, &
24 alium, non habet æqualiter determinare: ſed † ta-
lis exceptio præſcriptionis potuit prodeſſe tertio
detentori poſt ſolutionem in cauſa oppoſitoria, vt
ea mediante retractetur executio cauſata contra
25 eum. Quartò intelligo † iſtud verbum, quandiu ra-
tione temporis, quo hic tertius poſſeſſor, ſeu deten
tor detinuit, & non ratione qualitatis fructuum, ſeu
redditũum per eum perceptorum ex tali fundo ſpe
cialiter ſubiugato. puta ſi hic tertius detentor per-
cipit viginti, & talis fundus reperitur ſubiugatus
ad vnciã vnam quolibet anno, & poſſideret p an-
nos quinque tantùm creditor cauſauit executionẽ
pro vnc. nouem, quia tenebitur tertius ad ius cen-
ſus dictorum annorum quinque ratione temporis,
quo poſſedit, & non ad ius cenſus pro annis nouẽ
habita quantitatis ratione fructuum, quos ex tali
26 fundo percepit, quia dictio quandiu, † eſt aduer-
bium temporis, & nõ quantitatis, tertius detentor
ratione detentationis rei ſpecialiter ſubiugatæ pro
tempore, quo poſſedit, & nõ ratione fructuum per-
ceptorum; ſed pro tempore annorum quinque tan
tùm, quibus detinuit, ſuper quo melius cogitandũ,
hæc ſunt, quæ per Petrum de Gregorio ſunt poſita
in præallegata quæſtione ſuper interpretatione ver
bi quandiu, poſiti in regia pragmatica,

Ludouicus Mont'altus ibi, & an iſte tertius poſ-
ſit refutare, ne in futurum teneatur vide Bart. in l.
is, cum quo. ff. de aqua pluuia arcen. Abb. in cap. de
terris, de decimis. vbi Abb. ponit, quòd poſſit, ſub
eiſdemmet verbis firmat Nicolaus Saccano ſuper
bulla, ibi ſuper bonis ſuis in fine,

Iſthæc omnia ſopradicta per ſupradictos anti-
27 quos doctores noſtros † procedunt ſecundum di-
ſpoſitionem pragmaticę editæ per regem Alphon-
ſum

ſum ſuper bulla Papæ Nicolai ſecundum quarum
opinionum intelligentiam,& concordantiam,ne vi
deantur inter ſe contradicere, modos practicandi
ponam,qui ex prædictis authoritatibus, & rationi-
bus erant primo, quòd ſi conuentus tempore exe-
cutionis cauſatæ non detinebat, neque poſſidebat,
euitabat, nedum præſtationes futuras, ſed etiam
præteritas, etiam quod aliquando ante cauſatam
executionē poſſediſſet;quia, vt poſſit cogi tertius,
debet conſtare,quòd tempore executionis detinet
28 rem ſpecialiter ſubiugatam: ſi autem † tempore
executionis tempore quo fit mandatum contra ter
tium detinentem, tertius poſſidet, ſeu detinet,&
tunc deuenitur ad capturam perſonæ, & tempore
meo ante vltimam pragmaticam poſt capturā per-
ſonæ ante carcerationem,non poterat renunciare,
vt teneretur, quandiu ſcilicet in tribunali magnæ
regiæ Curiæ, ſed tenebatur ſatisfacere ſummam,
pro qua executio erat cauſata, nec refutare volens
eo tempore euitabat ſolutionem debitam cenſuum
pro præterito, ſed tantùm euitabat futuras præſta-
tiones iuxta tradita per Rodoanum in trac. de reb.
eccleſiæ non alienan. in rub. de conſt. annui cenſus.
num. 63.& ſeq.

Sed in curia regiæ Præturæ Pano. etiam poſt ca-
ptutam tempore meo ante tamen carcerationem,
vel ante captionem pignoris, ſeu interpoſitionem
primi decreti, ſeu factam miſſionem, ſi iſte tertius
volebat euitare, vt non teneretur ad omnes penſio
nes præteritas, & futuras, renunciare poterat rem
ſpecialiter ſubiugatam creditori, vel cum effectu
recedere à detentione rei,& iſto caſu tenebatur tā-
tum ſoluere omnes præſtationes præteritas, matu-
ratas in tempore,quo ipſe tertius poſſedit,& ſic ſol
uendo præſtationes, ſeu interuſuria pro illis annis,
pro tempore,quo poſſedit,eo caſu liberabatur à cæ
teris,& ſic non tenebatur ſoluere totum debitum;
ſed quandiu poſſedit,& iſto caſu huic tertio non fie
bat bonum id, quod ſoluerat locatori, etiam ſi de-
monſtraſſet ſoluiſſe totam penſionem, & ad nihilū
teneri pro præterito,pro detentione præterita,pro
ut firmant præallegati doctores, & per prædicta ēt
declarantur,& concordantur ea, quæ etiam firmat
Petrus de Gregorio in quæſtione 6. verſiculo iſta eſ
ſet exceptio,& verſic. ſeq. hæc exceptio, vbi refert
ſeruatum fuiſſe modò vno, modò alio modo, in hoc
vltimo dicto, & hoc ante vltimam pragmaticam
ſereniſſimi regis,& domini noſtri Philippi ſeruaba
tur, prout ſupra poſui,& quia doc. Petri de Grego-
rio in hac quæſtione 6. verſic. iſta eſt exceptio con-
fert ad vltimam pragmaticam, ideo recenſeo eius
dicta, ait inquam Petrus de Gregorio. nu. 24.

Hęc exceptio realis ſolutionis præualet, quandò
29 eſt facta † creditori, ſeu emptori cauſanti executio
nem,& ita loquitur regia pragmatica ſanctio, præ-
dicta, ſecus quando reperitur facta per conducto-
res locatori ſuo, quia tunc talis ſolutio non releuat
conductorem ſoluentem locatori, quo minus cōtra
eum vti detentorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, poſ-
ſet fieri executio ſtante dicta regia pragmatica ſan
ctione,& iſto caſu, licèt bona fides non patiatur, q̇
idem bis exigatur ab eodem, bene poteſt peti, ut
bis idem exigatur ab eodem, & ſoluatur diuerſis
30 perſonis. item quia † ſolutio vna valet in fauorem
creditoris priuilegiati, & altera repetatur per con-
dictionē indebiti, ſuper quo relinquo melius cogi-
tandum, quia vidi pluries in magna Curia ſeruare
diuerſas ſedes diuerſimodè iudicare, ſi verò talis
31 conductor ſoluiſſet penſionem pro † tempore futu
ro, vt aliquando ſoluere conſueuerint inquilini feu-
dorum, aut dominorum, ratione maioris ſecurita
tis ſibi conceſſæ locationis, & tunc talis ſolutio ca-
dit in cauſam mutui anticipatę ſolutionis, & poſtea
cedente die ſolutionis pro rata conuertatur in cau
ſam ſolutionis per ea, quæ habentur in l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert. pet.

Et ideo ſolutio pro tempore futuro non opitula-
tur conductori: quominus executio procedat con-
tra eum, vti detentorem corporis ſpecialiter ſubiu
gati, vt ſoluat annuum cenſum,& idem repetat cer
ti condictione ex cauſa mutui à ſuo locatore.
32 Et prædicta intelligo † quatenus ageretur via exe-
cutiua in perſonam conductoris, & aliorum deten-
torum. Si verò ageretur in rem ſuper re conducta
per primum,& ſecundum decretum, tunc, quo-
niam tale ius executiuum cum fuerit ſubrogatum
in locum actionis hypothecariæ, puto agi poſſe via
executiua, ſicut via hypothecaria agi poſſet nō ob-
ſtante ſolutione facta locatori per cōductores, quia
actio ſubrogata ſapit naturam actionis, in cuius lo-
cum ſubrogatur. l. s. §. Iniuriarum. ff. ſi quis cautio-
33 nibus, cum ſimilibus. † item intelligo præmiſſa, niſi
fortè fuiſſet denunciatū conductori, ne ſoluat, quia
tunc ſi poſt denunciationem ſponte ſoluit, eſt quid
ſibi imputandum, ſi bis cogeretur ſoluere per ea,
quæ habentur per Bar.& doct. in l. nō ſolum. §. mor
te. ff. de nou. oper. nuncia.& in l. ſi fundum. C. de rei
vend. cum ſimilib. hæc ſunt dicta Petri de Grego-
rio in ſupra allegata quæſtione,& verſiculo.

Sed prędicta omnia poſſent limitari, vt non pro-
34 cedant, quando creditor, † qui cauſauit executio-
nem poterat ſibi ſatisfieri de cenſibus præteritis,
pro tempore, quo detinuit iſte conductor, quia nō
exegit cenſus præteritos non ſolutos, dum potuit
exigere, ut putà quia adminiſtraſſet bona debentis
cenſum, vel fructus peruenerunt ad eum, vel quia
procurator, aut negotiator, geſtor, aut alio modo
potuerit exigere, & apparere poſſit de eius negli-
gentia, cum in poteſtate ſua eſſet exigere, quia eo
caſu non tenetur nouus poſſeſſor, ſed ei imputan-
dum eſt. hoc firmat Rodoanus in tract. de reb. eccl.
non alienan. in rub. de conſtit. annui cenſus. numē.
64. 65. quod firmat ex doctrina Socin. in conſilio
273. in ſecundo.

Sed prædicta limitatio poſſet procedere, vt ad-
35 mittatur † poſt factam ſolutionem tertio ad repe-
tendum in ſecunda Iudicij parte, ſine inſtantia,
quia in prima Iudicij inſtantia non poſſet hæc exce
ptio admitti, ſtante regia pragmatica reijciēte om
nes exceptiones, præterquam realis ſolutionis ex-
ceptionem.

Redeundo, vnde digreſſi ſumus: ſi autem iſte
36 † detentor poſt captionem perſonæ in magna re-
gia Curia,& poſt carcerationem, vel præſtitam fi-
deiuſſionem iuxta formam ritus de ſoluendo infra
dies quindecim loco banci, vel præſentatione auri,
& Iug. prout in ritu. 124.

In regia Curia præturæ Panor. refutare rem in-

tendebat,

tendebat, vel renunciare poſſeſſioni, creditori, vel
alteri, non enitabat, quando teneretur ſatisfacere,
ſeu ſoluere totum debitum, pro qua ſumma erat fa
cta executio, & adimplementum in perſona, vel in
bonis, vel modo prædicto, ſed a futuris tantùm li-
37 berabatur†, idem ſi refutatio fiebat poſt interpoſi
tionem primi decreti.

Sed ante capturam in magna regia curia, & ante
carcerationem in regia curia præturæ, item ante ca
ptionem pignorum miſſionem, ſeu primum decre-
tum refutando tenebatur tantùm ad cenſus, quan-
diu fuit in detentione tantùm non ad totam ſum-
mam.

Et modo prædicto reſtringe poſita, tam in con-
cluſione principali, quàm in limitatione, & etiam
in ſublimitationibus per Nicolaũ Intriglolo in ſuis
quæſtionibus bulla. quæſtione. 42. & cognoſces ex
prædictis, in quibus ipſe non bene dicat.

Sed hodie per aliam regiam pragmaticam ſere-
niſſimi domini, & Regis noſtri, Philippi circa hoc
38 editam diſponitur, quòd† quando tertius conue-
nitur, pro cauſa cenſuum iuxta formam bullæ, ſi ip-
ſe vult renunciare detentioni, vel poſſeſſioni, & ſe
relaxare à detentione, liberatur, nedum à futuris,
ſed etiam à præteritis, ſi ſoluit id, quod debet prin-
cipali actori, ſi eſt debitor, quia non ſoluerit pen-
ſionem, vel non totam, ſed ſi ſoluerit totum, & non
eſt debitor, ad nihilum tenetur, nec poteſt cogi etiã
ſi ſteciſſet de præterito ante moleſtiam in detentio
ne per plures annos, dummodo tempore, quo con-
uenitur dimittat detentionem, & non perſiſtat in
39 poſſeſſione† ſed ſi perſiſtit in detentatione non di-
mittendo prædium cum effectu, tenetur in totum,
quod declara primum proximum caſum per Pe-
trum de Gregorio ſupra non procedere pro eo, ꝙ
anticipatim ſoluit, & dies ſolutionis non venerunt,
quia tunc procedit doct. Petri de Gregorio in pro-
ximo loco ſupra allegato.

Et hoc modo poſt dictam nouam pragmaticam
in tribunalibus obſeruaui, & obſeruari vidi, & Sic
detentore dimittere volente eo caſu datur ei termi
nus à Iudice ad migrandum, & interim ſuperſedi-
tur in coactione.

Sed difficultas oriri ſolet, quando licitum eſt iſti
40 detentori dimittere† ante cauſatam executionem,
vel poſt ante capturã perſonæ, & bonorum modo,
quo dixi ſupra, vel poſt capturam perſonæ, vel bo-
norum, poſtquã eſt executio adimpleta, & ſic poſt
cęptum iudicium executiuum, & uidebatur dicen-
dum, quòd poſſit quãdocunque poſtquam in prag
matica noua non præfigitur terminus, & beneficia
amplianda not. in c. decet de reg. iur. in 6. maximè
quia agitur de corrigenda odioſa diſpoſitione,
quod tertius conueniatur actione perſonali, & ſic
contra diſpoſitionem iuris communis iuxta tradita
41 per doct. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.† ſed contra
rium obſeruatur modo prædicto, & etiam non po-
teſt eſſe obſeruantiæ antiquæ, & præſentis, quod
poſt factum adimplementum non poſſit vti benefi-
cio relaxationis abſque moleſtia de præteritis præ-
ſtationibus, & inter uſurijs, quia poſt cęptam exe-
cutionem maximè cum adimplemento non datur
42 hoc beneficium, ſicut† dicitur de reſtitutione in in
tegrum; quod non impedit executionem ſententię,
quando executio eſt cępta ante petitam reſtitutio
nem in integrum. Ceph. conſi. 263. nume. 38. in 2.
Odo. Sfortia. de reſt. in integ. prima parte quæſt. 43
articulo primo num. 49. melius Rober. Marant. de
reſt. in integ. num. 116. verſic. 6. limito. Franciſcus
de Caldar. in l. ſi curator habens num. 23.

Stantibus prædictis pacto, & noua pragmatica
fuit in fauorem iſtius de ſpeciali reſolutum ob mo
leſtias paſſas, & quas in dies patiebatur, per credi-
tores agentes pro cenſibus decurſis, pro debitis
iuxta formam bullę, quòd potuiſſet dimittere, & ſe
relaxare à prædicto affictu, & gabella, & ſic à detẽ
tione rei ſeu feudi, & ob id magna regia Curia pro
nunciauit ſtandum cedulis ipſius de ſpeciali men-
ſe auguſto iiij Indi. 1591.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius, qui non detinet, neque poſſidet veniens aduer-ſus executionem contractus cenſus iuxta formam bullæ, an impediat executionem ſe opponendo.*
2 *Tertius Impedit executionem opponens ſe domino.*
3 *Si ſummarie docet de iure ſuo.*
4 *Priuilegium bullæ non ſe extendit ad tertios non poſſidentes.*
5 *Spolium, licet ſit priuilegiatum, non intelligitur quoad tertium.*
6 *Executio rei iudicatæ aqui paratur executioni contractus iuxta formam bullæ diſpoſitum in vna diſpoſitum in alia videtur. num. 34. 53. 54.*
7 *Nullitas, quæ aduerſus tres ſententias conformes non admittitur, non intelligitur contra tertium. nu. 55.*
8 *Appellatione remota, vbi eſt commiſſa, nõ Intelligitur quoad tertium. nu. 16. 53. 55.*
9 *Tertio non præſumitur uoluiſſe præiudicare nu. 9. quomodo num. 36.*
10 *Exceptio promptuaria admittitur.*
11 *Exceptio, quæ non allegatur per calumniam, admittitur quando poteſt incontinenti probari.*
11 *Si tales exceptiones reijceret, contineret pragmatica iniquitatem.*
12 *Beneficium inuentarij heredi prodeſt aduerſus executionem contractus, iuxta formam bullæ. num. 33. quomodo. num. 57. contrarium. 79. 80. 81, 82. 83. 84, 85 86. 73. 74. 75. 70. 77. quomodo nu. 78, 88. 89. 90. 91 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103 104.*
13 *Exceptio lapſus decẽnij admittitur etiam aduerſus executionem contractus iuxta formam bullæ. nu. 32. 58. 104. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.*
14 *Pragmatica non dicit, quod non debeat tertios audiri contrarium num. 17. 18. 19. 20. 21. 22.*
15 *Tertius non admittitur ad impediendum executionem niſi eius interſit.*
16 *Statutum tollens exceptiones non comprehendit tertium.*
23 *Verba præcedentia declarant ſequentia.*
24 *Pars una ſcripturæ declarat aliam.*
19 *Verbum quomodo libet, quid Importet. nu. 25. 26. 27. 38.*
26 *Præfatio declarat intentionem legis.*
28 *Principalis admittitur in notorijs exceptionibus, quia non dicitur ſe defendere in notorijs.*
29 *Exceptio ſolutionis tantum notoria admittitur, ergo omnes*

omnes aliæ notoria excluduntur.num.30.31.56.
35 *Tertius ſi non excludetur, in ludibrio pragmatica eſſet maximè, quia contra tertiũ dat executionẽ.n.45.46.*
37 *Statuenum non tollit exceptiones, ſed differt.*
39 *Verbagem inata, quid importent. nume.40.41.42.43.44.*
43 *Verba omnia debent aliquid operari ſecundum eorum naturam in fauorem eius, cuius gratia proferuntur.*
46 *Verba pregnantia, & generalia quid importent. num. 47.48.49.*
46 *Mater an excludatur ab hæreditate filij per ſubſtitutũ pupillariter.*
48 *Stipulatio pro forma requirit verba ſpecifica idem in verbis prægnantibus, & geminatis.num.49.*
50 *In correctorus licita eſt extenſio de caſu expreſſo ad tacitum.*
51 *Pactum non extenditur vltra perſonas paciſcentium, niſi aliter appareret ex præſumpta voluntate.*
52 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet.*
59 *Si lex, ſiue ſtatutum ſit dans modum eo non ſeruato, nõ poteſt eorum beneficio vti.num.60.61.62.*
63 *Pragmatica dat modum exequendi.*
64 *Contra tertium datur per pragmaticam executio, ſi contra eum agitur.num.71.& quomodo.num. 72.*
65 *Adiudicatio non poteſt fieri de bonis tertij, eo non citato, & opponente, impeditur.num. 67. ſi de intereſſe, ſcilicet de dominio, vel poſſeſſione docet ſummatim. num.66.*
68 *Tertii bona non poſſunt adiudicari, quia ſecundum decretum erit iniuſtum data Ignorantia.*
69 *Sed tertio comparente, & proteſtante erit nullum decretum.*
70 *Amplia etiam, ſi res illa eſſet obligata & etiã tertius.*
91 *Statutum eſt ſtricti Iuris, & non debet extendi.*
92 *Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur.*
93 *Statutum non extenditur de perſona ad perſonam.*
94 *Exceptiones differentur per pragmaticam, non tolluntur in totum.*
95 *Exceptiones notoriæ, & euidẽtes, quæ conſtãt ex inſpectione actorum, admittuntur.*
96 *Inuentarium probat in fauorem hæredis contra omnes.*
100 *Vna determinatio plura reſpiciens determinabilia deberet pari formiter determinare. Intellige, pro vt in num.10.3.*
105 *Statutum nouum debet interpretari ſecundum antiquũ maximè quando ab antiquo eſt correctum num. 106.*
107 *Statutum potius ab alio ſtatuto quàm a iure communi recipit interpretationem.*
116 *Tertius contra quem non eſt cauſata executio poteſt ſe opponere, & impedire executionem, ſi docet de dominio, vel poſſeſſione.num. 117.118.ratio, quare procedat.num.119.120.121.122. ſecus ſi docet tantum de hypotheca num.128. 129. 130. 131. 132. 133. 134.limita.135.136.137.138.139.*
119 *Intereſt tertii, ut cum eo agatur quia alias ius ſuum efficeretur deterius, quia deberet venire iure offerendi. num.120. num.124.125.*
121 *Ius offerendi non datur, quando res liberatur tertio. num.122.*
123 *Ius offerendi infra quod tempus datur.*
127 *Stante ſtatuto, quòd tertius non poſſit ſe opponere, non habet locum, quando poteſt executio afferre damnum irreparabile.*

DECISIO XII.

Fuit etiam in tribunali magnæ regiæ Curiæ agitata cauſa uertens inter Antoniam olim de Amore, modò vero de Guarraſi agẽtem, & executionem cauſantẽ ex vna, contra Matthæum de Brandis tanquam prætenſum detẽtorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, pro cauſa debiti cenſus iuxta formam bullæ uirtute contractus venditionis cenſus iuxta formam bullæ, ubi iſte de Brandis ſe oppoſuit, quòd vinea, quam detinebat ſuper qua erat interpoſitum primum decretum ſeu facta miſſio, non erat ſua, ſed alterius nominando authorem, & quod nec poſſidebat eam vineã, imò illa tertia nominata, uti domina, quæ etiam in hoc iudicio opponebat ſe, de dominio, & poſſeſſione, tanquam domina pro ſuo intereſſe fuit dubitatum, an aduerſus hanc executionem iſta tertia, licèt domina vineę audiri potuiſſet opponendo ſe de dominio. & poſſeſſióne aduerſus executionem hanc cauſatam uigore contractus uenditionis cẽſus iuxta formam bullæ ſtante regia pragmatica, quæ dat executionem, nedum contra principales, ſed etiam contra tertios poſſeſſores rei ſpecialiter ſubiugatę, non admittendo exceptiones niſi realis ſolutionis.

Et quia iſta quæſtio ſtantibus verbis pragmaticæ non videtur tranſire ſine difficultate & alias per antiquos noſtros doctores fuit latè diſputata. Ideo primò eorum dicta tranſcribam, & deinde ſubijciam meas conſiderationes, & ponderationes, primo inquam Ioãnes Philippus de Paternione aduocatus vnius partis fuit opinionis, quod tertius ſe opponẽs de dominio, & poſſeſſione admitteretur ſub infra ſcriptis fundamentis.

1 Alias dixi, & iterum dico †, quòd tertius non poſſidens, non detinens bona ſpecialiter ſubiugata poteſt venire ad ſe opponendum pro intereſſe ſuo aduerſus executionem cauſatam vigore contractus ſecundum formam bullæ contra creditores ad impediendum executionem ſecundum Innocentium in ca. venerabilis, de teſtibus, refert, & ſequitur Bar. in leg. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus, & ibi alij poſt eum. ff. de re iud. & ponit etiam Guido Papa deciſ. delfinat. 37. circa finem verſic. ſed an tertius, vbi concludit ex prædictis per Bar. & alios in le. ſi quis. C. locati. & per Henricum Boich. in cap. veniſſet in vltima diſtinctione in fin. de te-
2 ſtam. † quod tertius poteſt venire opponendo de dominio, vt impediatur executio rei iudicatæ, & ſic loquitur de executione cauſata vigore rei iud.
3 ſuper † ſpolio, quod quatenus ſit priuilegiatum dominationes veſtræ optimè ſciunt, pro quo facit, quod not. Bar. in leg. 1. ff. depoſit. & in hoc nemo diſcrepat,

pat, dummodo de iure ſuo tertius doceat ſumma-
riè, pro ut dicunt doct. in præallegatis locis: per ꝗ
documentum de intereſſe tertij tollitur ea calum-
nioſa obiectio facta per parte aduerſam: dum dixit
quòd quilibet contra quem cauſaretur executio ta
lis data opera, & in fraudem procuraret ſibi talem
tertium, qui perinde veniret, & impediret dictam
executionem, & ſic eſſet in fraudem bullæ, quod
ſolùm non ſufficit, ſed requiritur etiam, vt dixi, ꝗ
talis tertius ſaltem ſummarie doceat de iore ſuo
quo probato ceſſat allegata fraus, & ſi dicta ratio
partis aduerſæ militaret, pro vt non militat, ſeque-
4 retur vnum inconueniens de iure †, quòd nun-
quam tertius audiendus eſſet docens de iure ſuo
ad impediendam executionem, cùm militarent ea
dem allegata, nec refert in aliquo priuilegium
bullæ, & pragmaticæ, quia illud non ſe extendit cõ
tra tertios non poſſidentes, de quibus nullum ver-
5 bum in pragmatica, quo caſu remanet in † diſpoſi-
tione iuris communis. leg. commodis. ff. de liber, &
poſth. & idem uidemus in ſpolio, prout dixi, & li-
cèt ſit priuilegiatum, non tamen reſpectu tertij per
ſupra allegata, & hoc non conuenit quantum ad il-
lum articulum, ſi tertius veniens pro ſuo intereſſe
contra cauſatam executionem vigore contractus
iuxta formã bullæ, quod debeat audiui quia pôt, &
ita ſentiũt patres noſtri plerique, ſup regia pragma
tica, & hoc ét fortificatur ſentẽtia lata in magna re
gia Curia, vltra duas alias ſententias latas in pri-
mo, & ſecundo iudicio huius ciuitatis Cathanæ in-
ter eaſdem perſonas in eadem petitione debiti ꝑ
ut per ſcripturas apparet.

Ioannes Philippus de Paternione.

Et opinionem hanc eandem tenendo Henricus
6 de Medicis infraſcripto modo firmat, † tertius audi
ri debet: quia executio ſententiæ rei iudicatæ adæ-
quatur executioni contractus cenſus ſecũdum bul
lam: & è conuerſo in ipſa bulla habetur, ſequitur,
quòd diſpoſitum in executione vna debet in alia
vendicare locum. le. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff.
7 de re iud. & ſi prohibita ſit † nullitas aduerſus tres
ſententias, Clem. prima de re iod. non prohibetur
contra tertium taliter, vt tertius poſſet nullitatem
allegare. Glo, in dicta Clem, prima ſuper verbo cõ-
tra ſe, & ibidem Imol. col. 4. & Imola. in leg. quæſi-
tum col. 1, ff. à quib. appell. non licet. Alex. in dicto
§. ſi ſuper rebus, vbi dicit eſſe magis communem.
& doct. in Clem. prima, & Iaſ. in leg. ſi vnus. §. ante
omnia. ff. de pact, & in le. certi condictio. §. quoniã
ff. ſi certum petat, Bar. in leg. 1. §. interdum. ff. à qui
bus appell. non licet.

8 Sicut in ſimili † remota appellatione commiſſa
cã non tertium, ſed ligatorem expellit. c. ſuper eo
de officio deleg. in prædictis locis docto, loquun-
9 tur pariter † de ſtatuto videtur, vt tertium non ap-
præhendat, eſt doctrina Imolæ in leg. fin. x. colu. ff.
qui, & à quibus appell. non licet: quia non eſt conſi
derabile ſtatuentes voluiſſe præiudicare tertio. le.
nec auus. C. de emancip. liber. leg. cum filius fami-
10 milias. ff. de teſtam. † fortius, quia non tertius tan-
tùm, ſed etiam principalis obligatus aduerſus exe
cutionem bullæ audiri poteſt, quando exceptiones
promptuarias allegat not. Abb. in cap. ſuſcitata 3.
11 col. de in integ. reſtit. quia ſtatutum, † ſeu prag. nõ
reijceret exceptiones legitimas propter calum-
niam, qoæ non præſumitur in volente ſtatim proba
re. Alex. in leg. planè in add. ad rubeicam. ff. de pet.
hæred. talibus enim licèt excipere, ſioe defendere
& Dominus Antonius lancea hoc magis ſuper bul-
la euidenter dicit obſeruari, tales ſi reijceret exce-
ptiones pragmatica, iniquitatem ſaperet; quod nõ
eſt ferendum c. veritatis de iur. Iur. nam non debet
eſſe Alex. conſi. 36. in quarta parte.

12 Ad corroborandum prædicta hæres † cum beoe
ficio legis, & Inuentarij virtute contractus bullæ
non cogitur de perſona, nec in proprijs bonis: ſer-
uamus in dies. gloſſ. & Bar. in leg. fina. §. in compu-
tatione. C. de iure deliber. & ibi Iaſ. dicit eſſe cum
Bar. commonem opinionem, & ita ſeruat magna
Curia; & inſeriores: vt etiam dicit Dominus Anto-
nius lancea ibidem in verbo hæredum.

13 Item quando † vigore contractus bullæ cauſare-
tur executio poſt decennium licèt in bulla ſint ex-
ceptiones præſcriptionis ſublatæ, principalis obli-
gatus, & tertius poteſt audiri ad reſciſſionem exe-
cutionis, quia contra formam ritus, ita ſeruatur, &
bulla recipit hãc limitationem, & exceptionem ex
alio ſtatuto multò magis ab ipſa lege, & fortius eſt
arg. à minori ad maius, quàm à ſimili ad ſimile: &
ita Iaſo. in leg. de quibus in octaua col. paulo ante
finem. ff. de leg.

14 Non obſtat † friuola reſponſio, præfata procede-
re de iure communi: ſecus in bulla, vbi dicitur non
aodiri tertium, quod quamuis durum, ſeruandum
ſit leg. proſpexit. ff. qui, & à quibus, quoniam nega-
tur, quod dicat bæc bulla, licèt habeat aliqua verba
prægnantia, non tamen diriguntur ad perſonas, ut
ex ſtatuto bene perpenſo poteſt cognoſci, cũ enim
dicat expreſſe, non debet ſub audiri, aut interpre-
tatio poni, quia eſſet contra præfata iura omnia.

15 Similiter non obſtat † quòd vnusquisque poterit
ſibi procurare tertium, vt executionem impediat,
& ideo contractus bullæ eſſet illuſorius, quandoqui
dem non alium tertium ius admitteat, niſi eũ, cuius
intereſt; leg. ille à quo §. de teſtamento, ff. ad Tre-
bell. la 2. ff. de appel. recipien. & de iure negandum
non eſt quod de iure detur tertius, qui comparet
non ad vtilitatem propriam ſed alterius poſſit ad-
mittitur dicunt doctores in leg. 2. C. de neg. geſt. li-
cèt Angel. dicat ibidem eſſe caſum veritatis. Alex.
in dicto §. ſi ſuper rebus in duodecima columna.

Henricus de Medicis.

In contrariam partem in eadem cauſa patroci-
naodo firmauit Fidericus campixano ſub infraſcri
ptis verbis, & rationibus, nonquid bulla, ſeu regia
pragmatica excludat tertium comparentem pro
16 ſuo intereſſe videtur, quòd non, † quia ſtatutum tol
lens exceptiones adoerſus ioſtrumentum oon com
prehendit tertium; ita in ſpecie Ioan. de Imol. in
Clem. prima col. 4. de iud. per id quod ſeotit gloſſ.
in Clem. prima verſicu. quas Alex. conſil. 83. in 3.
volumine. Iaſ. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.
not. 16.

17 Sed tamen † contrarium eſt in bulla, quia appa-
ret, quòd regia pragmatica excludit tertium per
multa verba: primo qui a excludit fiſcum compa-
rantem, & tamen conſtat, quod venit vt tertius, nã
omnis ille, qui comparet, & ex aduerſo opponit di-

citur

18 citur tertius † patet : quia duæ ſunt iudicij perſo-
næ principales, ſcilicet actor, & reus, ergo alius cō-
parens ex aduerſo fit, & dicitur tertius. Secundo
19 † propter illa verba, quomodo libet, & cuius vis ex
ceptionis obiectu, & ibi quantum uis exceptio, tā-
tùm in alia iudicij inſtantia, eſt reſeruata, nam qui
totum dicit, nihil excludit. leg. Iulianus. ff. de leg. 3.
& iſta ſunt verba vniuerſalia geminata, & prægnā-
tia: quæ plus operantur, quàm ſimplicia. leg. Bali-
ſta, & ibi doct. ff. ad Trebell. & maximè per illud
verbum, quomodo libet, quod denotat ſiue abſolu-
tè, ſiue conditionaliter, ſiue directe, ſiue indirectè
20 rationem impedimenti †, quomodo libet verbum
eſt vniuerſale, diſtributiuum per omnem modum,
per omnem numerum, per omnem caſum, in quò
cogitari poſſet, ſecundum Deci. conſil. 37. in prin-
cipio, in primo volumine, & includit pſonas, quas
aliàs non includeret ſecundum. Alex. conſil. 207.
volu. 7.
21 Non obſtat, † ſi dicatur, quòd eſt reſpectu illo-
rum, inter quæ re ſeruantur, & ſic reſpectu exce-
ptionum, & conſilium. Alex. procedat, quando pro
fertur inter perſonas: quod non eſt hic, quoniam
hæc obiectio tollitur iniunctis illis verbis infra po-
ſitis ad alicuius inſtantiam: quæ dicto alicuius, eſt
22 † nota perſonarum, quæ verba rectè coniungi poſ
ſunt, imò veniunt confirmatiuè ad præcedentia,
23 † & declarant ſequentia. leg. ſi ſeruus plurium. §.
24 fin. de leg. 1. & † vna pars ſcripturæ declarat aliam.
l. qui filiabus. in principio. ff. de leg. 1. optimè facit
tex. in le. nihil in hac parte. ff. de coniug. cum emā
cip. liber. itaque iunctis illis verbis, quæ quomodo
libet impediri, aut differri ad alicuius inſtantiam,
25 & ſic dictio quomodo libet, profertur † inter exce-
ptiones, & inter perſonas, & ſic videtur regia prag
matica excludere quaſcunq; exceptiones, & quaſ
cunque perſonas volentes impedire dictam execu
tionem, quia perſona: cùm alias eſſet excluſa, & ſic
tertius videtur excluſus, & maxime iunctis illis
verbis infra poſitis, ſcilicet exceptionibus, q̄ dire
cte, vel indirectè impedimento eſſe poſſunt; & in-
directè impediret, tertius ergo, videtur, excluſus,
& iunctis illis verbis, quibus non obſtantibus, exe-
cutiones ipſę ſuum ſortiantur debitum effectum
cauillari igitur non poteſt quin tertius non admit-
tatur in bulla. etiam aduertēdum, quòd regia prag
26 matica ſuper præfatione † ita dicit, circa execu-
tiones aduerſus quomodo libet opponendas certū
eſt, & determinatum modum &c. ex quibus verbis
colligitur, quòd intentio principis legem conden-
tis fuit ſimpliciter prouidere aduerſus exceptio-
nes proponendas quomodo libet aduerſus bullæ
contractum, nam præfatio declarat intentionem le
gis le. fin. ff. de hæred. inſtit. ergo generaliter loquē-
do per illam generalem dictionem, quomodo libet
27 † reſtricta ad certam perſonam videtur voluiſſe ex
cludere exceptionem quomodo libet opponendā
à quacunque perſona, etiam à tertio comparente
ergo reſeruata cognitione in alia iudicij inſtantia,
& inſtituit prag. non obſtantibus adductis ex ad-
uerſo debet procedere executio, vt quouis modo
non impediretur, aliàs nunquam executiones bul-
læ ſortirentur effectum, quia ſemper inueniretur
tertius, ideo excludi debet, cùm poſſit ei cautum eſ
ſe per cautionem de reſtituendo in caſu ſuccum-
bentiæ ut per Socc. conſi. 106. in 4. volumine, cùm
hic proceſſerit executio contra conuentum reſpe-
ctu rei à ſe poſſeſſæ, & non ab ipſo tertio.

Fidericus Campixano.

Licèt mag. aduocatus partis aduerſæ aſſerat nō
fore reſponſum adductis, & ſubtiliter allegans: ta-
men non aduertit, quòd omnia confundantur, ſtan
tibus allegatis ex parte noſtra ita, vt alia non indi-
geant reſponſione, & licèt aſſerat, quòd pragmati-
ca tertium non excludat, in hoc vlterius non eſt in
28 ſiſtendum, imò † quòd eſt fortius ſecundum eum
quandoque principalis in notorijs exceptionibus
auditur: cùm in notorijs non dicatur quis ſe defen
dere, per Alex. in leg. planè. ff. de pet. hæred. quod
eſt verum, ſed non in caſu noſtro cùm pragmatica
tantùm admittat exceptiones ſolutionis, de qua cō
ſtiterit per authentica documenta, & per alias ſcri
29 pturas, plenam fidem facientes † ita ut debeat eſſe
iſta exceptio notoria in iure: excluduntur ergo om
nes aliæ exceptiones mundi, quamuis ſint notoriæ
quia exceptio debet eſſe de regula, ut not. in leg. 1
ff. de reg. iur. & in rub. de reg. Iur. in 6. & Bar. in leg.
ſicuti. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio, & firmat
regulam in caſibus non exceptis. leg. nam quid li-
quide. §. fin. ff. de penu. lega. & ſic regula erit, quòd
omnes exceptiones; etiam notoriæ intelligantur
excluſæ præter exceptionem ſolutionis, nam vt di-
cit Bal. in leg. 1. §. ſed nec excipitur in fine. ff. de ſer
30 uit. quod vbi ſtatutu m † procedit admittendo quaſ
dam exceptiones, quod nullæ aliæ exceptiones in-
uentæ à iure admittūtur: ſed ſtabimus preciſſe ſtatu
to, quia exceptio in quibuſdam videtur firmare re-
gulam in cæteris, ſic etiam dicit idem Bal. in le. ita
31 nobis cordi pudor. C. ad l. Iulian. de adulter. † q; ſi
ſtatutum mandat exequi inſtrumentum, nulla exce
ptione obſtante, niſi ſolutionis: tunc nullæ alię exce
ptiones poterunt opponi, quia exceptio firmat re
gulam in caſibus non exceptis, & quia exceptio eſt
de exceptione ſolutionis in iure notoria; regula er-
go erit etiam de notorijs, quia exceptio debet lò-
qui in terminis regulæ, nā excipitur de regula, a-
liàs non eſſet exceptio, omnes igitur aliæ exceptio
nes intelliguntur excluſæ.

Non eſt ergo verum in pragmatica: quia aliæ ex
ceptiones notoriæ admittantur, & ſic principalis
in omnibus exceptionibus, etiam notorijs, non au-
32 diretur, & auditur in exceptione † ſcilicet illa quę
eſt, quod eſt lapſum decennium & non poteſt pro-
33 cedi uia executiuà, hoc † procedit per aliud ſtatu-
tum: quia ita diſponit in executiuis, & non eſt no-
uum, quòd ita pragmatica intelligatur. l. non eſt no
uum, cum leg. ſeq. ff. de leg. nec per hoc ſequitur, er
go tertius debet audiri, & ſi auditur hæres cum
beneficio inuentarii, procedit, quando conuenitur
vt hæres, ni mirum, quia ſi ſicut hæres, ergo debet
habere beneficium inuentari, quod habet hæres,
ſed ſi conuenietur uti bonorum poſſeſſor, vel deten
tor, eſt aliud, quia tunc non habebit tale beneficiū
& quicquid eſſet, non tamē per hoc ſequitur, ergo
34 tertius debet audiri, † Non obſtat æquiparatio, quæ
fit de re iudicata, quod aduerſus rem iudicatam
admittuntur exceptiones, & tertius auditur, quo-
niam replicatur, quòd iſta æquiparatio non fuit
ſimpli-

ſimpliciter in omnibus, & per omnia iuxta leg. 1.
ff.de leg. 1. ſed quid quoad principium executio-
nis, & exinde longè plus contractus ſecundum for
mam bullæ priuilegiat. & expreſſe & multis uerbis
excluditur tertius, vt ſæpe, & ſæpius fuit allegatũ
nihil ergo remanet ex aduerſo quod reſponſione
indigeat.

Idem Fidericus Campixano.

Et cum prædicto de campixano concurrendo
pro iſta ſecunda opinione patrocinando ſub infra-
ſcriptis verbis eam defendit Antonius de Cultellis
dum ait: pragmatica ſuper bulla tertium excludit
licèt multi doctores contrarium tenuerunt: atta
35 men plurieſ†, & communiter fuit terminatum, ꝙ
tertius excluditur, quoniam ſi ſecus eſſet, quod exe
cutio cauſata virtute contractus bullæ non exclu-
deret tertiũ, ludibrio fuiſſet emanata, quoniã ſem
per daretur tertius opponens, à quo poſſeſſor, vel
ſui prædeceſſores cauſam habuiſſent adeo quòd eſ
ſet diſputare, ſi ſol lucet, aut luna ſit frigida: atten-
to quòd admiſſio tertio, non daretur tutus, & quie
tus viuendi modus in regno propter frequentiam
contractus, ex quo taliter executiones protrahe-
rentur, quod nullus creditor cenſualia conſequi
poſſet, nec per pragmaticam iura tertii excludun-
tur, ſed differuntur, & reſeruantur in meritis, & ꝙ
differtur, non aufertur, in meritis enim ius ſeruatur
commune taliter, vt ex ſola protractione iurium
tertii, qui excluditur, ceſſet iniquitatis uinculum;
circa præſentem articulum ſtat vis, an verba bullæ
ſeu pragmaticæ ſanctionis priuilegiãtis executio-
nem ſentiat, vel importet excluſionem tertii, pro
cuius puncti reſolutione elicitur multiplex reſpon
ſio ad media ex aduerſo adducta, & cumulata, per
doct. in leg. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cum ſi-
36 milib. in hoc eſt tenendum, quod † potentia prag-
maticæ ex pluribus geminatis uerbis, & prægnan-
tibus in ea contentis excludit tertium impedien-
tem, ſed dicta doct. procedunt, & uendicant ſibi
locum in caſibus, in quibus ſtatuta ſimpliciter lo-
quuntur, & non prægnanter aut ex generalitate;
aut geminantia verborum tertium excludant, pro
ut pragmatica ex verbis ipſius tertium reluctat ex
uerbis pręgnantibus, & geminatis in ea contentis
vnde nemo eſt, qui neſciat, quod in caſu quo ſtatu-
tum ſimpliciter loquitur non appræhendat ter-
tium, ſecus in prag. ſuper bulla quandoquidem an-
te effectiuam ſolutionem tertius non auditur.

Et primo demonſtratur ex verbis ipſius bullæ,
dicit: quòd ipſius vigore cauſatæ executiones non
poſſunt cuiuſuis exceptionis obiectu impediri, quo
modo libet, nec differri, imò ſequitur in uicem pro
uiſionis iudicialis, ergo quando inſtabitur, nõ audi
tur opponens ſupplıčões aut recurrẽs cognitionẽ
ipſius obiectu ſolutionis, & quarumnis exceptionũ
37 in alia iudicij inſtantia reſeruata, † & ſic ſtatutum
non tollit, ſed differt, & exinde tales penſiones cen
ſualium, nec apud debitorem, nec penes curiam,
ad cuiuſuis inſtantiam comparãtur, & quod fortius
quandocunque ſuper ſedimenta guidatica, & lon-
gamenta moratoria, & priuilegiata etiam ab impe
riali culmine proprio motu emanata, pro quibuſ-
cunque cauſis quomod libet, commodum curiæ &
regni noſtri concernentes, ad alicuius inſtantiam
&c. quibus directè, vel indirecte impedimento eſ-
ſe poſſet, minimè impediri, vel differri, aut retarda
ri poſſit, ex eis non obſtantibus executiones ipſæ
ſuum debitum ſortiantur effectum, ut latius in ipſa
pragmatica, quæ verba ſunt prægnantia, ſcilicet
cuiuſuis, quantumuis, & quomodo libet, quorum
38 virtute omnino per pragmaticam excluditur† per
ſona, quę aliàs ab ipſa pragmatica, ſi talia verba de
eſſent, non excluditur, faciunt nota. per doct. in le.
in hoc articulo. ff. de hæred. inſtit. & in leg. Baliſta
cum gloſ. ff. ad trebell. Canoniſt. in cap. ſi aduerſa-
rius, de eo qui admit. in poſſ. Felyn. in ca. 1. de iud.
plura ult. loco cumulat. Deci. in conſi. 37 in 1. col.
39 dum dicit vnum notabile verbum, quod† dictio ge
minata, & prægnans eſt talis naturæ, vt appræhen-
dat omnem caſum, qui excogitari poſſet. cum ergo
bulla non per vnicum, ſed per plura verba geminã
tia, & prægnantia ſuperius deducta uelit, nec im-
pediri, nec differri executionẽ cauſatam, ſequitur
ꝙ includit actũ impedimenti deducti per tertium.

40 Pręterea verba geminata† maiorem de iure uim
& efficaciam habent, quàm verba ſimplicia in l. cũ
ſimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Roma. in le. ſi
uero. §. de uiro. ff. ſolut. matrim. & per alios, quos
refert Deci. in conſi. 31. col. 2. adde quòd firmat
Alex. conſi. 95. in 2. col. ſecundum ordinem meum
uolumine quinto. incipiente requiſitus ſuper diſpẽ
ſatione, ubi firmat, quod geminatum appræhendit
hæredem, qui aliàs in actu non excluderetur, ſi
geminatio deficeret.

Vnde ſequitur, quòd horum uerborum uirtutẽ
pragmatica, nedum non admittit imò excludit ter
tium ante ſolutionem uolentem impedire executio
nem ipſius bullæ cauſatæ.

41 Non obſtat, † ſi dicatur, quod geminantia, & præ
gnantia uerba reſpiciunt executiones, & non perſo
nas, ex quo replicatur, quod iam exceptiones à per
ſonis proponuntur.

Et ſi dicatur quod obſeruant uerba exceptio-
nes proponendas per perſonas nominatas in bullã
& non proponendas per tertium nominatum uer-
bis ita ſonantibus, ſequeref, quod geminata & præ
gnantia uerba non augerent, imò reſtringerent
ſed quod pragmatica ꝓcederet in exceptionibus
proponendis per perſonas particulariter nomina-
42 tas tantùm, quod non eſt dicendum† ex quo uerba
geminata debẽt ampliare effectum, ut aliquid ope
rentur, ſecundum Bal. in l. fructus. C. de actio. emp.
Gl. in c. requiſiti in verbo dicente de teſt. & ea quæ
à l. inducta, ut augeãt, & amplient, non poſſunt ope
rari diminutionem, ac reſtrictionem l. legata inuti
liter, cũ ibi not. ff. de le. 1. & a proprio ſignificatu &
potentia uerborum non eſt recedendum. le. ſi mihi
merita. §. his uerbis & l. non aliter. ff. de leg. 3.

Vt ergo iſta geminantia, & prægnantia operen-
tur in propria potentia, & ſignificatione, ſcilicet ut
augeant ex eis, pragmatica excludit omnes exce-
ptiones à quocunque proponẽdas, aliàs eſſent iſta
verba ſine effectu, & nihil operarenẽ, quod non eſt
43 dicendum, omne uerbum†, imò Syllaba debet ali-
quid operari ſecundum propriam naturã in fauorẽ
illius cuius gratia proferatur, ut dicit Bal. in rub. C.
de contrah. emp. in 4. quæſt. & ita loquendo de ge-
minatis, in ſpecie firmat Dec. conſ. 11. in 2. col. fa-
cit

cit Gloſ.in c.ſollicite.de maior.& obedien. præterea ex alio tollitur, quòd dicta verba geminata nō ſolùm reſpiciunt exceptiones, verùm etiam perſonas, ex quo illa verba appoſita in pragmatica ad alicuius inſtantiam,& ibi ad cuiuſuis inſtantiam,in dubitarē perſonas reſpiciunt.

44 Cùm ergo geminata †, & prægnantia verba in bulla ſint appoſita in fauorem creditoris, ne tardētur,ſeu differantur executionis effectus, non ſunt in ipſius creditoris odiū interpretāda iuxta l. qđ fa uore.C.de l.cum ſimil.qđ eſſet,ſi reſtringeretur ad exceptiones opponendas per perſonas ſpecialiter expreſſas.

Itē q̃ pragmatica voluerit,& ſenſerit executiones eius virtute factas priuilegiare ſpretis iurib.ter

45 tij ante effectiuā ſolutionē patet† quia mādat executiuè procedi abſque alio cōtra tertiū detentorē ſeu poſſeſſorē bonorū ſpecialiter ſubiugatorum,ut de perſona teneatur,qđ contra oīa intra mundi reſultaretur illa exceptio contra illū, qui non cogitauit nec perfecit ſicut ſi crimen læſa maieſtatis cōmiſiſſet ut not.in l. 1 1.C.ad l.Iulian.maieſtatis,ipſius tamen tertij cōtra actorē iura ſeruantur,& ſic uerbis ſpecificis,& ita ſumptis ipſa pragmatica pro effectu exeentionis aſtringit tertiū de pſona, quaſi nomina tū in cōtractu,ut nō obſtāte ſuo de pſenti in tereſſe ſoluat,nimirū ſi in fortoribus terminis pragmatica potuit,& voluit tertiū præſentē, qui non inquietatur ſed inquietari æſtimat excludi.

Et iā vt dictum eſt, ip ſe tertius excluditur,ut nō poſſit executionē impedire ex pregnantibus,& ge

46 neralibus verbis ipſius pragmaticæ, † q̃ prægnātia & generalia verba in ſpecie reſpectu excluſionis ſunt de iure ipſius potentiæ,& virtutis,ſicut ſpecialia & particularia verba,ergo neceſſario debent eſſe paris effectus,arg.l.de quibus. ff.de l. iuncto inſtit.quibus modis tollitur oblig.§.1. probatur à patre tabulis pupillaribus indubio de iure non cenſetur ipſa mater excluſa ab hæred itate filij.l.ſi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub cōd.lac.l.precibus,& ibi doct. C.de impub.& al. ſubſt. quoniam iure legitimo filio ſuccedit l.nā & ſi parentibus.ff.de in officio teſtamento, poteſt tamen pater faciendo filio tabulas pupillares uerbis ſpecificis excludere matrem l.papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſtamento,& not.in le.precibus.ita pariter excluditur ipſa mater ex prægnantia,& generalitate uerborū dum pater reciprocam facit ſubſtitutionē,uerba.n. reciproca ſpecialiter non faciunt matris excluſionē,ſed eorum uerborum in reciproca ſubſtitutione appoſitorū,pgnantia,& geminātia, ita cōmuniter cōcludūt do.in l.lucius.& le.1 1.ff.de vulg & pupi.

Inde ſequitur,quod eiuſdem potentiæ,& uirtu-

47 tis ſunt verba prægnantia,† & generalia, ſeu geminata,ſicut ſpecialia,& particularia, ergo ſunt paris effectus in ſpecie circa excluſionē,nā ſicut pragmatica potuit, ac voluit excludere tertiū detentorē verbis ſpecificis particularibus, ita ſonantibus: & pariter voluit,& potuit excludere tertiū ſe opponētē pro ſuo futuro intereſſe verbis ante dictis geminatis,& generalibus,pro ut indubitanter excludit.

Præterea clarum eſt de iure, quod ad eſſentiam

48 ſtipulationis† pro forma requiruntur uerba ſpecifice,q̃ præcedat interrogatio,& ſubſequatur reſpō-

ſio,l.1.ff.de uerborū oblig.& inſtit.eodē in principio,& tū ſi profertur tale uerbū,q̃ ſui natura eſt pgnans includit ſolennē ſtipulationē, ſicut ſi uerl is particularibus interrogatio,& reſponſio præceſſiſſet,& fuiſſet ſubſecuta,ut eſt uerbum promiſiſſe. p quod iuducitur,omnia ſolenniter acta fuiſſe in ſti-

49 pulatione requiſita,idem uerbū† fideiuſſiſſe, quod eſt æqualis naturæ.§.ſi ſcriptum inſtit.de inutil. ſtipul.l.ſciendum cùm ibi not.ff.de uerbo oblig. in tātum quòd ex his pariter ſequitur,q̃ uerba geminata,& pgnatia ſunt ſimilis effectus, ſicut ſi particularia,& quatenus abſque Scrupulo.nunc dicēdum eſt,quòd excluditur uerbis generalibus,& prægnātibus & geminatis in pragmatica ſcilicet cuiuius prætextus,quomodo libet,& alicuius ſimilis, tertius omnifariam excluditur,ſeu verius eius intētio differtur in alia inſtantia iudicij,vt prag.dicit.

50 Præterea in exorbitantibus,† & correctorijs licita eſt extēſio de caſu expreſſo ad caſum tacitū quoties tacitā naturā verbi includet expreſſum.l.ſenatus.ff.de ritu.nupt.l.filiū,quē habebat.ff. ad mace. cum pluribus ſimilibus cumulatis per Alex. in l.cēturio.ff.de vulg.& pupill.in tantùm,quòd in caſib. de quibus tractatur,attēto quòd dicta verba pragmaticæ geminata, & prægnantia, & generalia includāt expreſſum, ſequitur indubitanter, quòd ex ui,& potentia talium uerborum pragmatica potuit,& uoluit excludere tertium addo multū not. uerbum Angel in l.tale pactum.§.ſi.ff.de pact. quē refert,& ſequitur moder.in l.ſi vnus.§. ante omnia

51 ff.de pact.quòd quamuis† pactum non extendatur ultra perſonas paciſcentium per illam legem nihilominus limitatur,ſi ex præſumpta voluntate paci-

52 ſcentium appareat† contrarium arguendo de pacto ad ſtatutum quod validum eſt de iure,prout cōmuniter concludunt doctores in dicto.§. ante omnia: & quāuis ſtatutum ordinarie non appræhendat tertiū,pro vt re uera appræhendit, limitaretur mediis ante dictis,ſcilicet,quòd de præſumpta mēte ſtatuentiū,contrariū appareat, pro vt euidenter oſtenditur voluiſſe executiones eius virtute cauſatas quo quomodo impediri in tantū, q̃ tam ex uerbis generalibus prægnantibus, & geminatis ipſius prag.quàm ēt ex coniecturata mente conce dentiū patet,quod tertius ante ſolutionem non eſt in uiribus ſuis audiendus: quia ſolutione effectuata ad ſecuritatem fideiuſſoris ſuis allegationibus & mediis abunde,uti non prohibetur.

Non obſtat,quatenus dici poſſet, quòd ex uer-

53 bis pragmaticę,† cuius uirtute executio cauſata adæquatur executioni rei adiudicatæ,vt dictū in vna ad aliam extendatur.l.1.ff.de l.1.ad ſimile taliter, vt ſicut tertius impedit executionē rei iudicatæ in d.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud.ita executionem uirtute pragmaticæ, ſicut eſt prohibita nullitas aduerſus tres ſententias conformes Clem. 1.de re iud.& non eſt prohibita contra tertium vt tenet glo.in dicta Clem.Alex.in d.§.ſi ſuper rebus & quod commiſſa cauſa appellatione remota non excluditur tertius ſecundum Imol.in l.ſi.ff. qui, & à quibus:ſic & in bulla.

54 Ex quo facilè reſpondetur, † q̃ non reperitur in pragmatica ſup bulla verbū,qđ faciat iſtarū executionum æquiparationem per omnia, nam tunc

fortè procederet,quando in omnibus,& per omnia
executio contractus bullæ, & rei iudicatæ æquipa-
raretur,& quod virtus attribueretur alicui,ſeu alij,
& è contra,quod non reperitur in pragmatica: Sed
ſolummodò ponitur nota ſimilitudinis. in pluribus
differunt, ſicut in ſimili filius, & ſeruus æquipara-
tur,& tamē inter eos ſunt multæ diſtantiæ, vt aliun
de per Bar.in l.vndecima de vulg.& pupil.& quod
dicitur inter dictas duas executiones maxima di-
uerſitas patet, quia executio rei iudicata non pro-
cedit contra tertium,& tamen cōtractus bullæ exe
cutiuè procedit contra tertium detentorem, ſicut
contra principalem.

55 Præterea mero iure † nullitas poſt trinas ſenten-
tias, & clauſula appellatione remota tertius eis nō
obſtantibus admittitur, & ſi ſic dicatur eſſe in caſu
bullæ, replicatur, quòd hoc non procedit, ex quo
patet pragmaticam voluiſſe executiones eius virtu
te cauſatas omnifariam effectuari contra tertium
ex verbis ipſius, prout ſuperius clariſſimè conclu-
ſum eſt. non obſtat, quòd poteſt adduci de l. nec
auus de emancip.liber.cum ſimil.quod non eſt præ
ſumendum ſtatuentes voluiſſe excludere tertium.
quoniam quod poteſt eſſe, vt abeſſe non eſt proba-
re neceſſe. nec tertio graue præiudicium paratur,
attēto quòd præſtita fideiuſſione per creditorem
paratur ſibi inſtantia alterius iudicij.

56 Nec poteſt dici verum illud, † quod aſſeritur te-
nuiſſe dominum de Lancea.quòd notoriæ eceptio-
nes,& promptuariç admittuntur, ex quo pragma-
tica omnes reijcit, excepta ſolutionis exceptione
per publica documenta,& incluſio vnius eſt exclu-
ſio alterius.l.maritus.C.de procuratoribus.c.nōne
de præſumpt.& in hoc non inſiſto. quoniam in cu-
rijs contrarium obſeruatur.

57 Non obſtat † inquantum adducitur de hærede,
ſcilicet diſcreto in bonis proprijs, ex doctrina Bar.
in l.fin.§.in computatione.C.de iure delibe.ex quo
nulla poteſt vti exceptione hæres,ſi conuenitur, ut
poſſeſſor, & detentor: taliter vt ſit vana cognitio,
attento, quòd hæres virtute pragmaticę non con-
uenitur, tanquam hæres, ſed tanquam poſſeſſor
bonorum ſubiugatorum.

58 Nec obſtat, quòd † pragmatica excludit exce-
ptiones præſcriptionis,& tamen ritus operatur, vt
principalis poſt lapſum decennij cauſata executio-
ne excludat creditorem, & ſic quod vnum ſtatutū
limitat aliud, ex quo ſi pragmatica conſideratur,
ſentit creditorem nō excludi remedio pręſcriptio-
nis à cenſualibus in tantùm,quòd non obſtante la-
pſu centum annorum,non cancellato cōtractu,cre-
ditor poteſt experiri. ſi forma tamen ab alio ſtatu-
to concedente contra formam iuris modum execu
tiuè procedendi à decennio infra obſeruatur. iam
executio non excluditur, ſed modus procedendi
mutatur,& ſic per viam cedulæ,& inſtātiæ eſt pro-
cedēdum: taliter vt fruſtra adducatur præſcriptio-
nis exceptio,ex quo vana,& ſuperuacua.

Antonius de Cultellis.

In hoc puncto,& ardua difficultate ego quidem
pondero regiam pragmaticam, ex cuius verbis ab
vtraque parte argumētum ſumitur, & de cuius in-
telligentia in præſenti quæſtione tractatur. ſ. in
principio ipſius ibi,quo circa ſcienter, & delibera-
tè,& conſultè huiuſmodi apoſtolicas literas, & om
nia, & ſingula in eis contenta tenore præſentium
laudamus,& acceptamus decernentes, & declaran
tes tanti roboris,& authoritatis exiſtere, quāti ea,
quæ à noſtræ Maieſtatis prouidentia legem condē-
do decreta,& ſtatuta ſunt. planè circa executiones
vigore contractuum huiuſmodi cenſualium facien-
das,& exceptiones aduerſus eas,quomodolibet op
ponendas, certum & determinatum ordinem dare
volentes hac edictali lege perpetuò valitura &c.&
deinde ſubſequitur pragmatica dans ordinem, &
modum exequendi contractum: igitur,lex ſiue ſta-
59 tutum dans † ordinem,& modum procedendi, eo
non ſeruato, non poteſt de ea lege,& ſtatuto ſe iu-
uare,& eius priuilegium allegare, quia non poteſt
quis ſtatuti beneficium allegare, nec poteſt ſe ex
eo iuuare,qui contra ſtatuti formam facit, ſicut qui
facit contra pactum Bal.in tract.de ſtatut. in verbo
beneficium.num. 3. & ibidem Bald. deinde ſubſe-
quitur, ſtatutum dat beneficium cōfeſſionis de ma
leficijs. modo quidam negauit à principio, dein-
de confitetur, an habebit beneficium confeſſionis.
certè non.arg.l.ſi vnus ex ſocijs.§.non aliàs. ff. pro
ſocio. vbi not.quod ratione mendacij perdit com-
mune beneficium, & beneficium confeſſionis non
60 daretur ei, qui negauit à principio, † & quod ſtatu
ti beneficio frui non poteſt, qui qualitatem, & eius
formam non obſeruat. firmat poſt multos Crauett.
conſil.644.num.6.& conſil.848.num.4.
61 Vnde † Petrus de Gregorio in qōne nona, verſi-
culo prædicta tamen intellige, ponderando quod
pragmatica uoluit dare formam, & ea deficiēte de-
ficit diſpoſitum, ait ſub infraſcriptis verbis ꝑdicta
non intelligo primò procedere,quatenus aliqua op
ponatur exceptio,præterq̄ realis ſolutionis aduer-
ſus executionē iuris cēſus prædicti, & ita formali-
ter dictant verba pragmaticæ ſanctionis: ibi planè
circa executionē vigore huiuſmodi cenſualiū con-
tractus faciendā, & exceptiones aduerſus quomo
dolibet opponendas,& ibi,quæ quidē executio nul
lo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exce-
ptionis obiectu impediri valeat, quomodolibet dif
ferri,præterq̄ realis ſolutionis,& ibi in quas ſolùm
allegatæ realis ſolutionis exceptione, ſi aūt oppo-
neretur aliquid aduerſus contractū vēditionis an-
nualium iuriū, cēſualium prædictorū, ut quia in eo
deficeret aliquod extremū ad parandā executio-
nē, quare dicta pragmatica dare uoluit certum, &
determinatū ordinem,& modū circa executionem
vigore cōtractus huiuſmodi cenſualiū cauſandū,&
ſic præſupponit talem cōtractū in ſui eſſe deductū:
& in ſui eſſe perfectū,prout ex forma bullæ apoſto-
licæ,& regiæ pragmaticæ ſanctionis requiritur, &
62 tū ordo † datus à principe hēt vim formæ, vt voluit
Bal.in l.prolatā.in pen.col.C.de ſent. & interl.om-
nium iud.quem refert,& ſequitur Iaſ.in §.item ſer-
uiana. in 10.col.vlt.verſic.inſti.de actionib. ſequit̄,
vt quicquid deficit à forma deficiat à formato.
Pragmatica volens igitur dare ordinē, & modū
exequendi contractū cenſus ſecundū formā bullæ
63 dat modo infraſcripto, videlicet † contractū prō-
ptā,& paratā executionē habere non ſolùm, con-
tra perſonas, res, & bona illorum, qui originaliter

cenſualia huiuſmodi vendiderit,nec non eorum fi-
deiuſſorum, hæredum , ſeu vniuerſalium ſucceſſo-
rum : ſed etiam abſque aliqua bonorum principa-
lis debitoris diſcuſſione contra perſonas , & bona
quorumcunque ſingularium detentorum , rerum,
iurium , vel bonorum , ſuper quibus cenſualia ipſa
fuerint ſpecialiter onerata.

64 Ex quibus † verbis regiæ pragmaticæ habes, qđ
ſi agatur ſuper bonis tertij, quæ licèt olim penes
debitorem principalem venditorẽ fuerant, & quod
ſpecialiter ſubingata ſint , & quod modo ſint bona
ipſius tertij , executio contra eum datur nulla facta
diſcuſſione bonorum principalis , innuūt prædicta
verba pragmaticæ , quod debeat iudicium agitari,
cum ipſo tertio poſſidente,& ſic arguitur, quòd vt
executio poſſit fieri contra tertium detentorem ,
oportet quòd contra eum agatur,& ſic contra eum
executio fiat,& ſi aliter ageretur, non poteſt iuuari
beneficio pragmaticæ,non ſeruando ordinem exe-
cutionis : quando res ſpecialiter ſubingata à tertio
poſſidetur, ſeu detinetur etiam ſi ageret cõtra prin
cipalem debitorem , quia dum dicit agi poſſe con-
tra tertium , nulla facta diſcuſſione bonorum prin-
cipalis:ſic denotat quòd nullum iudicium cũ prin-
cipali tunc fiat , nec fieri ſit neceſſe . fortius arguo :
65 † quoniam nec de iure communi poteſt ſubſtineri
executio contra aliquem , & contra bona alterius,
contra quem non eſt facta executio, & adiudicatio.
nam tertio opponente de dominio , & poſſeſſione
quando iudicium non eſt , cum tertio poſſidente,à
tertio impeditur executio.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper re
bus.ff.de re iud. vbi doct.Rimin. Sen. conſ. 72.nu.
17.18.in primo Alex.conſ.15.num.4.in 6. Boerius
deciſione 79.nume.1.Goza. conſil. 103.nume.10.
Benintentus deciſione 67.num.12. Peruſin.deciſio
ne 26.nu.15.16. Couarr. practicarum quæſtionum
cap.16.num. 3.verſic.tertia ſolet.& num.4. vbi fir-
mat etiam. ſi tertius probat de poſſeſſione ſolùm,
vel de dominio, & per totam quæſtionem Gozad.
conſil.103.prima col.

66 Et iſto caſu ſufficit † quòd de intereſſe ipſius ter
tij probetur, ſcilicet ſummatim de dominio, & poſ
ſeſſione Rol.à Vall.conſ.5.nume.2.3.4.in ſecundo.
vbi etiam dicit, quòd quando tertius poſſidet,non
tenetur probare de alio intereſſe . ibidem num.13.
Gozad.conſ.103.num.10.in fin. Peruſin. deciſione
26.num.1.10.13.14.

67 Et fortius † procedunt prædicta,ſi perſonali aga
tur vigore inſtrumenti habentis executionem para
tam.Roland.à Vall.dicto conſ.5.num.13.Alex.cõſ.
101.num.2.in 2. Ioach.cent.3.obſer. 73. rationem
68 dicit Zabarel.in conſ.145. item etiam de † iure cõ
muni non poteſt agendo contra vnum debitorem
exequendo contra eũ capi,& diſtrahi res,quæ non
ſint eius debitoris, cum quo litigatur,& agitur pro
executione inſtrumenti , vel ſententiæ in caſu, quo
ignoratur res eſſe tertij.nam decretum ſecundum,
ſeu adiudicatio,ſeu liberatio erit iniuſtum,ſeu iniu
69 ſta, † imò ſi fit ſcienter,& tertio ſe opponente,vel
proteſtante , erit decretum ſecundum nullum , ſeu
nulla liberatio . Socin. conſ.158. nume. in ſecundo
Ruyn.conſ.49.num.11.& ſeq.in 4.Rol.à Vall.conſ.
5.nu.15.16.in 2.Gozad.conſ.103.nu.10.Cæſar.cõ-
tard. in l.vnica quæſt.24.num.34.C.ſi de moment.
poſſeſſ.Bertrand.conſil.120.nume.6.

70 Et prædicta procedunt,etiam † ſi res , quæ præ-
tenditur,diſtrahi pro ſatisfactione debiti,& ſic exe
cutio effectum habere ſuper eis , ſit obligata ad id
debitum , etiam quòd dominus eiuſdem rei ſit pro
eo debito obligatus:iudiciũ executionis, & diſtra-
ctionis debet cum eo tertio, & non cum alio agita-
ri,& eo tertio citato,& audito,debet fieri.aliàs nul
la eſt liberatio,diſtractio, & adiudicatio ſecundum
doct.Bertran. conſ.100.in 4.

71 Imò quando contra tertium ageretur, † debet
priùs citari tertius, & cum eo diſcuti. Follerius ſu-
per bulla in verſic. tanquam res iudicata nulla nu.
36.licèt antequàm capiatur tertius ipſe,vel eius bo-
na , ſufficiat conſtare de extremis parte incitata,
quod ipſe poſſideat bona ſpecialiter onerata. idem
Foller.ibidem num.39. 40.

72 Et ſic † non ſine miniſterio voluit regia pragma-
tica,dum priuilegiauit executionẽ,priuilegiare,qñ
contra tertium agitur, & quod poſſit contra eũ exe
qui,ut nõ poſſit per tertiũ impediri: non qñ contra
alium agitur,ne videatur corrigere tot iura, quia li
cèt ſtatutum,ꝙ actio perſonalis tranſeat contra ſin
gularem ſucceſſorẽ, valeat. Decius conſ. 88. col. fi.
Foller. ſuper bulla verſ. tanquam res iudicata nulla
73 nu.31. † tamen recipit interpretationẽ hæc prag-
matica in hoc à iure cõi,vt minus lædat ius cõe, ut
procedat qñ contra eum ageretur poſtq̃ ex cõi in-
telligentia,ẽt in alijs perſonis enumeratis in prag-
matica , contra quas vult pragmatica exequi poſſe
contractũ cenſus iuxta formã bullæ contracti, non
tollit beneficia de iure ſibi cõpetentia à pragmati-
ca non correcta.nam dum contra hæredẽ vult exe-
qui poſſe contractũ debiti ex cauſa bullæ, licèt de
74 iure † ſtante ſtatuto diſponente, ꝙ debitor pro de-
bito capi poſſit, vt ẽt eius hæres capi poſſit, & etiã
carcerari,& pro debito capi de perſona, ẽt ſi nulla
fiat mentio de hærede in ſtatuto ſecundum Bar. in
l.poſtulante.vbi doct.ff.ad Treb.Foller.ſuper bulla
in verſic. tanquã res iudicata nulla nu. 19. Rebuff.
de literis oblig.art.3.gloſ.2. num.10.in conſt.regni
Frãciæ tomo primo plures allegans tenet,& firmat
Petrus Duennas de reg.iur.reg.277 nu.2. in primo
Antonius de Canario in tract.de executione inſtru
menti,quæſt.28.num.63.Paul.de Caſtr. conſil.249.
num.2. verſic.Bart.condit.in 2.Socin. Sen. conſilio
293 num.1.in 2.

Attamen hoc ſtatutum habebit interpretationẽ
paſſiuam à iure communi , vt intelligatur de hære-
75 de ſimplici, nõ autẽ ꝙ poſſit capi perſona : † qñ eſt
hæres cum beneficio.l.& inuentarij. ita firmat Be-
rous quæſt.57. Antonius de Cann.in tract. de exe-
cutione inſtrumenti,quæſt.nu.28. nu.63. poſt Soc.
in l.ſi deceſſerit.nu.7.ff.qui ſatiſdare cogãtur. Bal.
in l.ab executione.nu. 10.C.quor.appell.non recip.
Rol.à Valle in tract.de Inuẽtario.§.ſeptima eſt vti-
litas.fo.mihi 119.Rebuff.de liter.oblig.artic. 8.gl.
2. num.8.Foller. ſuper bulla verſic. tanquam res iu
dicata nulla.num. 20.

76 Et noſtrates etiam † ſentiunt in terminis con-
tractus cenſus iuxta formam bullæ : quia licèt
pragmatica det executiones contra perſonas , &
bona illorum,qui originaliter cenſualia huiuſmodi
vendiderint, nec non eorum fideiuſſorũ hæredum,
ſeu

ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, intelligitur dando
interpretationem paſſiuam ex prædictis iuribus,&
authoritatibus ut non intelligatur de hærede,& ſuc
ceſſore vniuerſali qui confecerit inuentarium, pro
ut firmat Antonius Lancea ibi in verbo hæredum
ſubaudi,non conficientium inuentarium ita Bar.in
l.fin.§.in computatione.C. de iure delib. quod not.
ad limitationem huius ſtatuti.

Blaſcus Lancea ſuper bulla,ibi in eodem præſup
poſito caſu,quòd hæres ſubiugantis,quòd ſit hęres
cum beneficio legis, & inuentarij, dederit,ſeu di-
ſtraxerit pro luitione creditorum rem,quę eſſet vni
creditorum hæreditariorum ſpecialiter ſubiugata,
an eſſet diſſoluta talis ſpecialis hypotheca,ut à mo
do talis hęres per illud,quod habebat eam rem ſpe
cialiter ſubiugatã poſſit moleſtari: dic nõ põt à mo
do moleſtari tex. eſt notab.in l.fin.§.& ſi præfatum
vbi Iaſ.in ultima col.C.de iure deliber. vbi vide per
eum, & Bart. & Paul. hanc eandem annotationem
ſub eiſdem verbis ponit Ioannes Philippus de Pa-
ternione.

Ioannes Philippus de Paternione ſuper bulla &
pragmatica in verſic.nec non eorum fideiuſſorum
hæredum remiſſione,ait quòd ſi hæres ſecerit inuẽ
tarium, an poſſit ſe tueri exceptione inuentarij per
Bar.in l.fi.§.in computatione, & ibi alios. C.de iure
deliber. Anchar.conſi.401.& quæ ibi ſcripſi.

Iacobus Chircus ſuper verbo hęredum,dicit ſub
audi non conficientium inuentarium, ita eleganter
Bar.in l.fin.§. in computatione in vltimis uerbis.C.
de iure deliber. quod not. ad limitationem huius
pragmaticæ,& idem poſt alios Alex. in l.ſi quis de
ceſſerit in principio.ff. qui ſatiſdat. cogant. & uide
eundem,& Iaſ.in dicto §.in computatione.

Ioannes Aloyſius de ſeptimo ſuper bulla, in verſi.
ſexto ſi conuenitur hæres, non poſſeſſor. quia tunc
non vt detentor conueniatur per pragmaticam, po
teſt opponere exceptionem inuentarij:ita aliàs alle
gaui,licèt pragmatica loquatur de hærede,intelligi
debet de non opponente dictam exceptionem in-
uentarij,quia certum eſt,quòd tertius auditur, non
obſtante pragmatica c. ſuper eo de officio delegat.
per Imol.in l.1.ff.qu ibus appell.non licet,ſed in ca
ſu iſto, quando opponitur exceptio inuentarij hæ-
res non repræſentat defunctum:ſed ſtat,vt alia per
ſona prout declarat Bal.ĩ l.ſi vxor.C.de bon. auth.
iud.poſſiden. & Alex. & omnes in l. debitori poſt
Bal.C.de pactis.

77 Ergo † audiri debet in iſta oppoſitione, vt ter-
tius pro hoc, quia licet pactum de carcerando ini-
tum cum principali tranſeat ad hæredem l.ſed & ſi
deceſſerit.ff.qui ſatiſdare cogantur: tamen ſtatutũ
bene poteſt obligare hæredem ad carcerationem.
Bar.in l.poſtulante.ff. ad Trebell. ſed hoc non ha-
bet locum,ſiquis fecit inuentarium Salyc.in l.fin.§.
in computatione.C. de iur. de lib.Imol.in l.4.§.con
demnatum.ff.de re iud.& in dicta.l.poſtulante,ubi
etiam facit Alex.hæc firmat Aloyſius de ſeptimo.

Et ſic habes omnes prędictos doctores,hoc ſim-
pliciter tenere: quòd hæres conuentus pro debito
ex cauſa bullæ poſſit allegare beneficium inuenta-
rij, & hoc ex interpretatione paſſiua hanc conclu-
ſionem refert Nicolaus intrigliolus in ſuis quęſtioni
bus bullaribus quęſtione 54.num.9.10.11.

78 Et licèt † infraſcripti doctores faciant mentionẽ
de contraria deciſione magnæ regiæ curiæ in cauſa
per eos memorata:tamẽ intelligitur in caſu per eos
poſito,prout tenendo ſupradicta etiam opinionem
diſtinguunt, vt infra ſcilicet Mont'altus ſuper bulla,
ibi hæredum, ſeu vniuerſalium ſucceſſorum dicit
ſubaudi non conficientium inuentarium ita elegan
ter dicit Bar.in d.l.fi.§. in computatione.C. de iure
deliber.& ibi Alex.& Iaſ. & pro hoc facit doct.Bal
di in l.ſi vxor.C.de bon. auth.iud.poſſ. de quo me-
minit Alex. in l. ſi debitor in principio. C. de pact.
ſed contra deciſionem Bar.& ſequacium fuit deci-
ſum per magnam regiam curiam ĩ fauorem Gaſpa-
ris Bonet.contra Decium Gaitano:ſed ego dico, ꝙ
deciſio Bar. procedit de hærede non poſſidente bo
na ſubiugata:ſi autem poſſideret, tunc procederet
deciſio magnæ regiæ curiæ,& tunc non tenetur, ut
hæres ſed ut poſſeſſor.hæc ſunt verba Molt'alti:ean
dem deciſionem m.r.c. refert fuiſſe factã Iacobus
Chircus in p̃citato loco, & in anno 1506.14.ind.

Nicolaus Saccanus aſſerẽdo ſupradicta verba po
ſita ſub ammonitione Mont'alti,deinde poſt ea uer
ba ſubdit,& infra dicetur:& cogitabis,& magna re
gia curia condemnauit eum,tanquam poſſeſſorem,
non tanquam hęredem,quia ſecus ſi nõ poſſideret.

A ſupradictis diſcordare vr̃ Frãciſcus prouinza
lis,dñ ait in verbo hæredum: ſi inuentariũ non cõfe
cerit Bal.in l.fin.§.& ſi p̃fatã C. de iure deliber.Fel.
in c.ex parte il 1.de off.deleg.ſed contrarium vr̃,ut
per Alciatum in lib.1.ff. de verb. ſignifi. nu.14.

Hoc ſentit ẽt Foller.in praxi cenſu. in verſ.tãquã
res iudicata nulla nu.20.ubi & à nu.14.vſq; nu.26.
per plura firmat ꝙ ante q̃ cõtra eũ hęredẽ exequatẽ
dẽt citari,& adhiberi prius aliqua cãæ cognitio.

79 Petrus de Gregorio autem † in tractatu bullæ in
quæſtione ſexta, verſic.3.inſero quod, tenet contra
rium dum ait, quod huiuſmodi executio procede-
re poteſt contra perſonas hæredum, ſeu vniuerſa-
lium ſucceſſorum ut procedat cõtra perſonas: etiã
ſi inuentarium confecerint,& etiam ſi confecto in-
uentario hæreditas principalis defuncti reperiatur
exhauſta: quia licèt quis fecerit inuentarium,& cõ
fectio inuentarij diuidat bona defuncti pariter à
bonis hæredis, ut non teneatur hæres conficiens in
uentarium ultra uires hæreditarias:nec de perſona
ſua propria,vt voluit Bar.in l.fin.§.incomputatione
80 C. de iure deliber. † niſi forte hæres occultauerit
bona defuncti, uel non ſecerit inuentarium, prout
81 diſponitur ex forma ritus: † tamẽ iſto caſu cùm fiat
expreſſa,& indiuidua mentio,non ſolùm de perſo-
nis,rebus,& bonis principalium cõtrahentium,ſed
etiam de perſona fideiuſſorũ, ſequitur quòd huius
modi executio ita aſficiat perſonas principaliũ cõ
trahentium, & ſuorum fideiuſſorum,ſicut hæredũ,
ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, quia illud uerbum
perſonas æqualiter refertur ad omnes, & ſic debet
æqualiter determinare non ſolùm in perſonis prin-
cipalium contrahentium,& eorum fideiuſſorum,&
hæredum, ſed etiam in rebus,& bonis eorum,& ſic
82 † lex noua non recipit interpretationem à lege an
tiqua:quando non dubitatur de intellectu legis no-
næ,ut uoluit Gloſ.& doct.in l.ſciendum in princip.
ff. qui ſatiſdare cogantur, & ſic non eſt recurren-
dum ad interpretationem legum.l. ille, aut ille.ff.

83 de leg. 3. quia † in incertis, & non certis eſt locus
coniecturis.l.continuis.§.primo.ff. de verbor. obli-
gat. & illa dictio perſonas, eſt etiam repertiua
non ſolùm in perſonis principalium contrahentiũ,
ſed etiam in perſonis fideiuſſorum; & hæredum
ipſius principalis contrahentis per ea, quæ voluit
Geminia.in cap. vbi periculum. §. nulli. de electio.
84 In 6. maximè, quòd hæc lex edictalis † regni con-
dita fuit in fauorem contrahentium, ementium an-
nualia iura prædicta,. vt facilius iure executiuo ille
cõſequi poſſet, & ideo in eorũ fauorẽ interpretari
debet, vt pariter adijciat, & apprehẽdat perſonas
principaliũ cõtrahentium, & perſonas hæredum,
etiam ſi conficeret inuentarium, & etiam ſi hære-
ditas reperiretur exhauſta, vt ſaltem aduerſus exe
cutiones contra eos cauſatas vigore dicti contra-
ctus confectionẽ inuentarij, aut exhauſtionem hæ-
reditatis opponere non poſſit, licèt poſt factam
ſolutionem huiuſmodi executio reſtringatur ad
bona defuncti, & non ad propria bona ipſius hære-
dis conficientis inuentarium. iuxta ea, quæ voluit
Bartol. & doct. in l. fin. §. in computatione in fine.
C. de iure deliber. & ibi Iaſ. poſt alios in vltima co-
lum. & ita ſemper fuit deciſum,

85 Ex † quibus infero, quòd non releuat hæredem
dicentem ſe hæredem diſcretum, cum beneficio
inuentarij, nec etiam releuat hæredem dicentem
hæreditatem exhauſtam, quia ita eſt obligata per-
ſona hæredis, ſicut eſt perſona principalis in iſto
contractu, vigore dictæ regiæ pragmaticæ, nec
etiam releuaret hæredem, quando acquirerentur
bona hæredi, quia ſic procedit dictum Bartol. in di
cto §. in computatione in fine: ſuper quo melius co-
gita. quia eadem eſt ratio, ſiue fiat executio in per-
ſona hæredis, ſiue in bonis hæreditarijs, quando
hæres fecerit inuentarium, vt poſt factam ſolutio-
nem executio retractetur: ſi hæreditas reperitur
exhauſta, quia tunc facta fuiſſet executio ſuper bo
nis alterius, & non ſuper bonis originaliter ſubiu-
86 gatis, & vna determinatio † debet æqualiter deter
minare, cum eſt eadem ratio. dicta l. iam hoc iure,
ff. de vulg. & pupill. & Intelligo prædicta procede-
re non ſolùm, quando cauſata fuit executio in vir-
tute dicti contractus contra primum hæredem il-
lius, qui originaliter huiuſmodi iura cenſualia ven-
diderit, ſed etiam contra omnes alios hæredes hæ-
redum durante vita prædicti contractus, quia non
ſolùm dicta regia pragmatica fecit mentionem hæ-
redum, ſed & vniuerſalium ſucceſſorum per illam
87 dictionem, ſeu † quæ ſtat ampliatiuè, prout decla-
rat Bartol. in l. ſi quis ita in principio, per illum tex,
ff. de auro, & argento legato. & vniuerſalis ſucceſ-
ſor intelligitur etiam ille, qui per infinitos medios
fit ſucceſſor, vt voluit Gemin. in cap. primo, in quar
to not. per illum tex. de hom. lib. 6. Innocen. Pap. ap
pellat ſe ſucceſſorem Petri, & tamen fuerunt inter-
medij inter Petrum, & Innocentium, quem refert,
& ſequitur Iaſ. in d. l. fin. in vlt. not. C. de hæred. in-
ſtit. hæc firmat Petrus de Gregorio in ſupradicta
quæſtione, contrariam opinionem contra alios do-
ctores ſuprà relatos tenendo.

Cui opinioni Petri de Gregorio non adhereo, cũ
88 adſint multi magnæ authoritatis † doctores, qui tã
de iure communi, quàm in terminis bullæ tenent
contrariam opinionem, & ea dicitur magis com-
munis. eam fui equidem aliquando ſecutus, & ita
determinaui, & vidi ſententiare contra Petrum de
Gregorio cum diſtinctione prædictorum doctorũ
de hærede non poſſeſſore, quod ſecus eſſet in hære
de poſſeſſore rem ſpecialiter ſubiugatam: ſi contra
eum ageretur, tanquam detentorem, & ſic hæres
quando non poſſidet, poteſt ſe iuuare beneficio in-
uentarij, vt non poſſit capi perſonaliter, ſed ſuper
bonis hæreditarijs debeat conueniri, quatenus bo-
na hæreditaria ſuppetant, quod ſecus eſſet, ſi hæres
poſſideret bona ſpecialiter ſubiugata, quia tunc cõ
ueniretur tanquam detentore, quo caſu pragmati-
ca diſponit, quòd eius perſona, & bona detentoris
rei ſpecialiter ſubiugatæ capi poſſent. videtur hæc
opiniò fundata ſuper dictis iuribus, & authoritati-
bus, quæ non repeto,

Et non obſtant conſiderationes Petri de Grego-
89 rio prææallegatæ. † primo non obſtat, quòd non da-
tur beneficium inuentarij hæredi propter declara-
tionem, ſed per interpretationem paſſiuam, quia
90 interpretatio paſſiua datur etiam, † quòd lex no-
ua ſit clara, & habeat certam determinationem,
quia interpretatio paſſiua prouenit ex tacita men-
te ſtatuentium, quia mens ſtatuentium potius, quã
verba, & ſonus verborum, eſt attendenda. Berous
conſ. 141. num. 3. in tertio,

Nec obſtat aliud motiuum Petri de Gregorio,
91 quòd illud verbum perſonas, † quæ eſt adiecta in
perſonam contrahentium, cenſetur repetita quoad
perſonam hæredum, quia ſtatutum eſt ſtricti iuris,
& non debet extendi, ſecundum Dec. conſ. 625. nu.
4. conſil. 669. nu. 11. conſ. 589. nu. 3. conſ. 438. nu. 5.
92 † & ſtatuta tantùm diſponunt, quãtum loquuntur.
Dec. conſ. 669. nu. 7. conſ. 553. nu. 7. Berous conſil.
142. num. 15. in tertio.
93 Et ſtatutum non extenditur de perſona ad per-
ſonã. Dec. conſ. 589. nu. 4. 5. 6. conſ. 688. nu. 2. & ſeq.

Ad aliud, quod pragmatica diſponit in fauorem
emptorum, vt facilius executionem faciant, & hæ-
94 res poſt ſolutionem audiatur, reſpondeo, quòd † fauor
datus per pragmaticam reſpicit, vt exceptiones ad
impediendam executionẽ differantur poſt factam
ſolutionem, quia non voluit pragmatica legitimas
exceptiones in totum reijcere, ſed differre in aliã
95 Iudicij inſtantiam † intelligendo, prout dixi in lib.
2. deciſ. 9. incipiente in cauſa vertente, quando exceptio
nes non eſſent notoriæ, & euidentes, quæ conſtant
ex facie actorũ, & dicuntur notoriæ, vt quia abſque
alia conuenti exceptione ex actis actoris conſtat, &
elicitur exceptio legitima, quia conuentus tanquã
hæres ex actis, & probatis, conſtat beneficiũ, quod
ei competit. ſ. quod non poſſit conueniri, niſi ſuper
bonis hæreditarijs, & quatenus bona hæreditaria,
ſuppetunt, & per oſtenſionem, & præſentationem
inuentarij per hæredes confecti hæres habet inten
96 tionem fundatam, quia † inuentarium probat in fa
uorem hæredis contra omnes. l. ſcimus. §. licentia
vbi omnes. C. de iure delib. l. fin. C. de arbitr. tutel.
Maſcar. de probat. concluſ. 939. lib. 2.

97 Et ideo optimè † dixit Berous in quæſtione 57.
nume. 3. verſic. & ſi contra, quod ſi contra hæredes
cum beneficio. l. & inuentarij remedium ſtatuti
tribuentis executionem contra debitores, & eius
hæredes

hæredes, de perſona eſſet intentatum proceſſus ſententiæ, & omnia contra ipſos actitata nulla forent ipſo iure, & deinde reſpondendo Berous opinioni Baldi in dicta lege fin. §. & ſi præfatam. C. de iure
99 deliber. dicentis, † quòd ſi ex forma ſtatuti principalis debitor ratione contumaciæ capi, & incarcerari poſſit, & eius hæres etiam contumax carcerari poſſit: quamuis cum beneficio legis, & inuentarij hæreditarij hæreditatẽ adiuerit. dicit Berous illud verum eſſe, quoniam hæres citatus fuit contumax. nam tunc in pœnam contumaciæ poterit etiam ad capturam deueniri, quàm primum tamen de aditione hæreditatis cum inuentarij confectione legitimè docuerit, erit relaxandus. ne contingat ipſum vltra vires hæreditarias grauari, vt ibi per Bald.

100 Et vltimum de illo argumento, † quòd vna, & eadem determinatio, cùm eadem adeſt ratio debet pariformiter determinare, & ſic verbum perſonam, & bona, extenditur nedum de perſona principalium contrahentium, nec non eorum fideiuſſorũ, ſed etiam hæredum. non obſtat, quia reſpondeo, ꝙ in perſona contrahentium, & fideiuſſorum adeſt obligatio propria, & ſic ſe aſtringũt ad id debitum annuum ſoluẽdum, quod non eſt ſic in hęrede. quia non interuenit, nec excedit obligationi hæres, licèt
101 in eum tranſeat, & ideo dicẽdum eſt, † quòd obligatio, quæ eſt in perſonam principalium, & aliorũ, qui ſe obligant, & ex conuentione eſt creditori acquiſita, non tranſit in hæredem cum beneficio l. & inuentarij. Rebuff. de liter. oblig. arti. 3. gloſ. 11. nu. 12. 13. Petrus Duenas de reg. iur. reg. 277. amplia. ſecunda num. 2. verſi. quod tamen non habet locũ.
102 † & prædicta regula, quòd vna determinatio &c. limitatur, quando inducitur ll. correctio. prout apparet ex ſupradictis, item etiam limitatur, vt intelligatur ſecundum naturam eius, ſuper quo præſentuntur Afflict. in conſtitutione proſequ. nu. 23. 24. item non procedit prædicta regu. quando militat diuerſa ratio inter vnum, & alium caſum.
103 Secundò dico, † quòd non eſt bona æquiparatio Pet. de Greg. de principali ad hæredem. nam principalis perſonæ, & bonorum propriorum captura, & executio ſubſtinetur tam ante quàm poſt ſolutionẽ factam, ſed in hærede ſecũdum eum durat ante ſolutionem, ſed poſt ſolutionem retractabitur executio. ergo colligitur ex dictis per eum, quod diuerſa ſit ratio. ergo debet eſſe diuerſa diſpoſitio.

Redeundo modò, vnde digreſſi ſumus, dico & fortificari illam opinionem de tertio ex dicto, & reſponſione prædictorum de Cultellis ad hoc argumentum, dum videtur reſidere cum prædictis doctoribus diſtinguentibus.

104 Coadiuuatur etiam, † quòd tertius debeat audiri, & admittatur in bulla ex illo motiuo, quòd bulla, ſeu regia pragmatica recipit interpretationem ab alio ſtatuto regni, quòd obligationes, & actiones non poſſint habere viam executiuam in regno, niſi infra decennium, quia vnum ſtatutum recipit interpretationem ab alio. Socin. conſilio 242. num. 9. in ſecundo conſil. 9. num. 8. in 3. Dec. conſ. 11. nu. 2. verſic. primo, quia ſtatuta. Socin. Iun. conſ. 7. numero 6. in primo conſil. 102. nume. 39. in 2. conſil. 64. nume. ſexto. in primo.

105 Et ſtatutum nouum debet diſtingui † intelligi, & interpretari ſecundum antiquum. Foller. ſuper bulla in verſiculo tanquam res iudicata nulla. num. 55. allegat Bartol. in extrauag. ad reprimend. verſic. non obſtantibus doct. poſt gloſ. in l. ſciendum.
106 ff. qui ſatiſdare eogantur: adeò † vt ſi non reperitur per ſtatuta noua correptum ſtatutum antiquũ caſus debet decidi ſecundum dictum ſtatutum antiquum in eo, quod per illud deciditur, ſecundum Paul. de Caſtr. poſt Bald. in prima conſtitutione. C.
107 & Alexan. in l. fin. ff. de fal. † & ſtatutum potius à ſtatuto alio, quàm à iure communi recipit interpretationem. Crauett. conſilio 814. nume. 8. ver. inde dicimus.

Nec obſtat, quòd intelligitur de mutando modo procedendi, non quod audiatur ille, qui non debet audiri, vt eſt tertius. Sed hæc reſponſio non rele-
108 uat. † quia cùm hæc pragmatica recipiat interpretationem paſſiuam ab alio ſtatuto, in hoc caſu etiam circa audientiam, quia poſt lapſum decennium tollitur ille modus procedendi via executiua, & debet procedi per viam cedulæ condemnatoriæ, qui modus procedendi aperit viam audiendi, vt infrà dicam, recipere debet etiam quoad audientiam tertij interpretationem paſſiuam, vt non intelligatur tertio denegata audientia.
109 Sed † quando proceditur poſt lapſum decennij per viam inſtantiæ, & ſic per viam cedulæ condemnatoriæ quod priuilegium bullæ ſeu regiæ pragmaticæ non habeat locum, & quod conuentus poſſit audiri in ſuis iuribus, & exceptionibus, probatur, quia priuilegium datum ex diſpoſitione pragmaticę, quòd conuentus non audiatur in exceptionibus, quibuſcunque præter realis ſolutionis, exceptiones alias excludendo, non eſt aduerſus inſtrumentum, & contractum, ſed aduerſus executionẽ, prout verba pragmaticæ clarè dictant. Sed poſt lapſum decennij inſtrumentum, ſeu contractus cenſus, iuxta formam bullæ non poteſt exequi, ſed debet ordinariè agi, & in vim probationis produci inſtrumentum. Suares in repet. ll. regni poſt rep. l. poſt rem iudicatam limitatione 6. folio mihi 60 &. Antonius de Canario in tract. de executione inſtr. quæſtione 56.
110 Ergo ad eum modum agendi † non extenditur diſpoſitio pragmaticæ, quę priuilegiat executionẽ, & aduerſus eam repellit omnes exceptiones. Imol. in l. ſecunda. nume. 4. verſiculo tene tamen menti. dictum Bartol. ff. qui & à quibus: hoc ſentire uidetur Canarius in dicta quæſtione 56. poſt Bald. Bart. in l. ſi planè. ff. quod falsò tutor. prædicta firmat Antonius Lancea ſuper titu cap. cap. 132. vbi loquitur de modo procedendi per viam cedulæ condẽnatoriæ. quod per lapſum decennij inſtrumentum non poteſt exequi, ſed procedi tantùm per viam cedulæ condẽnatoriæ, & pactum de non opponendo in dicto iudicio non poteſt allegari, quia eſt extinctum per lapſum decennij, extincto modo exequendi. & ita arguẽdo finaliter concludit etiam ex verbis eiuſdem ritus, vbi dat formã modi procedẽdi per viam cedulæ condẽnatorię admittẽdo exceptiones, & defenſiones reo infra dies quindecim, & ſic non pôt denegari reo exceptio in dicto iudicio, in quo

in quo proceditur vigore inſtrumēti via ordinaria, & modo dato à ritu,

111 Et in terminis noſtris pragmaticæ † firmat idem Antonius Lancea ſuper bulla, ibi ſuper verbo quæ quidem executio, vbi ait not. verbū executio, quaſi dicat, quòd velit priuilegiare huiuſmòdi contractus ſubiugatarios, quando creditor dirigit ſe via executiua: ſecus ſi dirigit per viam cedulæ poſt decennium ex forma ritus, & illo modo diſtinguitur iſtud ſtatutum ab illo arg. l. non eſt nouum, & l. ſed & poſteriores. ff. de lega. & ſic non denegabuntur

112 exceptiones. adde, quòd licèt ſtatutum † reijciat omnes exceptiones præterquàm ſolutionis, hoc intelligitur de exceptionibus tendentibus contra inſtrumentum, non de exceptionibus reſtringētibus, ſeu limitantibus tale ſtatutum, ita dicit dictus Iaſ. in l. prima. C. de iur. & fact. ignor. in 4. colum. ibi 4. ex iſta doctrina infertur, & allegat Bar. in l. ſi filius, ff. quod cum eo,

Imò idem Antonius ſuper verbo non ſolùm con

113 tra perſonas, † quod per dictionem ait not. nō ſolùm facit æquiparationem inter principales venditores, & tertios detentores bonorum ſubiugatorū, ſicut aliàs fit per dictionem, non tantùm l. non tantùm. & ibi Alex. in prima colum. ff. de re iud. ſicut contra principales poſt decennium procedit per viam cedulæ vigore ritus. ſic contra iſtum tertium, & ita magna regia Curia Iudicauit,

Petrus autem de Gregorio ſuper bulla quæſtio-

114 ne 8. verſic. 3. infero ait, † quòd talis contractus bullæ debet eſſe factus infra decennium, à tempore, quo debiti competit petitio, prout diſponitur ex forma ritus, nam licèt ex forma pragmaticæ talis executio fieri poſſit vſque ad 30. annos, quandiu durat ipſa actio, in cuius locum fuit ſubrogata executio: tamen quia ſuper huiuſmodi decennio nihil eſt diſpoſitum virtute pragmaticæ.

Ideo tanquam caſus omiſſus ſuppletur à ritu, ut executio cauſata ex forma bullæ non habeat executionem paratam, niſi uſque ad decēnium iuxta formam ritus per ea, quæ habentur, & ponit Bald. in l. planè. ff. quod falſo. tutor. auth. & hic eſt vnus de caſibus, in quibus pragmatica quoad decennium ſuppletur à ritu, prout ſuperiùs dixi, à decennio verò ſupra proceditur actione in factum per viam cedulæ condēnatoriæ, & ita ſeruat̃ hodie in regno.

Iacobus Chircus ſuper bulla idem firmat, quod Antonius Lancea ſupra ſub eiſdemmet verbis vſq; ad verbum, adde. idem firmat in hoc puncto, quando agitur per viam cedulæ condemnatoriæ poſt lapſum decennij,

Petrus Pitrolus idem firmat, quod Lancea ſuper verbo; quæ quidē executio, ſub eiſdemmet verbis addendo Archid. in c. non ſolum. de appell. in 6.

115 Et ſecundum iſtam opinionem † aliàs fuit in tribunali cōſiſtorij ſacræ regiæ conſcientiæ in xv. Ind. 1586. deciſum in cauſa vertente inter illos de Palmerio, & vniuerſitatem ciuitatis Calatagironis, quadum fuiſſet per iſtos de Palmerio poſt latam ſententiam in cauſa inſtantiæ, per quam fuit condemnata vniuerſitas ad certa intereuſuria decurſa à decennio ſupra, & eius vigore executio cauſata præſentatis opponentibus fuit petitum, quod reijcerentur oppoſitiones ante factam ſolutionē, ex quo obſtabat priuilegiū bullæ, & regiæ pragmaticæ. ſed quia opponebatur de ſolutione, & non de meritis ſententiæ deciſæ fuit interlocutum, quòd oppoſitiones ſtarent, & procederetur in cauſa oppoſitoria ante ſolutionem,

Corroboratur etiam concluſio principalis, quòd tertius debet audiri ante factam ſolutionem in iuribus ſuis, ex authoritate infraſcriptorū doctorū.

Ioannes Aloyſius de Septimo ſuper bulla in ver

116 ſiculo quarto dico, dicit † quòd ex quo regia pragmatica reijcit ſolùm tertios poſſeſſores, ſi velint ſe opponere, non tertium, contra quem non agitur: propter quod ſi vnus tertius, contra quem non eſt fundata executio, velit ſe opponere pro intereſſe ſuo, iſte auditur, quia tūc pragmatica non diſponit de eo, & ſtatur diſpoſitioni iuris communis, quòd reiectis exceptionibus non intelligerentur reiectæ, quoad tertium, c. ſuper eo. de offic. deleg. Imol. in l. fin. col. 8. verſic. aduerte tamen, quòd inquantum. ff. qui, & à quibus appell. Card. in clem. j. verſiculo contra ſe de re iud. cum ſimil. add. Peruſ. in l. certi conditio, §. quoniam. col. 4. verſic. 1. nu. 2. ff. ſi certū petat. Grammaticus voto, 16. nu. 1,

Franciſcus Prouinzalis ſuper bulla in verbo detentio, ait, an tertius opponendo pro ſuo intereſſe audiatur, Felyn. in c. ex parte. il 2. num. 8, de offic. deleg. eſt autem in hoc contra ius commune. Iaſ. in l. iuris gentium. §. pretor ait. de pact. ſed poteſt eſſe ratio, non perſona, ſed prædium ſeruit. l. imperatores. ff. de pub. l. deniq; de iure fiſci. l. 2. C. de p̄dijs, & omnibus rebus. lib. xj. Iſern. in conſt. ſiue reali.

Secundum prædictas authoritates, & rationes

117 † tenendum eſſe cenſeo hanc opinionē, quòd tertius admittatur ad impediendam executionē quando docet de dominio, & poſſeſſione, ſi executio nō eſt contra eum cauſata, ſed cōtra alium, ēt quod ſit cauſata contra principalem debitorem, vel eius hæredem, & eſto, quod iſta res, de cuius dominio, & poſſeſſione agitur eſſet ſpecialiter ſubiugata, & pro eius detētione poſſet tertium creditor, & agēs conuenire, nedum pro diſtrahēda ea re, ſed ēt eius bona propria, & capi eius perſonam, quia ius hoc executiuum priuilegiatum, ut poſſit exerceri cōtra tertium, eſt à pragmatica conceſſum, ſi contra tertium detentorem iudicium dirigitur, ſecus ſi non contra eum, vti poſſeſſorem dirigitur executio, ſed contra vel ſimplicem detentorem, vel principalem debitorem; quia quoad non conuentum in iudicio, non datur aliquod priuilegium per regiā pragma-

118 ticam, † & ſupra firmaui iudicium diſtractionis rei etiā obligatæ debere fieri citato legitimo, & vero domino, aliàs adiudicationes, & liberationes, ſeu diſtractiones erūt nullæ, vt ſupra firmaui, & ita fuit in præſenti cauſa determinatū: & admiſſæ oppoſitiones fuerunt, & quod in bulla tertius debeat citari, & per conſequens conueniri directo: probatur ex authoritate cuiuſdam apoſtillæ in uerbo, quandiu: ubi ait, quòd non perſona, ſed prædium conuenitur. l. Imperatores. ff. de public. l. denique de iure fiſci. l. 2. C. de præd. om. reb. aun. lib. xj. Iſern. & doct. in conſt. ſi reali. quod nota perpetuò, ſed antè quàm fiat executio in tertium, requiritur eius citatio. dict. Fel. in c. quia v. pen. colum. de iud. poſt Aretin. ibi.

Hoc

Hoc etiam firmat Franciſcas Prouinzalis ſuper
bulla ſuper verbo detentio, vbi allegat Felyn. iu di-
cto cap. quia vide. nu. 4.

Foller. iu Praxi Cri. in verbo tanquam res iudi-
cata nulla num. 16. & quomodo ibidem uume. 39.
40. quem refert, & ſequitur Nicolaus intriglolus
quæſtione 17.

119 Et ſi dicatur † ad quid facere iudicium, cum eo
tertio, ſi cum eo agente, & eo oppoueute nō admit
titur aliqua eius exceptio ante ſactam ſolutionem
ſi non demonſtrat per publica documenta de reali
ſolutione pro alijs, coutra quos fit execntio.

120 Reſpondeo, qnòd intereſſe † prætendere poteſt
tertius, & allegare, quando eſt domiuus, & poſſeſ-
ſot rei ſpecialiter ſubiugatæ, vt non cum alio iudi-
cium executiuum, ſed cum eo agatur, quia ſi cum
alio agitur, & ipſe tertius vellet recuperare rē dein
de diſtractam, ſi tanquam res aliena, cum quo agi-
tur, & tanquam res conuenti diſtrahitur, ad eius re
cuperationem non poſſit venire, niſi tanquam ter-
tius iure offerendi ratione poſſeſſiouis, & iſto iure
veniendo teneretur ſoluere, nedum ſummam, pro
qua eſt executio cau ſata, ſed omne ius, & creditum
Anterius pro quo allegat, & docet ſe eſſe credito-
rem in creditore ſecundo habes. l. 1. C. qui potiores
in pigno. habeantur l. potior. §. fin. ff. eodem. l. ſecun
dus. C. de pignor.

Sed in tertio detentore eſt tex. in l. ſi ſundus. §.
in venditioue. ff. de pignor. l. Paulus reſpond. §. pri-
mo. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca. l. mulier. ff. qui
potior. in pignor. habeantur, faciunt notata per Ne-
guſant. in tract. de pignor. 4. membro nu. 21. 22. Vr
ſill. add. ad Afflict. Deciſ. 99. nu. 3. 4. 5. Crauett. cōſ.
298. uu. 14. 15. 16. in ſecundo.

121 Item deterius † fit ius tertij, quia vt primum res
liberata, vel adiudicata eſſet tertio offereuti nō da-
tur ſecundo creditori, & poſſeſſori ius offerendi ſe-
cundum Afflict. deciſ. 187. & deciſione 188. quod
ſiue difficultate procedit, ſi vellemus tenere opi-
nionem Ceph, conſ. 550. iu 4. quem ſequutur Anto-
nius Theſaur. iu deciſioue Pedemont. nou. deci-
ſione 157. vbi circa finem dicit hanc Cephali opi-
nio. ſenatum ſecutum fuiſſe. vide ſi huic opiniout
poteſt adaptari deciſ. Vincentij de Franchis in de-
ciſione 224. vel eſſet dicendum, quod Francus lo-
quatur, quando creditor vendit extra iudicialiter.
hāc etiam Cephal. opin. firmàre videtur And. Gail.
lib. 2. practicar. obſer. obſer. 18. in fine, licèt iu hoc
contrariam opiuiouem teueat in adiudicatione fa-
cta tertio. Fanus de pignoribus in membro tertio.
nu. 7. partis. quintę quam tenet etiam Riminal. Iun.
conſ. 3. num. 9. 10. 11. in primo. vbi reſpondet Ce-
122 phal. &† eius rationes procedere in debitore ve-
niente pro luitione rei iudicatæ, ſecus in tertio. hāc
opinionem videtur ſentire Vincentius de Franchis
in deciſione 69. qui loquitur in re adiudicata credi
tori tanquam tertio licitatori: vbi ampliat etiam,
quod poſteriori creditori fuerit data notitia de ad-
123 iudicatione, & liberatione. † quia dantur triginta
anni, vt poſſit admitti ad ius offerendi, de quo vlti-
mo vide diſtinctionem per Theſaurum in prælle-
gata deciſione 157. vbi plures caſus ponit, ideſt o-
cto caſus, de hac præſcriptione ponit etiā Gabriel
in lib. 5. titulo de præſcrip. concluſione 7. vbi ponit
duas opiniones, & ad vtranque ponit limitationes
Oſaſcus Pedamout. deciſione 115. vbi firmat non
præſcribi. & reſpondet contrarijs vide Neguſant.
de pig. parte prima tertij membri. nume. 52. parte
5. vide Andr. Gail. libro 2. practicar. obſer. ob-
ſer. 18.

124 Sed ſi † cum eo tertio iudicium fieret, & ab eo
adiudicaretur, ſibi competeret ex forma, & diſpo-
ſitione ritus regni tempus quadrimeſtre ad redi-
mendum rem ipſam adiudicatam, & iſto caſu non
tenetur ſoluere, uiſi illud, pro quo fuit res diſtra-
cta, ſeu adiudicata, ita vt ſecuudum aliquos nō va
leat creditor pro alio credito etiam anteriori reti-
nere facta ſolutione eius ſummæ pro pretio, cuius
fuit adiudicata, quia debet rem adiudicatam redhi
bere: ita vt non poſſit creditor ex alia cauſa rem
retinere. Bal. colum. 6. Salyc. quæſtio. 12. in auth. ei,
qui. C. de bonis auth. iud. poſſidēdis Octauius Ca-
cher. deciſio. Pedamont. 34. nu. 17. Bald. in add. ad
Specul. in tit. de ſenten. verſic. an miſſus per præto-
rem Achil. Perſol. de adipiſce. poſſ. nu. 320.

125 Licèt contrarium † tenere videatur Deci. conſil.
449. num. 21. & ſequē. & Fanus tract. de pign. prima
par. 3. membri. nu. 48. partis quintæ.

126 Supradicta omnia † fortificant ſupradictam cō-
cluſionem, quòd in hoc caſu, etiam iu bulla tertius
poſſidens admittatur ad impediendam executio-
nem rationibus prædictis: & etiam, quia ſtante ſta-
127 tuto, † quòd tertius non poſſit aduerſus executio-
nem ſe opponere: tamen quando tertio poteſt af-
ferre executio intereſſe irreparabile, impedit̃ exe-
cutio per oppoſitionem tertij. Goffred. couſ. 6. nu.
17. Felyn. in cap. cùm ſemper. num. 17. de ſent. & re
iud. & infra dicam. iſthæc procedunt quantum ad
128 tertium poſſeſſorem, † ſed quid de tertio uō poſ
ſidente, an iu bulla iſte tertins audiatur, & eius op-
poſitiones admittantur ad impediendam executio
nem in bulla, ſi allegat iſte tertius intereſſe ratione
hypothecæ, & tunc regulariter videtur, quòd non
admittatur, quia non impedit executionem ſecun-
dum Peruſin. in deciſione 26. num. 3. qui concludit
129 ibi, quando exequitur † ſuper re petita, præſtita
cautione de indemnitate ſecundum l. is, à quo. &
l. ſeq. ff. de rei uend. licet primo alleget Nattam in
conſ. 552. nu. 1. in 2. qui contrarium tenet, & dicit
idem Natta in conſ. 327. nu. 1. eod. lib. 2.

130 Et hæc † opinio ſeruatur in regno, quia tertio ſe
opponente de hypotheca ſuper re, quæ prætendi-
tur à creditore diſtrahi, & adiudicari uon impedi-
tur executio, cùm hypotheca tranſeat contra quē-
libet poſſeſſorem, ideo ſolet interloqui reijciendo
oppoſitiones tertij allegantis hypothecam ſeruan-
do ius tertio veniendi via ſua iudicio ordinario via
hypothecaria, cùm ſumus in caſu, quo de dominio
& poſſeſſione debitoris, non dubitatur. hoc iuuatur
ex doctr. Couarr. practica. qōnum, quæſt. 16. num. 4.
verſic. decimo. ex his couſtat fortificando etiam ex
doct. Barto. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus circa fi-
131 nem. ff. de re iudic. vbi dicit, † quòd fit executio
in eo, quod eſt debitoris, ſaluo iure poſſeſſiouis ter
tij. vbi tertius non negat, imò ſatetur dominium
eſſe debitoris. idem igitur dicendū in caſu noſtro,
quia fit executio in dominio, & poſſeſſione debito-
ris, ſaluo iure hypothecæ tertij.

Non obſtat dictum Nattæ in dicto conſi. 327. in
2. & conſil. 552. quia mouetur in dicto conſil. 327.
illa ſola ratione, quod non reperitur iure cautum,
quòd hypotheca non impediat executionem, & in
dicto conſ. 552. dicit, quò de hac opinione, ꝙ hypo
theca impediat executionem tertij eſt tex. in l. à di
uo Pio. §. ſi ſuper rebus verſic. quòd ſi res fuerit pi-
gnorata, & tamen ſi bene conſideres illum tex. vi-
132 detur ſolùm diſponere, † quòd detur ibi facul-
tas vendendi non reperta alia re penes debitorem,
licèt ex pretio rei vẽditę priùs debeat ſatisfieri cre
ditori anteriori, & de reſiduo pretij ſatisfieri debi-
tum deductum in executione, & ideo in regno ſo-
let adiudicari creditori res, & interloqui, ſaluo iu-
re alterius creditoris venientis via ſua, ſcilicet via
hypothecaria, contra eum. & hæc opinio eſt in re-
gno acceptata per omnes curias, & magiſtratus, &
de ea non dubitatur.

Sed maiorem difficultatem facit tex. in l. ſi prior
creditor. §. ſi prior de hypotheca. ff. qui potior in pi
133 gno. vbi dicit, † quòd prior creditor cum hypo-
theca impedit creditorem ſecundũ diſtrahere prę-
dium ratione ſuæ hypothecæ: licèt ipſe priùs non
habeat ius vendendi, & ſecundus potuiſſet ex con
uentione uendere.

134 Sed huic reſpõderi poſſit, quòd hic tex. † loqua-
tur in venditione, quæ fit ex conuentione, tex. in di
cto §. quòd ſi res fuerit pignorata, loquatur in iudi-
ciali diſtractione, in quibus terminis nos ſumus.

Proxima prædicta concluſio ſuprà firmata po-
135 teſt limitari duobus modis: primò in caſu, † quo
creditor, & tertius volens impedire executionem
haberet vltra hypothecam conſtitutum rei hypo-
thecatæ, impeditur per tertium diſtractio, & adiu-
dicatio. ita firmat Grammaticus deciſio. 92. nu. 21,
& ſeq. Natta conſil. 300. in 2, etiam ſecundum hãc
opinionem fuit deciſum in regia Curia præturæ hu
ius vrbis Panormi inter Iulium de Milatio ar. me.
doct. tertium & ſe opponentem contra Iſabellam
de Ramo, dum agebat contra hæredem Franciſci
Ramo, qui erat Siluius Ramo pro ſatisfactione do-
tium ſuarum, quia fuerunt ratione hypothecæ, quã
habebat pro eius credito, ex cauſa debiti cenſus
iuxta formam bullæ, ubi aderat hypotheca cũ con-
ſtituto, admiſſæ oppoſitiones dicti de Milatio tan-
quam tertij ad impediendum diſtractionem, quę
fieri prætendebatur cõtra hæredes ſui viri pro eius
dotibus.

136 Secundò limitatur † in diſtractione, ſeu verius
exactione nominis debitoris rei hypothecatæ, qa
ratione hypothecæ impeditur executio. nam per
exactionem obligatio extinguitur, & creditoris hy
pothecarij efficeretur ius deterius, quia euaneſce-
ret hypotheca. hoc procedit, nedum quando exigi-
tur nomẽ debiti ab eius debitore, ſed etiam à quo-
cunque alio, in quem ius eſſet translatum, vel per
ceſſionem, vel alio modo. Alex. conſ. 15. nu. 4. 5. &
per totum in 6. Goffred. conſ. 6. nu. 17. Natta in di-
cto conſ. 300. Felyn. in c. cum ſuper. nu. 17. verſic. ta
men tertius. de re iud. & hoc etiam ſtante ſtatuto,
quòd non impediatur executio. Crauett. conſ. 109.
num. 33. 34. 35. 36. in ſecundo.

137 Et ſic habes, † quòd in bulla iſte tertius, qui op-
ponit de intereſſe ſub ratione hypothecæ extra pdi
ctos duos caſus non auditur ad impediendam exe-
cutionem cenſuum, & in iſtis terminis poſſent ſal-
uari omnes conſiderationes, ſiue ponderationes, &
argumenta contrariæ opinionis tenentium tertium
non admitti debere ad impediendam executionẽ
cauſatam pro debito cenſus iuxta formam bullæ.

138 Quæ opinio † poteſt etiam habere locũ in quo-
cunque tertio prætendente habere ius in re ſuper
qua eſt cẽſus impoſitus, ſeu in re, quæ ex cauſa de-
biti cenſuum prætenderetur diſtractio, ſeu adiudi-
139 catio; etiam quod ius ſit priuilegiatum, vt † in
vxore prętendente habere ius reſtituendi dotes, &
ſatisfactionem ſibi cõpetere ſuper bonis viri pro-
pter vergentiã viri ad inopiam, quia non poteſt im
pedire executionem, ſiue diſtractionem, niſi priùs
ſit lata ſententia in fauorem vxoris, & deciſum, ꝙ
ſit locus reſtitutioni dotis. Soccin. Sen. conſil. 111.
num. 4. in 3. poſt Paul. de Caſtr. in l. 11. ff. ſolut. mat.
Grammat. deciſione 92. nu. 17. & ſeq. Vrſill. in add.
ad Afflict. in deciſione 199. num. 2. Marſil. in praxi.
Crim. verſic. aggredior. num. 118, 159. Bal. Nouell.
de dote, par. 7. princ. 24. Grammat. add. ad Afflict.
dicta deciſio. 199. in litera b.

Et ſtantibus prędictis rationibus, & cõcluſioni-
bus fuit per Tribunal magnę regię Curię in hac cau
ſa deciſum, quod oppoſitiones ſtarent, & admitte-
rentur in menſe Septembri qntę Ind. 1591. & etiã
in cauſa Deſiatæ de Caſtellis contra Aleonorum
Cali, & Cammari die 14. Iunij. iij. Ind. 1590. & in
alia cauſa don Cæſaris de Milana contra Marianũ
de Iuliana die viij. Iunij. iij. Ind. 1590. & in cauſa
don Franciſci Mirulla contra Angilam Stupia die
22, Ianuarij iij. Ind. 1590.

SVMMARIVM.

1 *Pater in feudis non eſt legitimus adminiſtrator.*
2 *Minor xviii, annis ſi eſt annorum xv. Comes poteſt eſſe in iudicio.*
Quid ſtante cap. regni. nu. 4. 5. 9.
3 *Poteſt dari tali minori curator, an reſtituatur in integrum.*
6 *In iudiciis executiuis minor comparet ſine curatore.*
7 *Pupillo eſt facienda iniunctio ad eligendum curatorẽ, quando eſt maior infante.*
Maximè quando habet patrem. nu. 8.
10 *Poſſeſſori aliquorum prædiorum obligatorum agenti obſtat exceptio cedendarum. nu. 50. 51. 52. 53. & pro rata prædiorum per eum poſſeſſorum. nu. 10. 11. 12.*
11 *Plures poſſeſſores prędiorum ſpecialiter ſubiugatorum an poſſint conueniri inſolidum, vel pro rata. num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. diſtingue. nu. 58. 59. 60.*
45 *Soluente poſſeſſore vnius prædij, & recuperante iura ceſſa agendo contra alios, an poſſit agere inſolidum, vel deducta rata ſui prædij. num. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52.*
54 *Subiugatio facta ſuper tali prædio facit, vt illud prædiũ ſit hypothecatum. nume. 55. 56. 57.*
61 *Obſeruantia contra doctrinã Petri de Gregorio, qui firmat, quod quando conuenitur in perſona, & bonis proprijs non tenetur inſolidum, vnde originem habuit. num. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.*

64 *Exceptio*

64 *Exceptio modificatiua aduerſus executionem contractus venditionis cenſus iuxta formam bullæ non admittitur.num.65.*
65 *Contrarium.num.68.69.decla.nu.71.*
67 *Exceptio cedendarum admittitur.*
70 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*
71 *Pactum de non opponendo prouidet pinguius, quã pragmatica.*
73 *Pactum de non opponendo ſolitum apponi habetur pro poſito, vbi eſt omiſſum.*
74 *Pactum de non opponendo operatur inter contrahentes non quoad tertium.num.75.76.*
77 *Contrarium.num.78.*
76 *Iuramentum non afficit, niſi perſonas iurantes.*
79 *Pacta ſun pars contractus.*
80 *Pacta omnia in contractu apppoſita ſunt pro legibus allegan da.*
81 *Pactum plus operatur, quàm ſtatutum.*
82 *Bulla dat facultatem contrahendi, & in contractu apponendi quaſcunque conuentiones, & quæcunque pacta.*
83 *Pactum quodlibet debet aliquid operari, ne ſit eluſorium, maximè pactum de non opponendo num.84.*
85 *Exceptio ſolutionis an admittatur, ſtante pacto de non opponendo.num.86. 92. 133. quod non in ſolutione probata per confeſſionem.nu.87.88.89. 90. 91. 92. 93.96.122.*
94 *Contrarium.num.95.131.132.*
97 *Item, ſi opponitur poſt terminum a lege, uel a Iudice aſſignatum, non admittitur.nu.126.127.*
100 *Item ſi eſt ſolutio probata per teſtes, non admittitur.*
98 *Itẽ ſi opponitur exceptio ſolutionis coram executore.*
99 *Item, quando non eſt probata ſolutio per publica documenta.num.102.106.107.117.120.128.*
101 *Statutũ, quod non poſſit probari ſolutio per teſtes, ligat clericos.num.102.103.*
103 *Probatio per teſtes, an admittatur, ſi ſunt legaliſſimi. 105 non ſtante pacto de non opponendo.numer. 104. 129.limita, ſi ſunt admiſſi.nume.110. 111. 112. ſublimata.num.113.118.*
109 *Solutio an poſſit probari per tres apocas & ſolutione trium annorum.num.114.125.*
116 *Partita banci an probat ſolutionem.nu.123.139.*
124 *Satisfactio, ſeu ſolutio realis non dicitur detinendo pignora, vel fideiuſſores dando uel faciendo depoſitum.*
129 *Per ſcripturam priuatam non probatur ſolutio.*

DECISIO XIII.

IN Tribunali magnæ regiæ Curiæ fuit agitata cauſa executionis vnc. mille ad inſtantiam Claræ Riualora contra don Franciſcũ de Branci fortibus comitem Mazareni, aliasque perſonas, & bona obligata, & quia ꝑ aliquibus ſummis erat conceſſa dilatio, fuit regulata ad vnc. 867. 21. aduerſus quam executionem fuerunt præſentatæ oppoſitiones per Comitem. capita autem oppoſitionum aliqua fuerunt, vbi fuit opus aliqua diſcutere, & primo illegitimitas perſonæ don Franciſci, dum allegabatur eum eſſe minorẽ annis. 18. & abſentem, & ſic reſpectu minoris ætatis debebat iniſigi ad eligẽdum curatorem, & quoniam erat abſens, debebat eligi prius curator abſentis, cui curatori electo fieret iniunctio de curatore eligẽdo ad litem, & deinde elapſa iniunctione eligi in contumaciam curator ex conſi. Neuizan. conſil, 17.

ET licèt allegaretur, quod don Fabricius pater
ſit legitimus adminiſtrator, quia ſumus in feu-
1 dis † pater non eſt legitimus adminiſtrator ex com-
muni, de qua teſtatur Rolan, à vall. conſil. 71. num.
63 in 2. Caualcan. de vſufruct. mulier. num. 179. ver
ſic. hinc eſt.
Et quoad id, quod dicitur don Franciſcum eſſe
2 ætatis annorum quindecim, † & quia eſt comes ex
refutatione patris ei facta, ergo poteſt eſſe in iudi-
cio abſque curatore ex conſtitutione minoribus
& conſt. minorum iura: dicebatur primò quòd non
poteſt de conſtitutionibus ſe iuuare, dum voluit liti
3 gare cum eo, tanquam cum minore, † & poteſt mi-
nori quindecim annis comiti dari curator, vt reſti-
tuatur in integrum, pro vt Iſern. & Afflict. in dictis
conſtitutionibus.
4 Item ſtante capitulo regis Caroli 78. † non po-
teſt etiam baro, & feudatarius aliquid facere ſine
curatore, quod licèt loquatur de contractibus, etiã
extenditur ad iudicia maximè, quia militat eadem
5 ratio: quia ſtatutum † loquens de contractu locum ſi
bi vendicat ad quaſi contractum. Gomeſius. in §.
omnium num. 28. verſic. circa hoc. inſtit. de actio.
quem ad propoſitum refert, & ſequitur Bonior-
nus ſuper c. prædicto 78.
6 In hoc motiuo in contrarium fuit dictũ †, quòd
ſumus in iudicijs executiuis, vbi non requiritur
tanta ſolennitas iuris, imò poteſt fieri cum minore
ita dictum ſine curatore. Aretin. in l. cùm, & mino-
res. C. ſi aduerſus rem iudicatam: refert, & ſequitur
Neuizan. conſi. 18. nu. 11.
Item iura, quæ poſſent allegari, quòd minori eſt
7 facienda iniunctio † ad eligendum curatorem lo-
quuntur in pupillo maiori infante. Ruber. in conſil.
140. & alij, quos refert & allegat Nauizan. conſi. 97
num. 57. nos vero ſumus in terminis abſentis quo
caſu loquuntur doct. Angel. Rola. & alij allegati p
Menoch. de arbitr. Iud. caſu 150.
8 Et magis in terminis †, quando agitur de conue-
niendo minorẽ, qui habet patrem loquuntur doct.
in l. fi. § . neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. & l. fi. §. pu
pill. ff. de verbor. oblig. clem. in tract. de patria pote
ſtate in c. 6. quaſi per totum.
9 Et cùm ſimus in † minori xv. annorum, & comite
per conſtitutiones regni minorum iura, & conſtitu
tio. minoribus ſufficit, quòd ſit finitus annus 14. vt
tradit Afflict. in dicta conſtitutione minoribus. nu
mer. 13. cum ſequen. & in conſt. minorum iura nu.
15.
Nec obſtat capitulum regni 78. quia quicquid
ſit de dicto Boniorni ſatis ſit, quod fuit datus cura
tor, vt ſatisfiat c. regni.
Secundum principale motiuum, ſuper quo fuit

facta aliqua diſcuſſio fuit, dum allegatur ex parte
10 comitis,quòd iſta Clara† poſſidebat multa feuda,
& qnidem obnoxia, & ſubiugata dictis contractib.
ſubiugationum : vigore quorum agit , & ſic obſtat
ei exceptio cendendarum actionum , ſecundum
Dec.conſi.104.Soccin.conſi.206.in 2.cap.deciſione 51.

In hoc puncto fuit primo dubitatum, an hæc ſubiugatio impoſita ſuper pluribus prædijs,&c.intelligatur pro rata prædictorum, ut non poſſit conueniri detentor vnius prædij inſolidum, ſed pro rata quando detentor nõ ſubiugauit,ſed eſt tertius, qui modo reperitur poſſidere vnum ex prædijs ſubiugatis,& conuenitur,& doct. in regno deueniunt in infraſcriptã ſententiam quam colligere poteris ex eorum dictis,quæ hic recenſebo.

Blaſcus lancea ſuper bulla in verſi. an contra de
11 tentores,ait,†an contra detentores rei ſubiugatæ
poſſit agi inſolidum contra quem libet, vel pro rata, vide ſignanter Bal.in l.ſimilitur ad fin. pen. col. de controuerſ.inueſt.qui tenet pro rata allegat l.2. C.de debit.ciuitatum lib.11.in contrarium facit dicta lex apud ſecundum intellectum Bar. ibi , quem vide 1 Antonius lancea ibidem ſubſequitur circa hanc materiam,vide Soccin.in conſi.135.num.2.in 1.qui allegat gloſ.in l.vnus.C.de diſtra. pignor. qđ ius hypothecæ obligatum eſt indiuiduum ita , vt non diuidatur,nec obſtat id,quod dicitur de relig. domibus in c.conſtitutus,& ibi plures ſunt obligati pro rata,quia ibi erant correi,vel inſolidum obligati,& ſic vult inferre , qnòd ſi hæredes tenerentur pro rata,tantùm eſſet dicendum in bulla,quod ius hypothecæ eſt inuidnum ſecundum Bal.in 2.intell.quæ ſit veritas,vide per tex.Io.de Plat. ea in l. apud eos.C.de debit.ciuit.lib.11.2.col. an pro rata vel inſolidum Bal.in ca.1.§.ſimiliter de controuerſ.Inueſt.in vſib. feud. Abb.in ca. conſtitutus de
12 relig.domibus†loquuntur in actione perſonali,ſecus in reali,quia in perſonali ſcinditur,in reali non quia ius hypothecæ indiuiduum eſt ſecundum Rotam,deciſ.120.& in l.vulgaris.ff.de furt.& l. quandiu.C.de diſtract.pignor.in fin.Bal.in l.1.2.ff.de hęred.vel actio.uendit.& Soccin.in dicto conſil. 135. in 2.colu.in primo.& ſic eſt contra tex.in l.creditoris arbitrio.ff.de diſtract.pignor. vide Ioannem de Platea in dicta l.apud eos,vbi dicit idem , quod ſit indiuiduum.in l.2.C.de controuerſ.fiſci debitor li. 10.Bar.in l.moſchis.de iure. fiſci itẽ nõ poſſunt diuidere in damnũ habentis,ſi non conſentit, vel recepit pro rata.leg. ſi creditores C. de pactis & per Bar.in leg.vnica num.9.C.de metropol. Berit. lib. 11.

Et alibi idem Antonins lancea ſuper verbo detẽ
13 torum,ait,†item ſimiliter ſi fuerint plures detentores rei ſubiugatæ, an quilibet inſolidum poterit conueniri , niſi rem dimittat Bal. in cap. primo. §. ſimiliter de controuerſ. Inueſt. videtur tenere , ꝙ quilibet pro parte,& Abb.in c.conſtitutus.in 2.colum.de relig.domibus, vide eum,qui allegat.l.1.C. de conue.fiſci debitor. ſecundum vnam lecturam, et ſingulariter facit.l.ea, quæ in omnibus.C. famil. herciſcund.licet ex parte actoris poterit agi inſolidum hypothecaria,contra vnum ex hæredibus creditoris.l.1.2.C.ſi vnus ex pluribus hæred. & l.ſolutum.§.ſi creditor,uel .§.ſequẽ.ff.de pignor.actio.& per Bar.in l.moſchis.ff.de iure fiſci,facit, quòd dicit idem Bar.in leg.ſicut certo.§.ſi duobus.ff. commod.item ſi quis eſſet principaliter obligatus , uel hæres poſſeſſor, vide Gloſ.not.in l. mulier indotata.ff.qui potiores in pigno.habe.

Antonius,ſeu Ludouicus Mont'altus ſub infra-
14 ſcriptis verbis, ſed†quæro, an iſte tertius teneatur
pro parte rei ſubiugatæ , & rata tantum , quantùm iſte tertius poſſidet,ſecundum partem rei ſubiugatę,dic,quòd ſic.Bal.in cap.1.§. ſimiliter de controuerſ.inueſt.& id eſſet , ſi eſſent plures res ſubiugatæ, ut tertij poſſeſſores ad penſionem , & ad cenſum fuerint obligati,pro rata per doct.Abb.in cap. conſt.de religi. domib. & Bal.in dicto. §. ſimiliter, prædicta tamen limita,niſi in contractu eſſet dictũ quod omnia bona obligat.inſolidum, nam tunc ille tertius tenebitur inſolidum in re illa , ſic etiam dicimus in perſonis , cùm ualeat argu. de perſonis ad res l.qui rem.ff.de ſtatu homin.l.ſi quis inquilinus.§.ſi ita legatum.ff.de leg.1.

Ioannes Aloyſius de ſeptimo in hoc puncto ait pragmatica vult,quòd contractus cenſualis habet executionem paratam etiam contra perſonam & bona,quorum cunque detentorum,rerum,iurium, & bonorum,&c.ſuper quibus cenſualia fuerunt o-
15 nerata, † igitur ſi quis ſubiugauit pro decem do-
mum unam,& apothecam,& magazenum,& ſimilia an iſta ſubiugatio dicatur eſſe diuiſſa à principio, adeò vt ſi tertius poſſidet unam ex tebus ſubiugatis,uel omnes,ſint penes diuerſos tertios , non poſſit procedi cõtra detentores niſi tantntùm pro rata,& nidetur quod pro rata tãtùm:nam per pragmaticam eſt inductum , quod iſta actio perſonalis poſſit accedere contra ſingularem,& tertium detẽtorem , ergo pro rata tantùm, vt le.2 . C de debit. Ciuit.lib.11. vltra etiam,eam ibi intelligit Bar. vbi
16 vult,quòd†debitor ciuitatis conuenitur pro rata ,
quia non erant expreſsè , vel tacite hypothecatæ : ſed ſolùm conueniebatur ex conſtitutione illius legis ſpeciali priuilegio ciuitatis,& ita uidetur tenere,& intelligere Bal.in terminis quæſtionis noſtræ. in c.primo.§.ſimiliter verſic. extra gloſ.not.de cõ-
17 trouerſ.inueſt.vbi vult,quod†quando poſſeſſor cõ
uenitur contra iuris formam,& regulam,tunc conuenitur pro rata allegat d.l.1. & idem quando multi conueniuntur ad collectas, & per iſtas allegationes magna regia curia ita declarauit. deinde idem Aloyſ.de ſeptimo ſubſequitur.

18 Sed aduerte primo , quia † inſpiciendum eſt,an
pragmatica inducat tacitã hypothecam in bonis ſubiugantis prædia detinentis , vel ſolùm priuilegiat executionem contra detinentem , & ſic contra tertium quia iſto 2. caſu bene procedunt ſuprà dicta.in leg.11.in primo caſu noſtro inſolidum cõuenientur: vt eſt demente Bar.& ibi alleg.& hoc declarato notabiliter, & latius Ioann. de Platea : vbi
19 omnino videas†2.aduertas, quod ſumus extra ter
minos illius l.11.quæ vult,quòd quando agitur contra tertium condictione ex lege 2. diſcutiuntur primo bona principalis debitoris obligati, quod pragmatica reijcit , nec vult diſcuſiones , ſi ergo tollit primùm tollit ſecũdum , quod pro rata teneantur, & ſic ſumus extra terminos illius legis,remaneret

ſolum

ſolùm dictum Bal.ego dicerem,quòd ex quo ſupra
19 pragmatica vult,quod† nõ diſcutiantur bona prin
cipalis,quia poſſunt ſimpliciter capi bona princi-
palis ſubiugata,quæ non ſunt penes ſubiugantem
& tunc clarum eſt quod inſolidum datur exactio
contra tertium poſſeſſorem rei unius ſubiugatæ,
20 †intelligitur tamen ſi res illa penes tertium eſt tã-
ti fructus, ut in ea poſſit à principio conſtitui illud
omnimodum ius penſionis formatum, per ſubiu-
gantes,aliàs non valeret in ea contractus ſubiuga-
tionis,ut dicitur in principali intellectu pragmati-
cæ per dom; Innocentium in c.ſi,de uſuris,cum cõ
cordantibus,aut illud, quod dicit pragmatica,non
excuſſis bonis,intelligi debet quæ ſunt penes prin
cipalem hypothecatis, non tamen expreſſe ſubiu-
gatis,& ſpecialiter, ut pragmatica & tunc ſtãdum
eſſet alteri opinioni:cogita tamen, quòd non ſum
bene reſolutus in hoc, uide circa hoc not. ad intel-
lectum præcedentium Afflictũ in conſtitutione in
poſterum,colum.9.verſiculo,ſed iuxta hoc quæro,
creditor, hæc ſunt dicta Ioannis Aloyſij de Se-
ptimo,

21 Iacobus chircus autem dicit, †quod ſi eſſent plu
res debitores rei ſubiugate, an quilibet poterit cõ
ueniri inſolidum,niſi rem dimittat, & Bal.videtur
dicere,quòd quilibet pro parte, & non inſolidum:
& etiam Abb. in cap. conſtitutus, in. 2. colu. extra
de relig.domib.vide eundem qui allegat.l.2. C. de
conueniend. debitor. fiſci ſecundum vnam lectu-
ram & ſimiliter facit l.ea quæ in rationibus.C.fam,
hercìſcund.licèt ex parte actoris bene poterit hy-
pothecaria agi contra vnum ex hæredibus, vt leg.
ſolutum.§.ſi creditor,ff.de pignor.actio, & proban
tur in leg.moſchis.ff.de iure fiſci: facit,quod idem
not.in leg.ſicut certo.§.duobus.ff.commodat,

Quidam apoſtillans eandem bullam, quam ha-
22 beo ſub incerto authore, † dicit in propoſito caſu
videtur,quòd debet pro rata, Bal.in cap. primo,§,
ſimiliter de controuerſ.inueſt.quòd quoties ſingu
laris ſucceſſor poteſt conueniri contra regulam iu-
ris communis ſi ſunt plures poſſeſſores, qui libet
eſt pro parte conueniendus,& non inſolidum; ſed
in caſu noſtro eſt ita, ergo &cæ, & de hoc allegat
Bal.in tex.in l,2.C.de debitor.fiſci conueniendis li,
11.vbi not.Bar.& Ioannes de Platea beneſacit de-
ciſ.Abb,in ca.conſtitutus de relig.domib,ad idem
facit leg,ſolutum.§,ſolutum.ff.de pignor. actio, vn
23 de inuecta,& illata † per ſecundum conductorem
partis domus non ſunt obligata inſolidum locato-
ri,niſi pro ſumma debita per ipſum conductorem
& iſta opinio eſt amplectenda,quia diſpoſitio prag
24 maticæ† continet jus ſpeciale, quod tertius poſſeſ-
ſor conueniatur actione perſonali,& via executiua
in perſona,& bonis,ideo reſtringendo, vt minus le
dat ius commune.leg.2,C.de noxalibus, & gloſ. in
leg.fin.§.in compntatione.C.de iur. deliber.& te-
nendo iſtam partem, pro qua ſæpe fuit iudica-
tũ, non obſtat leg.creditoris arbitrio.ff.de diſtract.
25 pignor.& leg.moſchis de iure fiſci, †quia loquun-
tur in actione hypothecaria,nimirum ſi res inſoli-
dum annotantur,quia inſolidum eſt obligata: non
26 non obſtat† quòd pragmatica fuerit inducta in fa-
uorem creditoris, ergo non debet poſſe contra eũ
retorqueri.leg.quod fauore. de leg. quia per prag-
maticam non eſt ſublatum remedium hypotheca-
riæ;vnde in electione creditoris eſt, quam velit eli
27 gat† & ideo facit duos caſus, aut enim ſubiugata-
rius vult agere actione hypothecaria & procedit
materia,leg.creditoris arbitrio, aut actione perſo-
nali,& executiua, & ſic priuilegiata contra perſo-
nam,& bona propria ipſius tertij, & tunc poterit
pro rata rei poſſeſſæ; & hoc maximè procederet,
28 † quando res à tertio poſſeſſa non eſſet tanti red-
ditus,quanti eſt ipſa ſubiugatio, quia ſubiugatio,
impoſita ſuper re minoris redditus non valet,imo
eſt vſura,vt per Ioannem de ligna,& alios in ca. in
ciuitate de vſuris,& ita tenet.

Franciſcus Prouinzalis autem dicit & ſi ſit ſub-
iugatio particularium corporum debetur cenſus p
rata ſuper vnoquoque cap.conſtitutus,vbi Abb.de
29 relig.domib. quod †puto verum, ſi perſonali aga-
tur,ſecus ſi hypothecaria, quia omnes in ſolidum
tenẽtur.leg.2,de pignor,an autem, ſi vixit emptor
ita vt interuſuria excedant ſortem contractus, di-
catur vſurarius. Bal,in conſil. 154. mixtum ſic di-
cit in s,& contractus, qui poteſt ad plures ſpecies
trahi,cui adhærebit.Abb,in dicto cap.conſtitutus
cui vltima ſupra dicta allegata,quòd attenet ad hy
pothecam.adde Afflict. in conſtitutione ſi quis in
poſterum. col. 9, & decima Guid. Paps deciſione.
432,Ioannes de Platea in leg.2,C.de debit, ciuita.
& tex.in l.moſchis.de iure fiſci.

Hanc quæſtionem ponit Couarr.uariar, reſol. li.
30 3.cap.7.num.8.vbi † reſoluit inſolidum conueniẽ-
dum tertium poſſeſſorem vnius ex prædijs obliga-
tis,ſed Rodoanus intract.de reb,eccleſiæ non aliẽ,
in rub. de conſtitutione annui cenſus. nu,69.tenet
inſolidum conueniri & vltimo refert Couarr. in
prædicto loco tenere agi debere pro rata hanc quæ
ſtionem ponit Ioannes Baptiſta Lupus gemin. in l,
2.C,de pact,inter empt.& vendito,comment. 2.§,
31 2.num.66.67.& 68.vbi†dicit,quòd magis commu
nis eſt opinio; quòd poſſeſſor poſſit conueniri inſo
lidum pro penſione cenſus,tamen dicit,quod quo-
ad hypothecam,quæ oritur ex hac cenſus conſtitu
tione retineas poſſeſſorem vnius prædij, non debe
re inſolidum conueniri; ſed teneri pro portione
32 poſſe,& ſic quælibet res teneatur pro rata †, ſed
Marti.ab Azpilcueta doct. Nauarr. tract. de vſur.
num,11,4,quæſtione.17.fol.78.tenet conueniri poſ-
ſe inſolidum:hanc opin. quem libet poſſeſſorem cõ
ueniri poſſe inſolidum,nõ ratione hypothecæ, ſed
ex mente contrahentium firmat Aluar, Valaſcus
tract.de iure emphit,quæſtione 32.nu.15.

Petrus autem de Gregorio famoſiſſimus doctor
meus proſocer,cuius dicta in hoc regno ſunt qui-
dem magnæ authoritatis,& ſecundum eius doctri-
nam ſæpe,& ſæpius in tribunalibus cauſæ determi-
nantur, reaſſumendo tres opiniones in infraſcripta
quæſtione concludit modo infraſcripto ſuper bul-
la,in quæſtione 6.verſic,4.aduertendum eſt: quòd
contra tertium poſſeſſorem, ſeu detẽtorẽ corporis
ſpecialiter ſubiugati via executiua pcedi poſſit:ta
men videndum eſt,an poſſit procedi contra tertiũ
poſſeſſorem vnius ex pluribus corporibus,ſpeciali
ter ſubiugatis inſolidum,pro toto cenſu:an vero p
rata corporis ſubiegati, uel pro rata æſtimationis
corporis,ſuper quo reperio tres opiniones docto-
rum,

33 rum,quarum†prima fuit, quòd dicta executio pro
cedat pro rata corporis ſpecialiter ſubiugati tan-
tum, & ratio eſt,quia cum hic agatura actione per-
ſonali,ſeu condictione ex lege cōtra tertium poſſeſ
ſorem uia executiua contra diſpoſitionem iuris cō
munis:quæ vult,quod actio perſonalis, non ſeqna-
tur fundum.leg.fin.§.fin.ff.de contrah.empti.leg.1
§.ſi hæres.ff. ad Trebell. ideo quando plures repe-
riuntur poſſeſſores,quilibet pro rata ſua eſt conue-
niendus,& non inſolidum,ita dixit ad literam Bal.
in cap.1.§.ſimiliter.in 1.colum. verſic. extra nota.
de controuerſ.inueſt.idem voluit Bar.& Ioãnes de
Platea,& alij in leg.11.per illum tex.C.de debit.ci
uita.lib.11.per quem tex.mouetur Bal. in dicto pa
34 ragra.ſimiliter,†ſecunda fuit opinio Bar. & ſeq.in
dicta leg.moſchis.ff. de iure fiſci : vbi voluit, quòd
creditoris arbitrio quilibet poſſeſſor corporis ſpe-
cialiter hypothecati teneretur inſolidum , & non
pro rata per tex.in leg.quandiu. C. de diſtract. pi-
gnor.& per gloſ.in leg. creditoris arbitrio. ff. eodē
titulo,& ratio vtriuſque opinionis eſt ; quia prima
loquitur,quando proceditur cōtra tertium poſſeſſo
rem contra diſpoſitionem iuris communis,ideo ni
mirum reſtringitur pro rata , tanquam exorbitans
per regulam in ca.quæ à iure communi de reg.Iur.
lib.6. & leg. quod contra rationem. ff. eodem. de
reg.iur.ſecunda vero opinio loquitur,quando pro-
35 ceditur†contra tertium poſſeſſorem,iuxta diſpoſi-
tionem iuris communis actione reali hypotheca-
ria,& ſic ordinarie & in rem,& non executiuè,& in
perſonam.

36 Tertia fuit,& eſt opinio†:quòd talis executio ꝓ
cedat contra tertium poſſeſſorem vnum ex plurib.
corporibus ſpecialiter ſubiugatis,non habita ratio-
ne ad totum cenſum debitum , & petitum per em-
ptorem,ſed habita ratione quantitatis penſionis ex
dicto corpore ſpecialiter ſubiugato , & non habita
ratione valoris,ſeu eſtimationis totius corporis ſpe
cialiter ſubiugati : ſed tantùm habita ratione pen-
ſionis,& fructuum, qui percipiebātur ex dicto cor
pore , ſpecialitet ſubiugato tempore alienationis ,
quo prouenit ad ipſum tertium poſſidentem dictū
corpus ſpecialiter ſubiugatum, & non habita ratio
ne ad additamentum,& meliorationem, ac reddi-
tus ſuperuenientes , & concreſcentes poſt aliena-
tionem factam tertio poſſeſſori , ita per illum tex.
in indiuiduo determinat Ioãnes de Platea,& alij in
leg.s.C.de prædijs, & omnibus. reb. nauicul. lib.
11.& ratio eſſe poteſt:quia licèt contractus ex for-
ma ſtatuti habeat paratam executionem,tamen il-
lam habet contra ipſum contrahentem,& eius hæ-
redes,& non contra tertios poſſidentes bona debi
toris obligati in contractu executiuo modo ſed cō
tra tertium poſſeſſorem etiam corporis ſpecialiter
ſubiugati,& obligati agendum eſt actione hypo-
thecaria,& ſic ordinariè , & non executiuè pro vt
voluit Alex.poſt alios in le.prima.§.ſi hæres in pri-
ma colum.primo not. vbi ſcripſi concordantias.ff.
37 ad Trebell.†ergo quatenus ex forma bullæ,ſeu re-
giæ pragmaticæ diſponitur , quòd talis executio
virtute cōtractus iuxta formam bullæ procedat cō
tra tertium poſſeſſorem corporis ſpecialiter ſubiu-
gati & obligati,talis diſpoſitio eſt ſubrogata in lo-
cum actionis hypothecariæ : quæ datur contra ter-
tium poſſeſſorem de iure, ſed creditor hypotheca-
rius de iure communi auocat rem hypotecariam
inſolidum à tertio poſſeſſore, vt tota res vendatur
& de pretio ſatisfiat creditori,& non pro rata cor-
poris hypothecati , ergo eodem modo agi poteſt
& debet via executiua contra tertium poſſeſſorem
38 corporis ſpecialiter ſubiugati,& obligati † item li-
cèt actio hypothecaria expreſſa agatur inſolidum
contra tertium poſſidentem,vt tota res hypotheca
ta vendatur,& de pretio ipſius ſatisfiat creditori :
non tamen agitur inſolidum reſpectu totius credi-
ti prędicti,prætenſi per ipſum creditorem, quia ꝓ
reſiduo debet habere regreſſum contra alios poſſeſ
ſores corporum hypothecatorum,& ſic hoc uerbū
39 †in ſolidum contra tertium poſſeſſorem intelligi-
tur reſpectu totius rei hypothecatæ poſſeſſæ per
tertium,& non reſpectu totius debiti,& ſic non re
40 ſpectu creditoris,& † ideo dico,quòd quatenus a-
geretur virtute contractus ſubiugatorij pro penſio
ne debita uia executiua,& reali per primum,& ſe-
cundum decretum,ad ipſum corpus poſſeſſum , &
non in perſonam ipſius tertij poſſeſſoris bene agi
potuit inſolidum iuxta æſtimationem corporis poſ
ſeſſi,ſpecialiter ſubiugati, vt totum ipſum corpus
vendatur , & de pretio ſatisfiat,ita loquitur tex. &
doct.in dicta lege ſecunda.C.de debit. Ciuit. li.11
41 † quatenus verò ageretur pro penſione prædicta
via executiua contra tertium poſſeſſorem corpo-
ris ſpecialiter ſubiugati in perſonam tertij poſſeſ-
ſoris ratione poſſeſſionis corporis prædicti , &
tunc bene agi poteſt inſolidum, iuxta quantitatem
penſionis,ſeu reddituum ac fructuum percipien-
dorum ex corpore ſubiugato ſpecialiter,& nō iux-
ta quantitatem,& æſtimationem ipſius corporis.&
ſic attenta ratione redditnū, & non patrimonij ip-
ſius corporis ſubiugati,quia cùm agitur in perſonā
tertij poſſeſſoris ipſe tertius non tenetur, niſi quo-
ad emolumentum , quod percipit ex penſione, &
ex reddita, & non quoad patrimonium,vel æſtima
tionem corporis ſpecialiter ſubiugati , ita loquitur
tex.& Ioãnes de Platea in dicta lege ſecunda.C.de
debit.Ciuit. lib. 11. & ideo Iaſ.in §.item ſi quis in
fraudem in vltima colu.inſtit. de actionibus , dum
allegat Bar.in leg.moſchis,quod potuit agi contra
tertium poſſeſſorem inſolidum , quatenus ad eum
peruenit,& ſic pro quantitate æſtimationis corpo-
ris ſpecialiter ſubiugati: quando agitur actione rea
li,& executiua per primum,& ſecundum decretū
& pro quantitate penſionis,ſeu redditus dicti cor-
poris,quando agitur in perſonam tertij poſſiden-
42 tis corpus ſpecialiter ſubiugatum†. Item ſicut quā
do agitur actione hypothecaria contra tertiū poſ-
ſeſſorem attenditur valor , & æſtimatio rei hypo-
thecatæ,pro vt erat tempore alienationis, quando
peruenit ad ipſum tertium,ita vt liberetur ipſe ter
tius poſſeſſor ſoluendo æſtimationem corporis , ꝓ
vt erat tempore alienationis abſque aliquo pretio
vel æſtimatione melioramentorum , vt voluit Bar.
& Ioannes de Platea in dicta.l.2.in 2.col.in quinto
not.C.de prædiis,& omnibus rebus nauic.lib.11.
ita in propoſito ſi agitur contra tertium poſſeſſorē
via executiua pro debito bullæ iuxta formam con-
tractus venditionis iurium cenſualium, attendi de
bet æſtimatio rei , quæ erat tempore alienationis ;

ſi aga-

ſi ligatur realiter, non habita ratione melioramen
torum, ſeu redditum ſuperexcreſcentium poſt di
ctam alienationem, confirmantur prædicta: quia ſi
43 tertius poſſeſſor † teneretur inſolidum reſpectu to-
tius debiti, & non redditum corporis ſubiugati, ſi
dicti redditus non aſcenderent ad totam ſummam
iuris cenſus debitj petiti, talis contractus reddere-
tur illicitus, quia ſequeretur, quòd ex tali corpore
non producerentur tot fructus, ſeu redditus à ſolo
ſeparati, quot ſufficerent ad totam ſummam an-
nualium iurium, quolibet anno impoſitam ſuper di
cto corpore, & per conſequens talis venditio exce
deret tertiam decimam partem fructuum, ſeu red-
dituum prouenientium ex illo corpore, pro vt vo-
luit Laurent. de Rodul. in ſuo tract. de vſur. 2. queſt.
primæ partis. Guid. Pap. in tract. ſuo de contracti-
bus illicitis in vij. col. & ſeq. verſic. quod ſi vendē-
di, de quo latius ſcripſi ſupra in vi. queſtione prin-
cipali uerſiculo tertio requiritur, & hanc tertiam
opinionem tenui tanquam magis communem ſa-
pientem æquitatem & conformem iuri commu
ni, & facientem ad contractum prædictum, omnia
prædicta firmantur à Petro de Gegorio in quæ-
ſtione præalle gata.

Hanc etiã quæſtionem ponit Nicolaus Intriglo-
lus infraſcriptis ſuis quæſtionibus bullaribus quæ
ſtione 52. cuius dicta non conſonant in practica, vt
ex ſupradictis, nec non & ex infraſcriptis facilius
colligere potes.

Et ſic ex ſupradictis authoribus, & iuribus, ac
rationibus per eos allegatis habes confirmatam il-
lam concluſionem hodie receptam in magnis tri-
44 bunalibus; quod quando aliquis poſſeſſor † alicuius
ex prædijs ſubiugatis conuenitur, & ſoluit totum
interuſurium vnius anni, vel plurium annorum,
quorum nõ fuerat ſolutus annuus redditus bulla
ris, ſi obtinet à creditore iurium ceſſionem contra
alia prædia, & poſſeſſores aliorum ſpecialiter ſubiu
gatorum, non poteſt experiri iura ceſſa cõtra alios
poſſeſſores cæterorum prædiorum in totum, ſed
pro rata ſecundum prædicta, addo etiam tex. in le.
cum poſſeſſor. de cenſib. Capic. deciſione 51. num.
3.9. & in terminis noſtris indiuidualiter firmar An
tonius lancea, & Boniornus, Iacobus chirchus per
me omnes allegati in ſupradic. deciſione. 2. incipiē
te in cauſis vertentibus, & licèt ipſe Nicolaus intri
glolus in ſuis quæſtionibus bullaribus quæſtione
ſua 52. à num. 11. vſque in finem ponat hunc pun-
ctum multa allegans, tamen eius reſolutiones nõ
correſpondent his, quæ in practica ſeruantur ho-
die, pro vt colligere poteris ex ſupradictis, & reli
quis dictis in prędicta mea deciſione incipiente in
cauſis vertentibus.

45 Equidem † in hac difficultate dico, quòd quantũ
pertinet ad poſſeſſorem vnius prædii ſubiugati ſol
uentem creditori, & recuperantem iurium ceſſio-
nem, quòd quando agit contra alium poſſeſſorem
alterius prędii ſubiugati iuribus ceſſis vtẽdo, quòd
non poſſit agere inſolidum, ſed prorata ſcilicet de
ducta rata prędii per eũ poſſeſſi, iuxta prędictos te
neo veram, & optimo iure per prædicta fundatam
hanc opinionem.

46 Sed † aduerſus prædicta obiiciebatur, quòd poſ-
ſeſſore vnius prædii ſoluente, & recuperante iuriũ
ceſſionem à creditore, deinde agente contra alios
poſſeſſores aliorum prædiorum ſubiugatorum, qđ
pro rata ſui prædij non obſtat exceptio cedenda-
rum, quoniam poſt quæſitam actionem ex ceſſione
ſibi facta à creditore, cui iſte tertius poſſeſſor co-
ctè ſoluit, ſuum prędium fuit liberatum, quia res p
pria non poteſt eſſe ſibi ipſi obligata, & hypothe-
cata: & res ſua nemini ſeruit. leg. neque pignus. ff.
de reg. iuris. ex qua liberatione ſubſecuta non po-
teſt deinde conuentus tanquam poſſeſſor alterius
prędij ſubiugati excipere de ceſſione facienda con
tra ſe ipſum, ſaltem pro rata ſui prędij per eum poſ
47 ſeſſi, & ſic de ceſſione cedẽdarum, quia licèt † præ
dicta hæc exceptio cedendarum procedat, quan-
do alter fideiuſſor liberatur, vel correus, & pro par
te confideiuſſoris obſtet exceptio cedendarum leg.
ſtichum §. ſi creditor. il 2. ff. de ſolut. leg. ſi pupillus
alterum. ff. de adminiſtr. tutor. vtrobique Bar. atta-
48 men, quando † poſſeſſor conuentus ſoluendo & ob-
tinere intendit ceſſionem contra alios obligatos,
& poſſeſſores aliorum prædiorum ſimul obligato-
rum cum prædio per eum poſſeſſo, non poteſt op-
ponere exceptionem cedendarum contra actorem
ex eo quòd alia prædia, quæ erant ſimul obligata
fuerint per eum liberata iuxta tradita late Per An-
tonium Neguſantium de Fano in tractatu de pi-
gnor. tertio membro quintæ partis num. 29. 30. 31.
ſed huic obiecto facilis datur reſponſio, nam.

Tenendo prædictam opinionem non obſtat præ
49 dictum obiectũ: quoniã reſpõdeo, quod licèt † ter
tius poſſeſſor ſoluendo recipiat iurium ceſſionem,
non tamen acquirit ceſſionem in totum etiam re-
ſpectu prædij per eum poſſeſſi, vt etiam pro rata
prædij per eum poſſeſſi, poſſit ea iura ex periri con
tra alios, pro ut colligitur ex tex. iuncta Gloſ. in le.
cum poſſeſſor. ff. de cenſib. Capic. deciſione 51. nu.
8.9. Boniornus, & lancea, Iacobus chirchus ſupra al
legati & hoc dixi in ſchirardia, diciſione incipien-
te In cauſis vertentibus. Deciſ. 2.

50 Et ſic nec etiam obſtat † id, quod dicit etiam Ne
guſantius de Fano in dicto tract. de pigno. 3. mem
bro quintæ quæſtionis num. 31. verſic. 4. dubitatur
& num. 32. dum tenet contra Decium in conſi. 104
quod poſſeſſor non poteſt petere, quod cedantur
iura contra creditorem, & ſic contra ſe ipſum &
per conſequens contra ceſſionarium qui per ceſſiō
nem habet uices creditoris: ut iſte tertius poſſeſſor
ceſſionarius creditoris, cui ſoluit poſſit agere in to
tũ: nec poteſt obiici ei, quod pro rata ſui prædii et
inſolidum obligati obſtet exceptio cedendarum,
quia reſpondeo, quòd eius dictum procedat fir-
51 mando, & tenendo †, quod pro rata ſui prædij non
quæſiuit actionem ut ſupra dixi, ſed quod ſi quæſi-
uit, quòd teneatur cedere iura, etiam contra ſeip-
ſum ſecundum Decium dicto conſilio 104. quod fir
mare etiam videtur Soccin. Sen. conſi. 206. verſicu.
confirmatur iſta in 2. Decium ſequitur. Blaſcus lan
52 cea ſuper bolla. ibi dum ait † agens contra tertios
poſſeſſores, uel contra fideiuſſores teneatur cede-
re iura quæ habet contra alios idem tex. in leg. ſol-
uitur. ff. qui pot. in pignor. habes per Dec. conſil.
104. x. colu. in primo, & an eodem modo teneatur
cedere iura, quæ habet contra ſe ipſum v. per Iaſ. in
leg. frater à fratre in x. colu. in 14. not. num. 24 ff. de
cond.

cō:l.indeb. in prima lectura per Specul. quem ibi
refert Iaſon. quæ apoſtilla eſt etiam poſita ſub eiſ-
dem verbis ſub Ioanne Philippo de Paternione &
ſic optime procedit prædicta opinio quod iſte poſ
ſeſſor non poteſt iura ceſſa experiri, niſi pro rata,
& ex ſupradictis rationibus magna regia Curia
decreuit oppoſitiones reiici pro certa ſumma, &
quoad eam ſummam pro rata corporum, & fuit eo
modo interlocutum, quòd oppoſitiones reiiceren-
tur quoad certam ſummam, & pro rata corporum
ſed condeſcendēdo ad aliam dubitationem, & quæ
ſtionem in caſu, qui frequenter accidit.

Quid dicendum igitur in reſolutione dubitatio-
53 nis alterius quæſtionis in terminis †, quando credi
tor, & ſubiugatarius agit contra vnum ex poſſeſſo-
ribus vnius ex prædiis ſpecialiter ſubiugatis facit
multum dubitare an etiam determinatio ſupradi-
cta procedat in iſto caſu ſcilicet, quando creditor
agit contra vnum poſſeſſorem ex prædiis obligatis
an teneatur pro rata tantum prędii poſſeſſi, & licèt
videatur opinio Petri de Gregorio in præcedenti
quæſtione, in his terminis firmata iuridica, & fun-
data optimis rationibus, & eius diſtinctio ſeruari
debeat, tamen in vno capite, quando agitur per
creditorem ſubiugatarium contra tertium, & ter-
tius cogitur de perſona, & in bonis propriis ter-
tij condictione ex lege ſcilicet, ex diſpoſitione prag
maticæ opinio Petri de Gregorio in loco prælle-
gato uidetur quod in hoc capite per iudicantes nō
fuerit amplexa, ſed opinio illorū eſt recepta, quòd
poſſit inſolidum conueniri poſſeſſor vnius prædii
etiam, quòd agatur contra propriam perſonam, &
propria bona, ſed quia mihi multum ſatisfacit opi-
nio Petri de Gregorio per rationes per eum allega
tas, conabor in quantum potero perquirere ratio-
nē, in qua fundari poſſit obſeruātia, quæ uidetur cō
traria prædictæ opinioni Petri de Gregorio, dum
ſemper uidi ſeruari in hoc caſu contra eum, & ita
ſemper practicaui uidi, decidere, & decidi plerūq;
quod quādo cōuenitur tertius poſſeſſor unius præ
dij ſubiugati, licèt ad ſint prędia ſubiugata pro eo
debito cenſus, & obligata tunc conuenitur inſoli-
dum pro toto debito interuſuriorum etiam de per
ſona, & ſuper eius bonis, quando tertius conueni-
tur per creditorem ſubiugatarium. ſed antequam
deueniam ad dilucidationem prædictæ obſeruan-
tiæ contra opinionem Petri de Gregorio, etiam ꝓ
corroboratione prædictorum ſupra poſitorum per
54 allegatos doctores † primo conſiderabam: quod
per ſubigationem ſuper re ſubiugata ſpecialiter
impoſita ex uerbis bullæ dicatur contracta hypo-
theca ſuper ipſa re ſpecialiter ſubiugata ſecundū
uerba & diſpoſitionem bullæ, quia ponderando
uerbum ſuper rebus, verbum ſuper operatur, pi-
gnoris obligationem ſecūdum Roma. ſing. ſuo 631
incipien. cum dico præſta, quod verbum ponderat
Ludouic. Mont'altus ſuper bulla ibi ſuper. Roma-
num ſequitur cremenſis ſing. 46. idem Roman. cō-
ſil. 388. quem refert, & ſequitur Achilles Pedrocha
conſil. 2. nu. 81. Paul. Caſtr. conſi. 333. in 1. Crauet.
conſi. 217. num. 5. verſic. idem voluit idem Romā.
conſil. 508. hoc dictum, quòd per dictionem ſuper
inducatur hypotheca firmat Ripa in rub. ff. de pi-
gnor. num. 5. Beltram. conſil. 186. ponitur in facto
in 3. Neguſant de pignor. 4. membro ſecundæ par-
tit verſic. 23. caſus latè Mandos add. ad Roman. in
dicto conſilio 388. quem Romanum refert etiam
prouinzalis ſuper bulla in terminis. Io. Petrus Sur-
dus in conſi. 162. num. 9. 10. in 2. licèt contrarium
teneat Aluar. valaſcus tract. de iure emphiteo. quæ
ſtione 32. num. 13. qui deinde in num. 17. prædi-
ctam opinionem firmare videtur quod ſit contra-
55 cta hypotheca, & † tertius poſſit conueniri actione
perſonali pro debito hoc contracto ſuper re. Nico
laus Euerardus conſil. 147. Achilles Pedroche con
ſil. 2. num. 83. 84. 85. 86. 87. qui loquitur in cenſu
Bero. conſil. 150. à num. 20. vſque ad. 31. in 3. &
Corne. Ruyn. Crauett. Iaſ. Menoch. Abb. Natta Ma-
zol. alllegati per eundem.

Blaſcus lancea autem ſuper dicta bulla idem cō
56 cludit, dum ait † quod ſi in inſtrumento apparet,
quod talis mutuauit centum caio ſuper tali poſſeſ-
ſione, nec apparet in inſtrumento, quod fuerit obli
gata, an per talia verba uideať obligara, vř cōclude
re, ꝙ ſic, dū allegat Paul. de Caſtr. in d. l. codicillis.
§. inſtituto. ff. de l. 2. vbi ēt Paulus, ꝙ ſi quis promit
tit aliquid ſub certa pœna licèt nō appareat de pę
næ promiſſione, quod videtur nihilominus promiſ
ſa iuxta notata per Gloſ. & doct. in leg. reſcriptum
§. ſi pacto. ff. de pact. & per Gloſ. & Bar. in leg. ſi ea
die in fine. ff. de verbor. oblig. hæc apoſtilla poni-
tur etiam ſub dicto Ioanne Philippo de Pater-
nione.

Si ergo dum à bulla requiritur, quòd cenſus im
ponatur ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, &cæ.
57 verbum † ſuper, importat hypothecam ſuper re ſu
biugata ex prædictis. & tex. in dicto. §. inſtituto. &
Bar. in leg. fundum. ff. de annuis legat. ideo colligo
ex ſupradictis iuribus infraſcriptas Concluſiones
58 †. prima ſit concluſio, quòd vbi à lege, ſeu ſtatuto
datur actio contra tertium, non poteſt agi inſolidū
ſed pro rata procedit, nulla data hypotheca expreſ
ſa, vel tacita, quia iſto caſu nō poteſt dari inſolidū
contra plures: ſed pro rata, & ita loquitur tex. in dì
cta lege ſecunda. C. de debit. ciuitat. lib. 11. & iura
ſuprà allegata.

59 Secunda concluſio, † quod quando agitur actio-
ne hypothecaria, poteſt inſolidum agi contra quē
libet poſſeſſorem. l. moſchis. vbi Bar. ff. de iure fiſci
l. quanuis, ubi & not. C. de diſtr. pignor. & le. credi
toris eadem. leg. 1. 11. C. ſi vnus ex pluribus hæred.
creditor, vel debitor: & nos ſumus in iſta ſecunda
concluſione, cùm inducta ſit hypotheca per impo
ſitionem cenſus ſuper re ſpecialiter ſubiugata, ſed
iſta concluſio in terminis noſtris non haberet dif-
ficultatem, quantum pertinet ad conſequendam
ſatisfactionem ſuper re, quæ eſt ſubiugata: ut ea iu
re pignoris capiatur, & per primum, & ſecundum
decretum diſtrahatur via executiua ex priuilegio
bullæ, vt inſolidum pro toto debito agatur, ſi eius
60 valor aſcendit ad totum debitum, ſed † difficultas
eſt reſpectu perſonæ & propriorū bonorum tertii
poſſeſſoris poſſidentis rem ſpecialiter obligatam,
quia quoad coactionem eius perſonæ tertii poſſeſ-
ſoris rei ſpecialiter ſubiugatæ, & bonorum ſuorū
propriorum non poteſt agi, niſi condictione ex le-
ge, & hæc ex diſpoſitione pragmaticæ, non ex cau-
ſa præcedentis obligationis, & hypothecæ proue-

nientis

mentis ex contractu: & quæ ex conuentione contra
hentium fuit orta per ſubiugationem, & cenſus im
poſitionem, cùm ea bona nunquam fuerint in do-
minio, & poſſeſſione principalis cõtrahentis, in quo
caſu Petrus de Gregorio firmat poſſe cogi pro quã
titate penſionis, ſeu redditum ſeu fructuum perci
piendorum ex corpore ſubiugato, & non iuxta qua
litatem, & æſtimationem corporis ſubiugati per eũ
poſſeſſi.

Et hęc concluſio poteſt corroborari etiam illa ra
61 tione, † quia ſubiugatio quæ impoſita eſt ſuper re,
quæ non facit tantos fructus, quantum eſt cenſus
uenditus non ſubſiſtit, neque tenet pro ut ſuprà di
xi: ex aliquib. doct. regni, & ponit Rodoanus in tra
ctatu de rebus eccleſiæ non alienandis. in rub. de
conſt. annui cenſus num. 39. & ſeq. vſque ad nume
rum 55. & dixi in alia mea deciſione. Cannetius ſu-
per cap. volentes ſol. t 196. in cap. Sed præſtat num.
61. & fol. 164. in cap. incipiente ſucceſſiuè ſubnecti-
tur num. 12.

62 Sed † quia in hoc eſt obſeruantia, quod cogitur
inſolidum & non pro tata in hac prima Iudicij in-
ſtantita præſcrutabar, quòd hæc obſeruantia quòd
illa exceptio non admittitur in prima inſtantia, &
prima parte Iudicij: ſed reſeruari debet in alia Iu-
dicij inſtantia poſt factam ſolutionem, ut in cauſa
oppoſitoria, uel in repetitione condictione indebi-
63 ti procedere poſſet ratione illa, quia † dicere, quod
iſta res ſpecialiter ſubiugata, non eſt tanti reddi-
tus, & quod ob id poſſeſſor inſolidum non tenea-
tur pro tota ſumma de perſona, nec cogi poſſit, vel
in bonis ſuis moleſtari pro tota ſumma, reſpicit
hæc exceptio modificationem executionis, quæ ex
diſpoſitione pragmaticæ dicitur reiecta omnis ex-
ceptio etiam, quod ſit modificatiua ante factam ſo
lutionem.

64 Et quòd modificatiuę † exceptiones in bulla re-
pellantur, firmat Ioannes Aloyſius de ſeptimo in il
la quæſtione, an admittatur exceptio ſimulationis
in 2. argumento in 2. verſic. ait ſecundo confirma-
tur iſta concluſio alio fundamento, nam doctores
omnes hucuſque allegati loquuntur, quando ſtatu
tum loquitur fauendo inſtrumento, vel contractui
& in his terminis loquitur Bar. in dicto. §. & parui
& omnes; eſt alius caſus, quando ſtatutum fauet
executioni: quando dicit contra executionem nihil
opponi poſſit tunc, omnes exceptiones etiam mo-
dificatiuæ repelluntur, quia lex, vel ſtatutum fa-
uet executioni, non contractui. iſtam differentiam,
& diſtinctionem facit Bar. in leg. filius. ff. quod cũ
eo, quem ibi ſequitur Paol. de Caſtr. ſentit Angel.
& ſequitur dominus Antonius de Canario in dicto
tract. de executione inſtrumeot. quæſtione 28. in fi-
ne: ſed pragmatica priuilegiat executionem (ibi
quæ quidem executio nullo ſalſitatis nullitatis) er-
go contra eam nulla exceptio, etiam modificatiua
& alia etiã rationabilis opponi poteſt. Et per iſtud
fundamentum apparet, quod ſi non fuiſſet reſerua
ta ibi exceptio ſolutionis, quod vtique non potuiſ-
ſet opponi. non obſtat ſupra dum dicit, ſancimus
huiuſmodi contractus, ſeu inſtrumenta, & ſic velit
fauere contractui, vel inſtrumento, ergo poſſent op-
poni exceptiones tangentes contractum ſecundũ
Bar. in dicto. §. & parui, quia tunc tex. ibi loquitur
ad effectum, quod habeat executionem paratam:
quando uero loquitur de expulſione exceptionis
loquitur per verbum executio, & in caſu diuerſo
loquuntur. & in uerſic. 3. reſpondet. Io: Aloyſius
de Septimo quod illæ doctrinæ procedunt, quan-
do denegantur exceptiones circa inſtrumentum;
vel contractum, ſed in caſu noſtro denegantur de-
fenſiones circa executionẽ, quo caſu exceptiones
modificatiuæ, & nullæ opponuntur vt dictum fuit
in 2. fundamento præſeotis partis, & hanc conſide
rationem, an tollat exceptiones, an vero defenſio-
nes, facit Angel. in rub. de exceptio. inſtit. colu. 2.
num. 3. qui docet, quod non poſſit opponi excep-
tio, quæ alias competebat de iure comuni, vide
Abb. in cap. item, cùm quis col. 3. verſi. quid autem
ſi ſtatutum extra de reſt. ſpolia. & ideo per prædi-
ctam doctrinam Ioannis Aloyſij de ſeptimo vide-
65 tur, quòd † opinio Petri de Gregorio, & eius doctri
na ſit vera in caſu 53. quod hæc non poterunt diſcuſ
ti in hac prima parte iudicij ſed in alia iudicij in-
ſtantia, poſt factam ſolutionem, & ſic in cauſa oppo
ſitoria, & quia Io: Aloyſij de Septimo doctrina fa-
cit multùm pro concordantia obſeruantiæ, cum
doct. Petri de Gregorio, ideo occaſione præſentis
deciſionis in calce iſtius ſubſequenter tranſcribe-
re volui totam quæſtionem Ioannis Aloyſij de Sep
timo, quam facit ſuper bulla ſuper illo puncto: an
admittatur aduerſus executionem debiti cenſus
bullaris exceptio ſimulationis, vbi etiam ipſe ponit
prædicta per me ſupra poſita.

Sed quantùm pertinet ad hanc concluſionem,
quòd ſtante regia pragmatica reijciens omnes ex
ceptiones, & admittens tantùm exceptionem ſolu
tioois, an dicantur reiectæ exceptiones modifica-
tiuæ, Petrus de Gregorio ſuper bulla tenet contra
Ioannem Aloyſium de Septimo in quæſtione nona.
verſic. confirmatur hoc, dum ait, quia dicitur in
principio dictæ regiæ pragmaticæ ſanctionis: quòd
66 huiuſmodi † contractus iurium cenſualium, & inſtã
tia tanquam res iudicata, & nulla prouocatione ſuſ-
penſa promptam, & paratam executionem ha-
beat ſicut res iudicata, non reijcit exceptiones mo
dificatiuas, quæ non impugnant ipſam ſententiam
& voluit Iaſo. in leg. 1. vbi enumerat plures caſus.
C. de iur. & fact. igno. ergo eodem modo dicendũ
erit in propoſito ut ea exceptio modificatiua, quæ
non impedit, aut differt, uel impugnat ipſam execu-
tionem, pariformiter admitti poſſit, quia illa non
cenſetur eſſe reiecta ab ea regia pragmatica ſan-
ctiooe, vt patet ex præmiſſis: vnde ſi fuit cauſata
executio virtute dicti contractus ſubiugatorij con-
tra fideiuſſores annui iuris cenſus prædicti, & illi
67 opponant exceptionem † cedendarum actionum,
talis exceptio, vt pote non impediens, nec impu-
gnans executionem prædictam admitti debet. ita
Bal. in authe. præſente, & leg. fideiuſſ. in principio
C. de fideiuſſor. quem refert, & ſequitur dict. Be-
ned. de barag. in ſuo tract. de inſtrumento guaren-
tig. in 8. 9. 3. part. & Angel. Aret. in rubr. de except.
68 inſtit. col. 8. eodem † modo poterit opponi exce-
ptio modificatiua ſententiæ, quæ tranſiuit in rem
iudicatam: de quibus per Iaſon. in dicta le. 1. C. de
iur. & fact. igno. & quatenus opponi non poſſet alia
exceptio præterquam realis ſolutionis, quæ nõ im-
pugnat

pugnat ipſam executionem, ut ſuperius dixi,tamē
66 † intelligo huiuſmodi exceptionē admitti poſſe,
quatenus de ea legitimè conſtiterit authenticis do
cumentis, vel aliis ſcripturis facientibus plenam
fidem,& nō alter,quia quemadmodum dicta prag
matica ſanctio hanc ſolam admittit exceptionem
realis ſolutionis aduerſus executionem prædictam
quæ legitme probatur authenticis documentis vel
aliis ſcripturis plenam facientibus fidem; eodem
mndo debet poſſe admitti alia exceptio non impu
gnans ipſam executionem niſi de illa conſtiterit au
thenticis documentis, aut aliis ſcripturis plenam
70 facientibus fidem † & vna determinatio vnius ex-
ceptionis admittendæ reſpiciens plura determina
bilia diuerſarum exceptionum admittēdarum, de
bet ila æqualiter determinare quaternus de vna
quaque exceptione legitimè conſtiterit authenti-
cis documentis,aut aliis ſcriptuis plenam fidem
facientibus,& non per alias ſpecies probationum.
arg.eorum quæ habent in leg. iam hoc iure.ff.de
vulg.& pupill.& in l.quanuis. C.de impuberum. &
aliis ſubſt.

Et ſic ex ſupraſcriptis uerbis Petri de Gregorio
habes in hoc contrariam opinionem contradicen-
tem argumento Ioānis Aloyſii de ſeptimo,qui hoc
tenet in loco præallegato licèt Ioan. Aloyſ. non di
ſputet hanc quæſtionem in ſpecie ſed per tranſen-
nam hoc ponit in illa quæſtione:an admittatur ex-
ceptio ſimulationis.

Ergo pro iuſtificanda obſeruantia prædicta,quā
dico originem ſumpſiſſe ex ratione dicta, quod nō
admittatur exceptio modificatiua nec obſtat doct.
71 Petri de Gregorio prædicta quia† ſecundum eun-
dem Petrum de Gregorio tollitur exceptio modifi
catiua per pactum de non opponendo, & de ſtylo
hoc pactum ſolitum eſt apponi in contractibus ſu-
biugationum ſcilicet cum pacto de non opponen-
do &c.vbi ex natura ipſius pacti includitur exclu-
ſio exceptionum,etiam modificatiuarum ex lectu-
ra ipſius pacti extenſi per eundem Petrum de Gre
gorio,quæſtione 10. in tract.bullæ verſic. 4. noluit,
pro modo non me extēdo circa diſcuſſionem,quæ
ſit verior opininio,an Ioannis Aloyſii de Septimo
vel Petri de Gregorio quia ſufficit mihi pro corro-
boranda obſeruantia coadiuuare ex eo, quod etiā
colligitur ex doctr. eiuſdem de Gregorio ibidem
in dicta quæſtione 10.verſic. tertio deduco ex alio:
vbi concludit ſub infraſcriptis uerbis, quia regia
pragmatica ſanctio reiicit omnes exceptiones, quę
impugnant ipſam executionem, & per quam exe-
cutio impediri ualeat quomodo libet, vel diferri,&
72 habet uim rei iudicatæ,& ſic† non reiicit modifica
tiuas exceptiones, quia ſicut non impugnat ſenten
tiam,ita nec impugnat,nec differt,aut impedit ip-
ſam executionem, prout ſcripſi ſupra in præcedēti
quæſtione.2. verſic. intelligo per ea,quæ ponit Iaſ.
in leg.1.C.de iur.igno.ſed tale pactum de non op-
ponendo non ſolum reiicit exceptiones impediti-
uas,ſed & modificatiuas: ex quo illas tantum dif-
fert poſt factam ſolutionem, ergo pinguius proui-
det tale pactum reiectiuum circa huiuſmodi exce-
ptiones reiiciendas, quam prouiſum fuit emptori
virtute regię pragmaticę ſanctionis prædictę, &
nō ſolum pinguius prouidet circa huiuſcemodi ex
ceptiones reiiciendas,ſed etiam circa modum pro
cedendi executiuum; vt ſi contigerit pignora & q̃
uis bona capi, non poſſunt adiudicari prædictori,
creditori nec inſolutum dari ſed uendantur ad di-
ſcurſum plus offerenti abſque aliqua æſtimatione,
& nullis ſeruatis Curiæ ſolennitatibus,& quod li-
cet uariari de bonis ad perſonas, & è conuerſo de
perſona ad bona toties,quoties &c.uiſum fuerit ex
73 pedire de quibus verbis, & aliis † quæ conſueue-
runt apponi de ſtylo & conſuetudine notariorum,
in huiuſmodi cōtractu ſubiugatorio.& in huiuſmo
di contractu ſubiugatorio, & in huiuſmodi pacto
de non opponendo,quæ haberi debent pro appo-
ſitis,ut voluit gloſ.& doct.in l.fin. C. de fideiuſ. &
leg. incerti conditio.§.ſi nummos.ff.ſi certum pe-
tatur.& in le.vt liberis.C.de collat.ſequitur, quòd
ex iis pinguius prouidet tale pactum de non oppo
nendo ad reiiciendas exceptiones,quæ facerent ꝑ
ipſo principali venditore, aut eius fideiuſſore, aut
hæredibus,quàm fuit contra eos prouiſum per di-
ctam regiam pragmaticam ſanctionem, & pro di
cto pacto reiectiuo per quæ firmata per Petrum de
Gregorio apparet quòd hodie ex modo contrahē
di reijcitur exceptio modificatiua.
74 Et licèt† idem Petrus de Gregorio deinde in ea
dem quæſtione ſtatim ſubſequenter ponat aduer-
tendum eſſe,quod licet tale pactum de non oppo-
nendo differat,& impediat omnes exceptiones an
te ſolutionem pro ut ſuperius dixi,impedit,& dif-
fert reſpectu contrahentis nominati in dicto con-
tractu ſubiugatorio, & eius fideiuſſoris,& hęredis
non autem reſpectu tertij nō nominati in dicto cō
tractu, etiam poſſidentis corpora ſpecialiter ſubiu
gata,prout voluit Bal.in leg.11.C.de exec. rei. Iu-
dic.& in leg. ſi pro te C. de dotis promiſſio. & vo-
luit Soccin.Iun.conſi.158.incip.viſis in quarta col.
75 verſic.ſed ago in 2. † quia tale pactum non afficit
ſingularem ſucceſſorem contractus forte habuit
facultatem rei reſtituendæ in leg.3.§. hæres.ff. co-
mod.& ponunt doct.in leg.4.§. Cato.ff.de verb.ob
lig.& quod perſona extranea non nominata in di-
cto contractu non ſubauditur.l.ſi ſtipulatus.§. Cri-
ſogonus.ff.de verb.oblig.Bal.in dicta lege ſi pro te
76 †ſicut diximus, quod iuramentum non afficit niſi
perſonam iurantis, quoad reatum periurij nec nō
perſonam iurantis, eiuſqoe hæredes quoad obſer
uantiam iuramenti,ut dixi Bar.& doct.in l.ſuperſti
tis.ff.de acquir. hæred. leg. cum quis decedens. §.
codicillis. ff. de leg. & alij in c.veritatis. ff. de iur.
iur. ut ſupra dixi hęc ſunt uerba Petri de Grego-
rio.
77 Tamen hoc ultimum † dictum Petri de Grego-
rio non recte procedit in terminis bullæ, cum
per pragmaticam contractus vallatus pactis,& qui
buſcunque renunciationibus, & iuramentis, ſicut
contra principalem, ita contra tertium exequi de-
bet, & hoc ſentit Follerius in praxi Cēſua.in verſi.
quæ quidem executio nullo falſitatis num. 72. &
licet Nicolaus Intriglolus in ſuis queſtionibus bul-
larib.q.25.hāc opinionē cōtra Pet.de Greg.teneat
q̃ opinionē ante eū ſemper ſeruaui, & ſeruari vidi
cōtra Petrū de Gre.de ea latius pertractaui in alia
dec.vñ ioleuit practica cōtra Petrū.de Gre.attamē
rō ipſi⁹ de ītrigolo nō tollit argumētū ipſi⁹ ī totū.

Item

78 Item ego ét dico † corroborando ét prima dicta
Petri de Gregorio, quod pactum de non opponẽdo
adiectum in contractu bullæ fortificat ius empto-
ris, ut etiã exceptio ſorte admiſſibilis nó admitta-
tur ante factam ſolutionem, & ſic etiam modificati
na, de qua loquitur ipſe Petrus de Gregorio in ter-
minis noſtris, & non eſt etiam ſine ratione dicere,
quod non admittatur ſecundum Petrum de Grego
rio, & iam exceptio ſolutionis ſtante pacto de non
79 opponẽdo quia præſuppono quod † pacta adiecta
in contractu bullæ ſunt pars contractus bullæ, &
prætor ait, pacta ſeruabo.

80 Et pacta omnia poſita † in contractibus ſunt alle
gãda pro legibus cõſuetudinibus, & ſtatutis Alex.
in l. ciuitas. ff. de pactis. Felyn. in conſi. in cauſis quę
ſtione vltima de re iud. Boerius ſuper conſuetud.
Bitturicen. tit. 1. §. 5. col. 3. in 1. fol. 6.

81 Et plus operatur pactum, † quàm ſtatutum Ioan
nes de Amicis. conſi. 32. in fine.

Ideo ſummus Pontifex, dum permittit uenditio
nẽ cenſus poſſe fieri, modo infraſcripto videlicet:
82 inter † ſe contrahendi, uendendi, & emendi cũ op
portuna contrahentium ſecuritate, tuitione & indẽ
nitate, ac cum poteſtate perſonas, eorumq; proprie
tates. redditus iura iuriſdictiones, cẽſus &c. & ibi
quaſcunq; alias obligationes, & ſummiſſiones iuriũ
forũ, nec non renunciationes & promiſſiones ſtipu
lationes, pęnis iuramentis, alijsque cautionibus
vallatas, & alia quæcunque de quibus inter emẽtes,
& uendentes huiuſmodi cenſualia conuentum, & in
pactum deductum fuerit plenam licentiam, & libe
ram authoritate publica tenore præſentium conce
dimus facultatem: intendit, per prædicta uerba, qđ
pacta extra ſubſtantialia opponi debeãt, & poſſint
ad fortificationem iuris emptoris, & pro eius maio
ri fauore, & beneficio alia pacta apponi poſſe.

83 Ergo † pactum de non opponendo tãquam vltra
ſubſtantialia venditionis cenſus iuxta formam bul-
læ, debet i fauorem emptoris aliquid operari, vltra
naturam cõtractus, cũ quodlibet pactum debet ali
quid ultra operari Crotus cõſ. 315. nu. 7. in 3.

84 Et in terminis † noſtris in pacto de non opponẽ-
do quando idem diſponit lex uel ſtatutum, & dein
de ſuperuenit pactum circa idem ne dicatur eluſo-
rium, tunc dicuntur reiectæ, & ſublatæ ét exceptio
nes legitimæ, & iuſtæ Berous in c. item cum quis nu
mero 22. de reſt. ſpolia.

85 Et ob prædictam conclœſionem † Petri de Gre-
gorio qđ ſtante pacto de non opponendo nó admit
tatur exceptio ſolutionis, non procedere dico, quã
do ſolutio allegaretur ita, ut ex parte actoris, nó ne
garetur. quia probata per inſtrumenta publica dire
cto, & aliquo colore, vel cauſa, non poſſet in dubiũ
refricari. ſecus quando allegata ſolutio poſſit nega-
ri, vel quia non probata iuxta diſpoſitionem prag-
maticæ vel quia probata non verè, ſed præſumpti-
uè, vel talis, quæ per negationem poſſet in dubiũ re-
fricari: ita & taliter, vt requireretur, quod iudex, vt
admittat, adhibeat primò cauſæ cognitionem, quia
ſibi non plenè conſtaret de iure, ſed dubia eſſet.

86 Et ideo ꝓ huius † conſiderationis intelligẽtia po
nã infraſcriptas reſolutiones doctorũ nrorũ ſup bul-
la circa itelligẽtiã iſti' uerſiculi, de quo regia prag
maticã ſup bulla edita ibi pterq̃ realis ſolutionis.

87 Blaſcus Lancea ſuper iſto verſi. ait † præterquã
realis quid in exceptione ſolutionis fictæ ideſt con
feſſionis de ſoluto videtur, quòd non procedat, qa
pragmatica loquitur, & videtur loqui de actu natu-
rali. ff. de ſolut. l. ſolutum, & quod not. in l. aſſiduis.
C. qui pot. in pigno. habeãtur in gl. 1. facit, quòd no.
per Specu. in tit. de teſt. §. 1. verſi. loquitur agens: ta
men circa iſtud dicit Bal. in l. ſi nõ ſortem. §. indebi-
88 ti 2. col. ff. de cond. indeb. quod licèt cõfeſſio † nõ
inducat actum naturalem tamen ipſum probat tex.
& Bar. in l. ſi acceptilatũ §. iter acceptilationem, &
apocam. ff. de accep. cum alijs iuribus allegatis per
eum: pro hoc faciun: not. per doct. in l. 2. §. fin. ff. ſi
cert. pet. & eſt tex. & ibi Gloſ. & doct. in l. 4. C. de
nouat. & l. ſi debitorem. ff. eodem. tit. vide per Bar.
conſi. 160. per eadem verba ponitur hæc apoſtilla
ſub Ioanne Philippo de Paternione.

Ferdinandus Boniornus autem in tex. ſolutionis
89 dicit excludi † cõpenſationẽ, & ſubdit, an ſi inſtru-
mentum, non probet ſolutionẽ ſed confeſſionem ſo
90 lutionis. Imò. i l. ſi. col. 8. 9. ff. qui & à quib. & ſi † ſo
lutio non probatur per publica documenta, & ſol-
uit iterum repetet primo loco ſolutum condictione
ſine cauſa Bar. in l. Iulianus verum debitorem col.
5. de cond. indeb. & ſubſequitur: ſed in regno repe-
tet ſecũdo ſoluta, quia bulla differt non tollit, & nõ
91 extenditur ad alias exceptiones etiam † ex parita
te, vel maioritate rationis Angel. in l. nõ tm. §. 1. de
pet. hæred. Bar. refert, & ſeq. Iacobus In eadem l. Iu
lianus. col. 2. & ſufficit probare confeſſionẽ ſolutio-
nis ſecundũ Bart. in l. ſi non ſortẽ §. indebitũ. col. 2.
de cond. indebit. doct. m. qui eſt Dec. in l. §. fi. n. 15.
ff. ſi cert. pet. ſed non loquutur per verbũ realis, qđ
non extendatur ad cõpẽſationem Iaſ. in conſi. 134.
col. 3. lib. 4. qui loquitur de vera, & manuali.

In hoc quædam apoſtilla ſe remittit ad doctrinã
Decij in conſi. 493. nu. 5. imò in fine ait in verbo ca
92 ptionem, & ſic videtur innuere, quod ſi † perſona
eſt capta non põt opponere iſtã exceptionẽ realis
ſolutionis, ſed debet in alia inſtantia reſeruari.

Franciſcus Prouinzalis ſe remittit ad notata per
Soccin. ſen. conſi. 143. in 1. Felyn. in c. ſicut nu. 14. de
probat. Dec. in c. ex parte il 2. col. pen. in medio de
officio deleg. Alciat. de præſumptio. in præfationi-
bus 2. parte. nu. 10. & ratio poteſt eſſe illa, quam tra
dit Bart. in l. 1. C. de fide. inſtrumen. & iure haſtæ
fiſcalis lib. 10. num. 8. de reali ſol. Alex. conſi. 95. nu.
8. in 3.

93 Ego autem amplio, quòd † hæc concluſio ſine
difficultate procedit, & debet ſeruari etiam in pra
ctica in terminis doctrinę doctorum in d. l. 2. §. cre-
ditum vbi Bar. & alij cõmuniter doct. dicunt, quòd
procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionẽ
non poteſt confiteri recepiſſe, quæ regula amplia-
tur multis modis, etiam in alijs perſonis, quando
non eſt principalis creditor etiam, quòd ſint admi-
niſtratores cum libera & limitatur etiam pluribus
alijs modis vt per Purpurat. ibi poſt alios à nu. 87.
& ſeq.

94 Et ſic quantum pertinet † ad ſolutionem proba-
tam per confeſſionem principalis actoris, ſeu credi
toris, cùm nõ admittatur ad impediendã uel diffe-
rendã ſolutionẽ ſecũdũ pdictos doctores, in hoc ca
ſu intelligitur dictũ Petri de Gregorio, quia ſi vis

intelligere indiſtinctè eius dictum intellige de ri-
gore iuris, ſtante regia pragmarica, & pacto de non
opponendo, quia in practica nunq̃ vidi ſeruare, nó
admittere probatam ſolutionem per confeſſionem
principalis creditoris: quando de confeſſione de re
cepto conſtaret, per publica documenta, vel in ip-
ſo iudicio executiuo, confiteretur creditor ſibi ſolu
ta fuiſſe interuſuria, & hæc poſſent fundari in illa
95 æquitate legali, quod † æquitas non patitur, qđ idẽ
bis exigatur, quæ æquitas præualet, etiam ſtante pa
cto de non opponendo. Rebuff. de liter. oblig. art. j.
glo. 9. nu. 18. primo to. Dec. conſ. 317. nu. 4. Dec. cõ
ſil. 317. nu. 3. in 2. conſ. 562. nu. 7. in 4. Syluan. conſ.
17. nu. 4. Dec. in c. ex par. il 2. nu. 8. verſ. 25. ff. de of-
fic. deleg. Bero. conſ. 106. nu. 2. in 3. Bal. in c. paſtor.
nu. 5. de appell. vbi dicit hoc procedere, ſi iſta con-
feſſio eſt probata per publicum inſtrumentum.
96 Sed tenendo † opinionem prædictorum doctorũ
in terminis prædictis ſtricti iuris, hæc æquitas in re
gula prædicta fundata non habere locum, qñ eſſet
probata ſolutio per confeſſionem agentis, firmant
præallegati noſtri doct. maximè in terminis bullæ,
& hoc ẽt firmat Imol. in l. 11. nu. 4. verſ. item adde,
quod iuris. ff. qui, & à quib. appel. non licet.

Limitat etiam prædictam regulam Iaſ. in l. qui ſe
debere. nu. 11. ff. de cond. data cauſa & non ſecu. qñ
97 † non eſſet oppoſita infra terminum ſtatuti, vel à
iudice aſſignati: limitatur etiam ſecũdum Beroum
conſ. 106. nu. 3. in 3. quando † opponitur exceptio
ſolutionis coram executore mero.

Et ideo quãdo quis opponit, ſeu verius oſtendit
iudici ſolutionem, debet de ea liquere iudici publi-
cis inſtr̃is, vel authenticis documentis, vel alijs ſcri
pturis plenam fidem facientibus, prout verba prag
maticæ, & pro intelligentia eorum verborum vide
quæ noſtri doctores ponunt, prout Blaſcus Lancea
99 ibi authenticis documentis † not. ex hoc, ꝙ ſolutio
debiti ſecundum formam bullæ nõ põt probari, ni
ſi per inſtr̃a publica, idem eſt dicendum ẽt in pro-
batione dicti talis debiti, quod nõ poterit probari,
niſi per inſtr̃a publica Dec. in l. nihil tam naturale.
ff. de reg. iur. eadem apoſtill. ponitur ſub Ioãne Phi
lippo de Paternione, & idem Lancea ſuper eadem
bulla, alibi ait ibi authenticis documentis, quæ di-
cantur inſtr̃a authentica, atque publica vide tex. &
ibi Imol. & alios in c. & de fide inſtr̃o. ſed in mate-
ria bullæ accipitur pro inſtr̃o publico: ob quod ſe-
quitur, uel alijs ſcripturis plenam facientibus fidẽ,
& ita ſemper fuit intellecta.
100 Et deinde † ſubſequitur in verſic. uel alijs ſcriptu
ris Blaſcus, an iſta pragmatica diſponens, quod ſo-
lutio talis debiti non poſſit probari per teſtes licet
clericos videtur, ꝙ non: per not. per Abb. in c. cleri
cis. in fine 2. col. verſic. pro hoc decidit. de offic. de-
leg. & ibi põdera dictum per eum, ſuper quo ſe fun
101 dat. ſed in contrarium † eſt dicendum, cùm abſo
lutè hoc non diſponat, ſed tñ ante ſolutionẽ factã
vnde non videtur perimere ius ꝓbationis, ſeu qua-
litatis, ſed tñ differt: vnde videtur, quod ſumus in
reſpicientibus ordinatoria, non deciſoria, quæ li-
gant etiam clericos litigantes in foro ſeculari iuxta
not. per Dec. in cap. in eccleſia. col. 17. cum ſeq. de
conſtit. quid iuris, an liget in foro eccleſiaſtico. vide
Abb. & Dec. in locis præallegatis vide Bal. in l. pri-
ma. in fine. C. quæ ſit longa conſuet. eadem apoſt.
ponitur ſub Ioanne Philippo de Paternione: idem
Blaſcus ſuper bulla alibi, ait in quantum bulla, ſeu
102 pragmatica diſponit, † quod ſolutio realis debi-
ti debet probari per authentica documenta, dic,
quod eodem modo, & tale debitum debet probari
per inſtr̃a publica. ita Anchar. conſi. 350. Philippus
Dec. in cap. cognoſcentes. in 2. lect. col. 2. de conſt.
per Hypol. de Marſ. in l. 1. §. ſiquis ultro. ff. de quæ-
ſtionibus, an iſta pragmatica dictans, ꝙ ſolutio de-
biti non poſſit probari, niſi per inſtr̃m, liget cleri-
cos per Hippol. in l. prima. §. ſi quis vltro. col. 9. nu.
26. ff. de quæſtionibus, dum diſponit de executio-
ne contra tertium poſſeſſorem rei ſubiugatæ vide
Fel. in c. quia in princip. in j. col. de iud. eadem apo-
ſtilla ponitur ſub Ioanne de Paternione. de hoc po-
nit quæſtionem Nicolaus Intriglolus in quæſtioni-
bus ſuis 24. quæſtione.

Ac etiam idem Blaſcus ſuper bulla alibi ponit
103 † dubitatiue infraſcripta verba, licèt bulla velit,
quòd ſolutio non poſſit probari ad effectum impe-
diendi executionem, niſi per inſtr̃m publicum, ni-
hilominus videtur dicendum, quod etiã poſſit pro
bari per teſtes legaliſſimos, & graues, per not. per
Aretin. in c. 2. in fine de probat. refert, & ſequitur
Marſ. in l. prima. §. ſi quis vltro. 4. col. num. 26. ff. de
quæſtion. pro quo faciunt per eundem ibi per totã
illam colum. eademque apoſtilla ponitur ſub Ioan
ne Philippo de Paternione.
104 Sed † prædicta conſideratio vltra, quod eſt con-
tra verba pragmaticæ, non poteſt procedere ſtante
pacto de non opponendo, per quod probatio per
teſtes parte inuita contra executionem prohibe-
tur. Imol. in l. 2. num. 3. verſic. & ſic proprie. ff. qui,
& à quibus appell. non. licet Bal. in cap. paſtoralis.
num. 6. de appell.

Ioannes Aloyſius de Septimo ſuper bulla dicit
105 † ad illud, quod probatio fiat per publica documẽ
ta, quod non poſſit probari per teſtes, quos habet
in promptu Angel. in l. prima. §. pueritia. ff. de po-
ſtul. ob id, non poteſt habere recurſum ad denun-
ciationem euangelicam.
106 Ferdinandus Boniornus † ſuper verſic. publicis
documentis firmat idem in quacũque exceptione,
quæ fortè admitteretur, Antonius de Canar. quæ-
ſtione 10. de execut. inſtrumen.
107 Dicenti publica documenta † eo, quia de conſue
tudine adhibetur fides. Innocentius in c. 1. de fide
inſtrum. Socin. conſil. 63. col. fi. d. m. qui eſt Decius
108 in rub. eiuſdẽ tituli, & exceptio ſolutionis † pro-
bata per ſcripturas priuatas ſubiugatarij, non reci-
pitur Rom. in dicto §. de viro. nu. 62. & loquitur de
dilatis non ſublatis exceptionibus, quia ita loqui-
tur clemen. in calumnijs, & non poterit aliter debi-
tum probari d. m. qui eſt Dec. in c. cognoſcentes.
col. 2. 3. memb. de conſt. & deinde ſubſequitur, &
dicitur probari etiam per ſolutionem trium anno-
rum. l. 3. C. de apocis publicis. lib. 10. vbi Bald. pri-
ma oppoſitione qui dat remedium ei, qui ſoluit, &
habet teſtes, ſed non inſtrumentum. ponit Anton.
de Canar. de executione inſtrumen. qõ. 36. ſed hoc
quod ſolutio probetur per tres apocas non recipi-
tur in debito cenſus, prout infra dicetur.
110 Sed quædã apoſtilla † dubitat de probat. ꝑ teſtes

ſemel

ſemel admiſſa, dum ait, quòd exceptio ſolutionis re
peritur probata mere per teſtes ſemel admiſſos per
partem, vel per iudicem tantùm.

Item an iſto caſu poſſit adminiculari, vel ſupple
ti per teſtes, vide omnino Bald. in l. certi condit. §.
quoniam. ff. ſi certum pet. & quod voluit Bal. in c. 1.
per quos fiat inueſt.

111 Sed ſuper iſto vltimo puncto videtur † ſentire
Blaſcus Lancea admitti debere, dum in principio
ſuæ apoſtillæ dicit in quantum bulla ſeu pragmati-
ca diſponit, quòd aduerſus executionem non ſit au
112 diendus debitor in aliquo: fallit † niſi creditor
paſſus fuit exceptiones opponi & probari, quia tũc
ſecus dict. Alex. conſi. 77. in vltima col. in 2. vol. hęc
eadem apoſtilla ponitur ſub Ioanne de Paternione,
comprobatur fallentia prædicta: & opinio lanceæ
ex Not. per Nattam conſil. 289. num. 12. in 2. Corn.
cõſ. 2. nu. 4. 5. in 2. Alex. conſ. 77. n. 17. 18. ĩ 2. Rimin.
in l. certi condit. §. quoniam verſi. item in quantum
nu. 4. ff. ſi certum pet. Io. de Imol. in l. 11. nu. 2. verſi.
item adde, quod licet. ff. qui & à quib. appell. non li
cet: qui loquitur in ſtatuto Bertran. conſil. 303. in fi.
in primo 2. facit Crauet. conſil. 491. nu. 25. in 3. Bal.
vbi Corn. circa finem Saly. num. 16. in fi. in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſact.

113 Sed prædicta concluſio limitatur † duobus mo
dis, primo ſecundum Rimin. quando eſſet per par-
tem contra dictum, & ea contraditione non obſtan
te fuiſſet proceſſum ad vlteriora quia ſententia eſ-
ſet nulla: Rim. in l. certi cõdi. §. quoniam n. 4. ff. ſi cer. pet.

Secundò ſecundum Bertra. in d. cõſ. 303. in fi. quoniam
fuiſſent admiſſi articuli ſalmo iure impertinentiarũ.

114 Hieronymus de Fimia † ſuper bulla in verſi. do
cumentis ait non cenſetur reiecta probatio, quæ fit
per euidentiã facti. Paul. de Caſt. in rub. de probat.
& ſub. & an poſſit probari per confeſſionem per te-
ſtes allegat Anchar. conſi. 350.

Raimundus Ramundetta ſuper bulla dicit & no
ta, quòd non poteſt facere tex. in l. quicunque. C. de
115 apocis publicis. li. 10. † vbi dr̃, ꝙ qui tribus annis
oſtendit ſoluiſſe, præſumitur ſemper retro ſoluiſſe,
hoc ẽt not. Iaſ. in l. ſi certis annis in 1. col. C. de pact.
ꝙ quidem non haberet locum in bulla, quoniam requirit
realem ſolutionem, & non præſumptam, adeo vt
pro illis annis retro non faceret noſtra bulla ita di-
xit dominus de campixano legendo.

116 Iacobus Chircus † ibi authenticis documentis,
quærit an partita banci ſint documenta publica? Ro
ma. in conſ. 77. nu. 4. tenet qđ non: tamen magna cu
ris ſeruat contrariũ, & credo, quòd moueatur, quia
dicitur hic authenticis documẽtis, vel alijs ſcriptu
ris plenam facientibus fidem, vt ſunt partitæ banci
non autem loquitur per verbũ inſtrumentis, quod
not. vide Card. in clem. ſæpe §. & quia in octaua quę
ſtione de verb. ſign.

117 Franciſcus Pancaldus † dicit ad vnũ aduerte,
quòd ſolutio non poteſt probari, niſi per authenti-
ca documenta. ergò videtur, quòd contractus non
poteſt probari niſi per autheuticum inſtrumentum
conſuluit Petrus de Anchar. conſi. 350. Dec. in c. 2.
2. lect. de conſt. col. 2. ſed inſtrumentum publicum
adducitur per pragmaticam ad hoc, vt ſit fauorabi
lius, ex quo ad hoc eſt clarum.

Franciſcus Prouinzalis remittendo ſe ad docto-
118 res ait † de reali ſolutione Alex. cõſ. 95. nu. 5. in 3.

Sed reperitur ſolutio probata p teſtes ſemel ad
miſſos Bal. in l. certi conditio. §. quoniam col. 6. nu.
3. verſi. ſecundo qui verò dicit ſtatutum ſi cer. pet.
11 c. 1. p quos fiat inueſtitura, & ſubſequitur: ſed † an
poſſit deferri iuramentũ. Angel. in l. non erit de iur.
iur. an per teſtes Iaſ. in l. Iulianus num. 19. & 20. de
cond. indeb.

Et idem Prouinzal. in verbo auth. documentis re
miſſiuè ait vide Alciat. in l. pactum quod bona fide.
C. de pactis col. fi. & in l. 11. glo. 51. col. 3. C. de eden
do quid in caſu. l. 3. C. de apocis publicis lib. 11. vi-
de Iaſ. in l. certi conditio. num. 21. in fi. ſi cert. pet. &
in parag. præiudiciales in fi. col. de actio. vide Rom.
conſi. 77. num. 4.

Ludouicus Mont'altus ſuper bulla ibi † authenti
120 cis documentis, vel alijs ſcripturis, & † ſic ſtatu-
tum requirit probationem per ſcripturam publicã.
adde multas fallentias, quas congerit Dec. in cã. 2.
nu. 2. de probat. de hoc ſtatuto, hoc dictante Fideri
cus Letus ſuper bulla ſe remittit ad Salyc. in l. 1. q.
vlt. C. de cond. indeb. vbi ponit iſtud ſtatutum.

Petrus de Gregorio autem ſuper bulla in quæ-
ſtione 9. ponit omnes ſupradictas concluſiones fir-
121 mando modo infraſcripto: dicit nono † principa-
liter quæro, quæ exceptiones opponi poſſunt aduer
ſus executionem cauſatam virtute dicti cõtractus?
reſpõdeo viſum fuit ſupra in quinta quæſtione, quæ
requirantur de ſubſtantia huiuſmodi contractus, &
de eius validitate, poſtea præſuppoſita validitate
contractus viſum fuit in præcedenti quæſtione, quę
requirantur ad validitatem executionis, virtute di
cti contractus: modò vero data validitate contra-
ctus, & executione eius, & virtute, ſubſequenter
videndum eſt, quæ legitimæ exceptiones aduerſus
executionem prædictam ad retractandum opponi
poſſint: ſuper quo dicendum eſt, quòd ſtante ple
na executione poteſt opponi ſola exceptio realis
ſolutionis annui redditus pro quo cauſata eſt exe-
cutio, quod dicitur ex verbis dictæ pragmaticæ:
ibi, quæ quidem executio nullo falſitatis, nullita-
tis, aut alteriuſnis exceptionis obiectu impediri
valeat, quomodolibet, vel differri, præterquàm rea
lis ſolutionis, ſi de illa ante captionem perſonæ
debitoris, & eius bonorum iudicialem diſtractio-
nem legitime conſtiterit, authenticis documentis,
vel alijs ſcripturis publicis plenam fidem facienti-
111 bus vt ibi patet, ex quibus verbis infero † pri-
mo, quòd non ſufficit allegare exceptiones ſolutio
nis confeſſatæ, quia illa non dicitur realis ſolutio,
prout requiritur ex regia pragmatica: ſicut dici-
mus in dote confeſſata, quæ non ſortitur priuile-
gium dotis realiter ſolutæ per ea, quæ volunt doct.
in l. fin. C. de dot. caut. non numerata per gloſam, &
Doctores in l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. habe.
per Bart. in l. cùm pater. §. codicillis. ff. de legat. 2.
adde ſcript. per Ioan. Crotum in l. 11. ff. ſoluto ma-
trimonio.

123 Secundò infero, quòd † non ſufficit allegare
ſolutionem factam per bãcum talis bancherij, ſi in
banco non reperitur: non obſtante, quòd in contra-
ctu ſit clauſula renunciationis, exceptionis non nu.
pecu. qa talis ſolutio dr̃ confeſſata per relationẽ ad
aliud ſub tali cõditione: ſi talis ſolutio repetiatur,

quia referens eſt in relato.l.in reſtõ.ff. de condit.&
demonſt.& in authen.ſi quis in aliquo documento.
C.de edẽdo.ideo ſi deſint realiter ſoluere, quia for
tè non reperitur pecunia debitoris in banco, vel bá
cherius non facit ſibi boná talem partitam, deſinit
confeſſio facta in contractu referente, & renuncia-
tio ſolutionis non factæ non facit ſolutionem vale-
re in vim realis ſolutionis, ſi illa realiter non inter-
uenit:
124 Tertio infero, quòd † non ſufficit aliter ſatisface
re creditori detinẽdo pignora, vel fideiuſſores, ſeu
depoſitum faciẽdo de annuis cenſibus: pro quibus
cauſata fuit executio, quia non eueniunt appellatio
ne realis ſolutionis.tex.eſt in l.promiſſor.§.fi. ibi gl.
& Bar.ff.de conſt.pecun.tex.& ibi Bart.in l.itẽ quæ
liberatur.§.qui paratum.ff.quib.mod.pign. vel hy-
poth.ſol.& habetur per gl.& Ange.Aret. in §.ven-
125 ditionem.inſtit. de rerum diuiſ. † Quarto infero,
quod licet per probationé ſolutionis per tres apo-
cas immediatè præcedẽtes inferatur ſolutio oĩum
annorũ, ẽt præteritorũ, vt voluit Bar.per illum tex.
in l.quicunque.ff.de public. in rem actio. vel C. de
apocis publicis.lib. 10. & ibi ſcripſi concordantias
tex. tamen talis præſumpta ſolutio non habet vim
realis ſolutionis, prout requiritur ex pragmaticæ
forma, vt eius virtute opponi poſſit de reali ſolutio
ne præteritorum annorum.
126 Aduertendum tamen eſt, † q̃ de illa reali ſolutio
ne conſtare debet ante captionem perſonę debito-
ris, quod intelligo de captione effectiua pro annuis
cenſibus ſoluendis, poſt lapſum quindenæ: qñ diſ-
ſoluitur bancus, non aũt de captura perſonæ, quæ
ab initio facta fuit pro adimplemento executionis,
qñ executio dr̃ plena per carcerationem iuxta ritũ,
vt inde plena executione cadant oppoſitiones, quæ
non poſſunt cõpetere: ſi de prima captione perſo-
næ, quæ fit pro executionis adimplemento intelli-
gantur ex eo, q̃ ante plenam executionem oppoſi-
tiones competere non poſſunt, vt in ritu. tantò for-
127 tius, quia vna † determinatio reſpiciens plura de-
terminabilia debet illa æqualiter determinare.l.ná
hoc iure.ff.de vulg.& pupill.l.quáuis.C. de impub.
& alijs ſubſtit. ſed ſi fieret executio virture cõtra-
ctus bullæ, & habeat effectum realiter ſuper bonis
debitoris, ſufficit quòd de reali ſolutione annualiũ
iurium.pro quibus eſt cauſata executio, cõſtet poſt
capturam pignoris ante eius diſtractionẽ. ergo pa-
riter, & multo fortius ſufficit: qñ fit executio in per
ſonam, quod conſtat de reali ſolutione ante captu-
ram perſonæ: quæ fit, qñ diſſoluitur bancus, & deti
netur carceratus ad pœnam non tempore, quo fuit
captus ab initio pro implemento executionis, &
eius carcerationis, & ita ſeruatur in regno.
128 Secundò † aduertendũ eſt, q̃ dr̃ de reali ſolutio-
ne legitimè conſtare authenticis documẽtis, prout
diſponitur ex forma pragmaticæ, qñ de debito an-
nui cenſus conſtat per cõtractũ publicum, vt decla
rant doct.in auth.ſi quis in aliquo documẽto.C. de
129 eden. ſic non ſufficit † de ea conſtare per teſtes:
qñ aduerſus illos cõpetit terminus ad defenden-
dum, & reprobandũ, vt declarat Bart. in extrauag.
ad reprimendũ in verſic.de plano, vbi ſatis concor
dat. & hoc ẽt non ſufficit de ea conſtare per apocã
ſcriptam manu propria creditoris factam, ex quo
illa requirit verificationem ſcripturæ per teſtes, vel
cõparationes literarũ per ea, quę habentur in l.cõ-
parationes.C.de fide inſtru.& per Bar. & doct.in l.
admonendi.ff.de iureiur. & ideo magis cautum eſt
de ſolutionibus prædictis fieri facere acta publica,
& non apocas priuatas.
130 Tertiò aduertẽdũ eſt, † quod debet de reali ſolu-
tione apparere, & conſtare per ſcripturá plená fidẽ
facientem, iuxta pragmaticam: qñ conſtat per par-
titá banci de ſolutione, pro qua eſt cauſata execu-
tio, adiuncta confeſſione vtriuſq; partis, vel ipſius
creditoris tñ, quia illa licet partita banci dicatur
ſcriptura priuata: tñ quia bãcherius eſt cõſtitutus,
& alloquitur inter creditorem, & debitoré, & repe
ritur ſcripta in libro banci de voluntate creditoris,
& debitoris.iõ plená fidem facit inter ipſos cõtra-
hentes, vt declarãt Dec.in l.admonendi.ff. de iure-
iur.& Bar.in l.ſciendũ.in prin.ff.de verb.obl. p tex.
in l.optimam.C.de cõtrah.& cõmit.ſtipul.quia vbi
131 † denegatur ꝓbatio per teſtes, vel per inſtr̃a, ibi
non denegatur probatio per cõfeſſionem partis, ut
not.gl.& Bar.in auth.ſed iam neceſſe. C. de donat.
ante nup.& Fel.in cap.quod verò de præſumpt.
132 Supradictum punctum ſuper † bulla maximè ſu
per cõfeſſione de recepto, latè ponit Folle.in prax.
cenſual.in verſi.q̃ quidem executio nullo falſitatis.
nu. 37.vſq; ad nu.52.vbi quoad principalem tenet,
q̃ confeſſio de recepto probet verá numerationẽ,
maximè quoad confitentẽ, nõ quoad tertiũ.nu.46.
nec quoad ꝓcuratorẽ, tutorẽ, aut curatorẽ. nu.52.
& de alijs ſupta poſitis per prædictos doctores po-
nit ẽr Foller.in ꝓximo loco à nu.55.vſq; ad nu.72.
Ex ſupradictis aũt authoritatibus doctorum ap-
133 paret qualiter opinio † Petri de Gregorio dũ per
pactum de nõ opponendo vult reijci excep.ẽt rea-
lis ſolutionis intelligitur in caſibus prædictis, vbi
de allegata realis ſolutionis exceptione non cõſtat
directè, ita vt deberet admitti abſque cauſæ cogni-
tione, ſed requiritur, q̃ per iudicẽ adhibeatur cau-
ſæ cognitio, vel quia de ea non legitimè cõſtet, hoc
ſentit Foller.prax.cenſual.in verſic. tanquam res iu
dicata nulla.nu.44.vel in dubium refricatur per re-
plicationem actoris per præſentationes contrario-
rum inſtr̃orum, vel quia allegata ſolutio eſt p̃ſum-
ptiua, tunc ſtante pacto de non opponendo, nõ ad-
mittitur ante factam ſolutionem, etiam q̃ pragma-
tica fortè admitteret, & permitteret ea allegata iu-
dicem adhiberi debere cauſæ cognitionẽ, imò hoc
ibi pragmatica ſentit in verſic. cognitione tñ poſſe
per iudicẽ reijci exceptionẽ ſolutionis, & procedi
ad executionem ea reſeruata in alia iudicij inſtan-
tia, & ſic præſupponit dubiam, non claram, & pro-
batam exceptionem ſolutionis.
Item põt dari realis ſolutio probata, ẽt per publi
ca documenta: qñ eſt facta per conductorẽ, poſſeſ-
ſorẽ rei ſpãliter ſubiugatæ qui conuenitur ſoluẽdo
locatori, vel alteri, q̃ creditori cauſanti executio-
nẽ, quia non admittitur in bulla, de qua latius dixi
ſupra in deciſ.11.vbi dixi de quandiu.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum nunquam reijcit illam exceptionem, qua ve-
nit ad detrahendum ſubſtantię, ſeu formæ, ſeu qua-
litati illius actus.*

Exceptio

1 *Exceptio, quod non eſt inſtrumentum, admittitur.*
3 *Exceptio, quòd arbiter eſſe non poterat, admittitur.*
4 *Exceptio, quod iſte actus non eſt actus, admittitur.*
5 *Exceptio, quod eligẽtes nõ erãt Cardinales, admittitur.*
7 *Exceptio, quæ à fundamento abſorbet ſubſtantiam actus, admittitur. nu. 42.*
8 *Exceptio, quòd non ſubiugauit bona ſua, & quòd hic nõ eſt cõtractus cẽſualis, nec recipit pretium admittitur.*
9 *Exceptio, quòd inſtrumentum eſt nullum. quia deficiũt ſolennitates, admittitur.*
10 *Exceptio prouenient ex alio ſtatuto non dicitur reiecta. nu. 11.*
12 *Exceptio, quòd pecunia, ſeu pretium cenſus non fuit numeratum, admittitur. nu. 13.*
14 *Retentio datur pro pretio, etiam ſtante ſtatuto, quòd non poſſit ſe opponere. nu. 15.*
16 *Exceptio rei non traditæ admittitur.*
17 *Exceptio ſimulationis admittitur non obſtante ſtatuto, quod nullę poſſint opponi exceptiones. nu. 18. 19.*
20 *Exceptio quæ facit ceſſare rationem naturalem admittitur.*
20 *Exceptio, quæ ex eodem contractu dicendo, quod non habet cauſam obligationis admittitur.*
21 *Statutum reijciens exceptiones, aut reijcit omnes: & tunc admittuntur aliquæ, aut reijcit omnes, præter exceptionem ſolutionis & tunc nulla alia admittuntur. nu. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*
28 *Exceptio nouationis licèt nõ ſit ꝓpriè exceptio reiicit.*
32 *Statutum ſi mandat aliquid, & recedit à iure communi, tunc forma eſt ad vnguem obſeruanda. nu. 33.*
34 *Statutũ aut fauet inſtrumento, & tũc aliqua pñt opponi, aut executioni, & nullę pñt opponi. nu. 35. 36. 34.*
37 *Verba ſtatuti clara non admittunt alias exceptiones, etiam maiores expreſſis.*
38 *Exceptiones, quæ præſuppoñt cõtractũ nõ eſſe, ſcilicet nullitatis, & falſitatis, reiicit pragmatica. nu. 39. 41.*
40 *Falſitas nunquam comprahenditur ſub generali diſpoſitione. nu. 41.*

Quæſtio, an exceptio ſimulationis admittatur aduerſus executionem cauſatam pro debito cenſus virtute quæſitus iuxta formam bullæ; quam diſputat Ioan. Aloyſius de Septimo in quæſtionibus bullaribus per eũ diſputatis hoc modo iſta ſcripto.

SEcunda quæſtio notabilis: eſt facta venditio red
dituum annualium pro vncijs centum, quas cõ
feſſus eſt ſe recepiſſe, vel recepit in præſentia nota-
rij: poſtea executio annualium reddituũ dicit pars,
quòd licèt contractus cantet in forma ſubiugatio-
nis: tamen veritas eſt in contrarium: & quòd cõtra
ctus fuit ſimulatus venditionis reddituum, & vult
pars hoc probare, an iſta exceptio erit admittẽda,
quaſi eam non reijciat pragmatica, & vr̃ primò di-
1 cendum, quòd ſic † quia ſtatutum nunquam illã ex
ceptionem, quæ venit ad detrahendum ſubſtantiæ
ſeu formæ ſeu qualitati illius actus, reijcit. Angel. in
l. diuus. ff. de teſt. mili. ſuper quo ſtatutũ ſe fundat.
& qm̃ præſupponit exequi debere ita not. Bart. in l.
2 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam: vbi † vult, quòd ſi
ſtatutum diſponit, quòd nõ admittantur exceptio-
nes contra laudum, vel contra inſtrumentum con-
feſſionatum, admittitur exceptio, quòd non eſt in-
ſtrumentum, quia nõ ſunt anni Domini, item quòd
non eſt confeſſionatum, ita vt non ſit laudum, vt ibi
not. per eum pec hoc, quod not. voluit in l. 1. §. præ-
3 tor. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi † vult, quòd poſſit oppo
ni, quòd arbiter eſſe non poterat, & ſi ſtatutum reii
cit quaſcunque exceptiones, cõfirmatur, quia ex ta
cita mente ſtatuentium, quæ attendenda eſt glo. in
clem. 1. de elect. & l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. non
4 cenſetur eſſe excluſa † illa exceptio, quòd iſte non
eſt actus quem ſtatutũ præſupponit & de quo loqui
tur, & ita poſt Bar. cõcludũt doctores Ang. & Abb.
in c. item cũ quis de reſt. ſpolia. & Abb. in c. ex par
te, il 2. de officio delega. Pet. de Anchar. in clem. 1.
de ſeq. poſſeſ. & fruct. Bal. in l. Diuus. ff. de teſt. in c.
paſtoralis. §. quoniam de reſcript. Petrus Anchar. in
in c. 1. in 6. quæſtione de conſt. eleganter Prępoſi. in
c. dilecto cart. 10. verſiculo 5. fallit de appell. & pro
hoc, quod not. Abb. in c. licet de elect. vbi licet con-
tra electum à duabus partibus cardinalium nihil
5 poſſit opponi, concludit quod † poſſit opponi: ꝙ
eligentes non erant cardinales, per doct. Bar. in d.
§. & parui. Floria. in l. ſi cui curia. ff. de ſeruit. vbi per
7 illum tex. dicit † quòd ſtatutum generaliter exclu-
dens, quod contra inſtrumentum confeſſionatum
nulla poſſit opponi exceptio, iſta verba indefinitè
debent intelligi & niſi ſit talis, quæ à fundamento
abſorbeat actus ſubſtantiam, & iſtam concluſionẽ
per doct. Bar. ſequuntur ibi ſcribẽtes maximè Bar-
ba. & Antonius de canar. in tract. de executione in-
8 ſtrum. cùm ergo pars ſe opponat, † quòd non ſubiu
gauit bona ſua, nec hic eſt contractus cenſualis, nec
ſubiugationis, nec recepit pecuniam, quam ſolutã
præſupponit pragmatica, vt in bulla ibi pecuniæ re
ceptæ glo. iſta exceptio ſemper admitti debet, &
ideo dicit Angel. in l. Paulus. §. hæres. ff. de vſur. ꝙ
9 licet † ſtatutum dicat, quòd inſtrumentum inſinua
tum non poſſit reprobari, vel impugnari, tamen po
teſt nullum dici defectu ſolennitatis.
11 Secundò † ſi ſtatutum reiiciens exceptiones
non intelligitur reiicere prouenientes ex eo ſtatu-
to Bar. in dicto, §. & parui, & Angel. in d. l. ita nobis
pudor. C. de adulter. quinimo, nec ex alio ſtatuto ci
uitatis, ita not. Io. Andr. in add. ad ſpecul. in tit. de
executione ſententiæ. §. fi. verſ. 17. Imol. & Dom. d.
c. ex parte de officio deleg. Bal. in c. à nobis de ex-
cep. in fi. Bal. in conſi. 100. ad no. Cyni de Bononia
Alex. conſi. 21. ante pen. col. nu. 6. in 7. eleg. per Pe-
trum de Anchar. in c. ſtatutum. §. cum autem de re-
ſcrip. in 6. vbi omnino, & propterea Butrius in d. c.
11 item cũ quis de reſt. ſpolia. refert ſe cõſuluiſſe, † ꝙ
ſi ſtatuto cauebatur Ferrariæ quod bãnitus captus,
& infortiã curiæ decapitaretur nulla defenſione ad
miſſa, poſſit tamẽ allegare, ꝙ nõ erat ſeruata forma
q̃ data erat ꝑ aliud ſtatutũ in ſnĩa banni, & ita fuit
iudicatũ. ſi ergo poſſet opponi exceptio de alio ſta-
tuto, quãto magis de eodẽ de eadẽ pragmatica dr̃,
ꝙ d. contractus eſt permiſſus dummodo non exce-
dat quantitatẽ decimæ partis pecuniæ receptæ gl.
ꝑſupponit pecuniã numeratã. ergo iſta exceptio,
12 ꝙ pecunia non fuit † numerata abſorbet fundamẽ
tum, & ſubſtantiam contractus ſubiugationis pri-
uilegiatæ ergo illi opponi poteſt, & ſi diceretur ibi
illa verba, ſunt appoſita, non ad hunc effectum,
reſpondetur: quòd multo fortius ſumus in contra-
ctu prohibito in caſu noſtro: vbi nihil fuit ſolutum

quam quando centum, & fuerunt uenditi cenſua-
les pro uncijs xj. annuis.
13 Tertio certum eſt, † quod ſumus in cõtractu em
ptionis redditunm cẽſualium, prour bulla loquitur
quo caſu de ſubſtantialibus eſt pretij conſtitutio,
14 caſu habet ius in pretio radicatum vẽditor †. quod
ſi ſtatutum diceret, nulla exceptio poſſit opponi,
tñ põt rem retinere pro pretio non ſoluro, loco pi-
gnoris. quia hoc non eſt excipere, cũ actionẽ nõ eli
dat, ſi pignori incumberet. Ita ſing. dicit Bald. in l. ſi
prætor. col. 2. in 3, qõ. C. de act. empr. dicẽs de hoc
eſſe caſum, ibi quẽ, ſequitur Alex. in l. ſi duo. §. ſi qs
jurauerit in fi. ff. de iureiur. & in l. filij. C. de collat.
& D. Antonius Can. in dicto tractatu, qõ. 27. cũ er-
15 go in caſu noſtro, exceptio ꝙ † pretium non eſt ſo
lutũ põt vti retẽtione canonũ, & annuorũ cenſuũ,
licèt pragmatica excludat exceptionem per d. De-
cium, Baldũ, & pro hoc facit, quod not. Bald. in l. ſi
16 ex prædijs. C. de euict. de excep. † rei non traditę.
quia ex quo oritur ex eodẽ inſtrõ pariformiter pri-
uilegiato, benefacit, quod de exceptione pretij nõ
ſoluti dicit Bal. in l. peremprorias. in 3. col. C. ſent.
reſcindi non poſſ. & Barbat. in dicto tractatu per.
Card. verſic. ſuper 5. vero dubio.
17 Quartò certum eſt, † ꝙ ſtatutum prohibens op-
poni exceptionem contra contractũ non prohibet
opponi exceptionẽ ſimulationis, ita declarat Bald.
in l. ſi non uerum. C. de donat. int. vir. & vxor. quia
18 † contractus ſimulatus non eſt verus. per illum tex.
& infert, ꝙ ſi ſtatutum dicat nulla exceptio admit-
19 titur, niſi ſolutionis, & falſitatis: † tñ admittitur ex-
ceptio ſimulationis. & idem tenet Bal. in l. fin. in cõ-
putatione. C. de iur. delib. & hoc pro expedito te-
net, Bal. in l. j. C. quod plus val. quod ag. quem ſequi
tur Salyc. & d. Abb. in d. c. item cùm quis, quando
probatio ſimulationis reſultaret ex iuris diſpoſitio
ne. 2. qñ obijceretur ſimulatio contractus, puta qa
notarius, & teſtes fuerunt rogati, ut facerent con-
tractum, ſimulatum, quod præſupponitur in caſu
noſtro, tantoplus prædicta habẽt locũ, quia prag-
matica non ſolùm priuilegiat inſtrũ, ſed contra-
ctum, ẽt, & ſic ſecundum doct. Bar. in dicto §. & par
ui. exceptio ſimulationis opponi poteſt, qñ contra-
ctus eſt priuilegiatus, & non inſtrũ, cum his dictis
videtur concordare Imola in dicta lege fin. ff. quib.
appell. non licet. & ibi Ang. Aretin. col. 7. ergo iſta
exceptio ſimulationis in caſu pragmaticæ non in-
telligitur aliquo modo reiecta.
20 Quintò confirmatur, omnis exceptio, quæ facit
ceſſare iuſtitiã naturalẽ, admitti debet in pragma-
tica, quia quando in agente ceſſat rõ naturalis, lex
abhorret eam, quia non dicit eſſe, nec formam, ita
Bal. in dicta lege ſi nõ ſortem prope fin. ff. de cõd.
indeb. Sed hic ceſſat iuſtitia naturalis, ꝙ conſequa-
tur interuſuria de ſorte non ſoluta. ergo illa admit-
ti debet: benefaciunt, quæ poſuit ibidem Bal. ſed an
poterit opponi exceptio ex ipſo inſtrumento, puta
ꝙ nõ habet cauſam obligationis, & dicit quòd ſic.
In contrariam partem faciunt fundamẽta infra-
ſcripta, & pro intellectu materiæ præſentis, ex quo
doct. varij varia, & in diuerſis terminis locuti ſunt,
ponam doctrinã diſtinctã caſuum, quam not. cõſi-
derat Ang. in l. non tantum. §. ꝙ ſi perempto. ff. de
21 pet. hæred. † quia aut hæc clauſula, ꝙ non audian-
tur exceptiones, apponitur in iure cõi, vel in reſcri-
ptis iuſtitiæ, & tunc tñ friuolæ exceptiones videnẽ
reiectæ, aut iſtæ clauſulæ ſunt appoſitæ in ſtatutis,
& tunc ex quo generalis determinatio legis quan-
uis dura, ſeruãda eſt. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus,
22 & tunc ſubdiſtinguit, aut ſtatutũ reijcit † oẽs ex-
ceptiones indiſtinctę, quia dicit detur inſtrũ exe-
cutioni nulla obſtante exceptione, & tunc eſt inter-
pretandũ, ne poſſit ad iniquũ conuerti, & naturę ſit
regnãs. vnde tunc admittiẽ exceptio ſolutionis, qñ
natura non patitur, vt ſemel exactũ bis exigatur, &
tunc admittetur ẽt alia exceptio, q̃ eſt incluſiua in
23 corpore eiuſdẽ ſtatuti. alius caſus † eſt, & hic eſt ca
ſus nr̃, qñ ſtatutũ reijcit exceptiones oẽs, p̃terq̃ ſo-
lutionis, aliquã excipiẽdo exceptionẽ, quã tñ per-
mittit opponi, & tunc oẽs alię exceptiones nõ per-
miſſæ intelligunẽ excluſæ. nam illud pmiſſum, tunc
non eſt trahendũ ad conſequentiã, ex paritate rõ-
nis, vel fortiori rõne, & ſic Angel. exp̃ſsè decidit, ꝙ
24 qñ ſtatutũ cõſiderauit † tñ aliquã exceptionẽ op-
ponendã, & permiſſam, aliæ ẽt hñtes maioritatẽ ra
tionis nõ admittunẽ, ẽt ſi traherent rem ad iniquũ,
& contra naturã negotij iunctis his, q̃ dixit ipſe in
25 alio caſu, & pro hoc eſt rõ vltra eum, † quia qñ lex
eſt vſa uerbis gñalib⁹, põt lex cõiecturari, ꝙ nõ cõ
ſiderauit caſus particulares, q̃ poſſent euenire iux-
ta l. non oium. ff. de leg. ſed qñ ſignanter caſus ali-
quos excipit, p̃ſumendũ eſt, ꝙ quemcunq; caſum
cõſiderauit, quia tam ad prohibitionẽ, q̃ ad pmiſ-
ſionẽ aduertit: ſed alia parte exp̃ſſa reijcere, & ita
ẽt cõcludit Bal. in d. §. ꝙ ſi pro emptore, vbi dicit,
26 † ꝙ ſi ſtatutum enumerat aliquas exceptiones, oẽs
dñr eſſe reiectę, qualeſcunq; alię forent. idem tenet
Raimun. & poſt eũ Bal. & Saly. in d. l. ita nobis pu-
dor. & pro hoc gl. in terminis in d. c. ex par. il 2. ver
ſic. mille de off. deleg. quã ſequuntur ibi Bal. & Gl.
in c. accepimus in verſ. excep. de æta. & qualit. &
Card. per. de Anch. & Imol. in d. c ex par. de off. de-
leg. & Io. de Ana. conſ. 69. in fi. vbi dicit, ꝙ tunc nõ
eſt à verbis ſtatuti recedendũ. iſtã conclusionẽ te-
net d. m. Franc. Aret. in cõſ. 106. in 3. dub. in 5. col.
vltra alios allegat Bal. in d. l. trãſigere. C. de trãſac.
27 qui dicit, ꝙ ſi ſtatutũ vult, ꝙ non fiat cõcordia ſup
aliquo delicto, p̃terquã in crimine furti, qđ túc p̃ci
ſè ſeruandũ eſt, nec recipit interp̃rationẽ de aliquo
delicto ſimili ſecundũ ius cõe: p̃dictã concluſionẽ
ſequitur Imol. in l. fi. ff. quibus appel. non licet. rep̃-
28 hendendo Bal. in l. ſi nõ ſortẽ, vbi † vult, ꝙ nõ poſ-
ſit opponi exceptio nouationis, quia cum non ſint
permiſſa à ſtatuto, opponi non poſſunt. non obſtat,
29 quia non ſunt propriæ except. † quia ẽt illa ſolutio
non eſt ꝓpria exceptio, & tñ tollit omnes exceptio
nes alias. igitur ſtatutum intelligitur, & eius mens
fuit, ꝙ nullæ aliæ exceptiones opponi poſſint pro-
priè, vel impropriè, & ita punctualiter infert, & ſe-
quitur ibi Angel. Aret. colum. 5. verſ. 2. limitat hoc
Bald. propterea meritò concludendum eſt in caſu
noſtro, quia cum pragmatica ſolùm excipiat exce-
ptionem ſolutionis, quam opponere poſſunt: Item
ſolius exceptionis, ꝙ tunc ẽt oẽs exceptiones, quas
iniquum eſt repellere, & contra naturã, intelligun-
30 tur eſſe reiectæ, tantò plus, † quia vt ſupra pluries
dictum eſt, & probatum, ex quo ſolùm præpoſterat
ordinẽ opponendi, nõ cõtinet iniquitatẽ, cõfirmaẽ
in caſu

in caſu noſtro,prout dixi in alia quæſtione : quia cū
iſta pragmatica fuerit condita per ſacrā regiā Ma-
ieſtatem,tot oculis cōſpecta,tot inſinuata ſenſibus,
vt l.omnium.C.de teſt.cōſulto vt indubitata,& cer
31 ta † daretur forma in opponendis except.quo caſu
formā,& ordinē expreſſum nō licet præterire.c.cū
dilecto.de reſcrip.l.diligenter.ff.mand. & propte-
rea dicit Bal.in l 11.c.quo,& quando iudex inſinu.
32 ꝙ quando ſtatutum mandat † aliquid,& recedit à
iure cōi:tunc forma eſt ad vnguem obſeruanda pro
hōc,qđ notabile.decidit ad propoſitū Dom.in c.9.
col.2.verſ.iſtud credo extra de reſcript. ꝙ licet ali-
33 quādo iudex † ordinarius poſſit ex officio ſuo ſup-
plere,tñ in iud.delegato ſecus,qui hēt formā reſcri
pti,ſic ēt in caſu noſtro dicendū,ꝙ ex quo ordo iu-
dicij hēt formā à pragmatica qđ eā nō pt excedere
nec ſupplere ex officio, & iſta faciūt ad ꝓcedētia.
Secūdò cōfirmaē iſta cōcluſio alio fundamento,
34 nā doct.oēs hucuſque allegatæ loquunē, † qñ ſtatu
tū loquiē fauendo inſtr̄n,vel cōtractui,& in his ter-
35 minis loquiē Bar.in d.§.& parui, & oēs.eſt † alius
caſus, qñ ſtatutū fauet executioni : qñ dicit contra
executionē nihil poſſit opponi,tūc nullæ exceptio-
nes,ēt modificatiuæ repellunē,quia lex, uel ſtatutū
fauet executioni, non contractui.iſtā dr̄iam,& diſti-
ctionē facit Bar.in l.filius.ff. quod cum eo quem ibi
ſequitur Pau.de Caſt.& ſentit Ang. & ſequitur dōs
Antonius de canario in d. tractatu, q.28.in fin. ſed
pragmatica priuilegiat executionē (ibi quæ quidē
executio nullo falſitatis nullitatis) ergo contra eam
nulla exceptio,ēt modificatiua, & alia ēt rōnabilis
36 opponi poteſt,† & per iſtud fundamentū apparet,
ꝙ ſi nō fuiſſet reſeruata, ibi exceptio ſolutionis: qđ
vtique non potuiſſet opponi.non obſtat ſupra, dum
dicit ſancimus huiuſmodi contractus, ſeu inſtr̄a, &
ſic velit fauere contractui, vel inſtr̄o,quo caſu poſ-
ſent opponi exceptiones tāgentes contractū ſecun
dum Bar.in d.§.& parui, quia tunc tex. ibi loquitur
ad effectum, quod habeant paratam executionem:
quando verò loquitur de excluſione exceptionis,lo
quitur ꝑ verbū executio,& ī caſu diuerſo loquūtur.
Tertiò arguitur nā in pragmatica continetur ca-
ſus fortior,q̄ is de quo loquuntur doctores ī primo
fundamento:nā ibi prohibebantur exceptiones ge-
neraliter,& reſeruabātur aliquæ:& tamē prout dūt
37 † doct.qa mens ſtatuentiū oēm caſum cōſiderauit
non ſunt admittēdæ aliæ, q̄ nō ſunt expreſſæ,ſed in
caſu noſtræ pragmaticæ ſolùm ſumus in aliqua ex-
ceptione permiſſa,ſed ſumus in caſu, quo conditor
legum dubitans,ne generalis prohibitio non intelli
geretur loqui indiſtinctè,& non obeſſet alicui exce
ptioni,quæ denegat facti ſubſtantiā,& naturā:pro-
pterea voluit ad tollēdum tale dubium vltra proce
dere exprimendo ad maiorē fortificationē regulæ:
quod nō hēt locū,quo caſu, vt dicit d.Antonius de
cana.in d.tractatu de except.q.3.clara eſt ſtatuētis
mens,non audiūtur pares, vel maiores expreſſis ēt
exceptiones nullitatis, quæ præſupponunt cōtractū
non eſſe.l.nō putauit,§.nō quę nis.ff.contra tab.l.4.
§.condemnatū.ff.de re iudic.& tamen ea reijcit, &
ſic fundamentū factū pro parte contraria retorque
tur contra eos:quia reijcit exceptionē nullitatis , q̄
præſupponit contractū, non eſſe.ergo reijcit exce-
ptiones ēt,q̄ tāgūt naturā,& ſubſtantiā,& formam
contractus,& ſic iſtā,de qua opponitur,quid vltra,
vlterius procedendo: & vt magis fortificaret execu
tionē,prout in terminis dicit Bal.in l.1.C.de cond.
39 indebit.reijcit † exceptionē falſitatis , q̄ exceptio
pariformiter præſupponit non eſſe in rerū natura ,
& ſic priuat,& abſorbet facti ſubſtantiam , pro quo
eſt Gloſ.in l.2.C. de hære. vbi dicit, ꝙ falſus dena-
rius non eſt denarius,& qđ not.Io.Andr.ad ſpecul.
in rub.de falſ.de duobus ludentibus ad par.poſt vr
bert.de octo,& poſt plura Alex. in l.eleganter.§. p
reprobos.ff. de pign.act. ī apoſt.ad Bar.ad hoc pro
40 poſitū,& pro hoc facit, † quòd licet princeps cōſi
deret de tollendis delictis,& remittendis , nunquā
venit in conſideratione delictum falſitatis, propter
eius immanitatem. vt not.Bar.in l.Lucius.ff.ad tur-
41 pill.vbi † abſolutio cōceſſa nō extendit ſe ad crimē
falſi.quē ſequitur Petrus de Anch.in c.canonum ſta
tuta de conſt.verſ.quærit alibi Bart. & Rom.l.& de
pupillo.§.ſi plurium.ff.de noui.operi.nunc:& tamē
hic in pragmatica eſt reiecta talis exceptio, ad quā
non extēditur gr̄a, & liberalitas principis , de qua
nō ſolet princeps cogitare per iā dicta:quod hic nō
pōt dici,ꝙ pragmatica non reijcit exceptiones tān
gentes facti ſubſtantiā,& validitatem actus:cū pro
declaratione regulæ ſpecificet has duas exceptio-
nes ita abſorbentes naturā actus, & formā,& pon-
deranda ſunt fortius verba,dū dicunt nullo falſita-
tis,nullitatis,aut alterius cuiuſuis exceptionis obie
ctu,q̄ in rē loquens nullā ſpēm nullitatis vel falſita
tis,exceptionibus vult opponi.ergo licèt dicatur in
alia materia,ꝙ nō ītelligitur eſſe reiecta nullitas, q̄
ꝓuenit ex capite iuriſdictionis,& ſimul tñ ī caſu no-
ſtro oēs ſpēs ſunt reiectæ ꝑꝑ illud verſ.nullo falſita
tis,aut nullitatis obiectio quaſi dicat nullius falſita
tis aut nullitatis exceptio poſſit obijci.cōfirmaē hoc
ēt ꝑ verba ampla geminata pragmaticę,& cōtract⁹
ī forma tollūt recuſū , querelā,& ſupplicationē,vt di
xi in fundamentis factis in præcedenti quæſtione.
Non obſtant contraria,& primo non obſtat qua-
42 tenus dicatur quòd iſta exceptio † abſorbet funda
mentum contractus:& propterea non cenſetur reie
cta,quia primò reſpondetur , ꝙ & ſi abſorbeat non
propterea nō cēſetur reiecta in caſu noſtro:quādo-
quidē verba pragmaticæ ſunt clara,& clara ſtatuen
tis intētio,reſeruādo vnā tñ ſolutionis, & ſic doct.
allegatæ in cōtrariū veniūt limitādæ, niſi aliud ap-
pareat de intentione ſtatuentis:ſed quando vna tñ
reſeruatur, apparet de intentione cōdentis legē ꝙ
oēs alias fortiores excludit.& ita loquunē,& dn̄t do
ctrinæ allegatæ ꝑ me in fundamēto pro hac parte.
Secundò rn̄det,ꝙ colligiē ēt de mēte cōtrahētis:
qñquidē excludit noīatim & exceptiones, abſorbē
tes facti,& act⁹ ſubſtātiā, ꝓut nullitatis,& falſitatis.
43 Tertiò rn̄deē,ꝙ illæ doctrinæ † procedūt,qñ de-
negātur exceptiones circa inſtr̄m,vel cōtractū.ſed
ī caſu noſtro denegātur defenſiones circa executio
nē.quo caſu exceptiones modificatiuæ,& nullæ op
ponūē,vt dictū fuit ī ſecūdo fundamēto ꝑſētis par
tis,& hāc cōſiderationē , an tollat exceptiones, an
verò dfenſiones facit Ang.ī ru.đ exce. iſtr.col.2.q.
docet nihilomin⁹ ꝙ ñ poſſit opponi exceptio,q̄ alias
cōpetebat đ iure cōi , uide Abb.ī c.itē cū qs col.3.
verſic.quid autem ſi ſtatutum extra de reſt.ſpoliat.
Ioannes Aloyſius de Septimo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ oritur ex eodem contractu, in quo ſe fundat actor, admittitur. nu. 2. 3. 4.*

5 *Exceptio ſolutionis creditori ſui creditoris admitti debet. nu. 6. 7. 9.*

8 *Solutio facta locatori non prodeſt ad diffugiendam executionem contractus cenſus aduerſus eum detentorẽ.*

10 *Solutio realis non dicitur ficta ſolutio, quando ſtatutum requirit realem ſolutionem.*

12 *Nouatio, & delegationis exceptio non admittitur, licèt loco ſolutionis ſit nu. 16.*

13 *Solutionis exceptio non eſt propriè exceptio.*

14 *Exceptiones acceptilationis ſimulationis, nullitatis, falſitatis, nouationis, & delegationis non admittuntur.*

15 *Exceptio, quæ tollit ipſo iure actionem non tollitur.*

17 *Exceptio compenſationis, & ſolutionis admitti debet. num. 18.*

Limita num. 19. 20. 21. 22.

23 *Exceptio pacti liberatorij non admittitur.*

DECISIO XIIII.

In executione cauſata in tribunali magnæ
regiæ Curiæ ad inſtantiam donnæ Aleonoræ
Defleredia & Aiutami Chriſto contra don
Franciſcum del Boſco Comitem Vicari dice
batur ex parte Comitis ſoluiſſe creditoribus
alijs habentibus iura ſubiugationis, ſuper ip-
ſo comitatu, non accollatis tempore vendi-
tionis Comitatus, & ſic non teneri ad inter-
uſuria impoſiti cenſus pro cauſa pretij dicti
comitatus, pro quo fuerunt vẽditi cenſus iux
ta formam bullæ, & regiæ pragmaticæ tẽpore
venditionis venditori comitatus per empto-
rem eiuſdem, à quo venditore actrix dicit ha
bere ius & cauſam per intermedias perſonas
aliorum. & hoc non obſtãte ſtatuto, ſeu prag-
matica reijciente oẽs exceptiones, & vnâ tan
tùm admittente, quia admittitur exceptio,
1 quæ apparet ex eodem contractu, in quo ſe
fundat actor dixit Bal. in l. ex prædijs. C. de
euict. l. ſiliusfamil. iuxta glo. ff. ſi cert. pet. Bla-
ſcus Lancea ſuper bulla, qui prædicta iura al-
2 legat. nam † qñ ex eodem fonte, & contractu
actio, & exceptio oritur, nunquam exceptio
dr̃ excluſa, ſed priuilegiata, ſicut actio. Alex.
cõſ. 129. col. 2. in primo Rom cõſ. 472. Natta
conſ. 474. nu. 35. & tunc actor non dr̃ repul-
ſus à conuento, ſed à ſeipſo, & tanto magis,
3 quia † ex pacto exceptio eſt priuilegiata, quo
fit, ut non poſſit actor de contractu lætari, ni
ſi ad impleat primo ex parte ſua. l. cùm propo
nas. C. de pactis. Dec. latè in conſ. 45. † & ob
4 ſtat actori pactum de non agẽdo, & de aliq̃d
non dicendo. Antonius Canar. de execut. in-
ſtrum. q. 26. Dec. in c. ex parte in x. fallentia,
de off. deleg. & non dr̃ exceptio cõtra inſtru-
mentũ, ſed ex inſtrumẽto. Bal. in l. ex placito.
C. de rer. permut. nec põt dici, ꝙ hęc ſit exce-
5 ptio † cõpenſationis, ſed ſolutionis realis. fuit
enim facta ſolutio creditori vtriuſque. nam
ego, & bona mea erant obligata ex diſpõne
pragmaticæ, & bullæ, tãquam poſſeſſor, vnde
liberor ipſo iure, ẽt ſoluendo inuito credito-
re meo. & ob id dr̃ facta ſolutio naturaliter
in pecunia numerata. Bar. in l. ſolutum. §. ſolu
tam. nu. 2. ff. de pig. actio. Socin. conſ. 65. in 4.
Mayner in l. ex qua perſona. de reg. iur. vlte-
6 rius, † quia ſoluit vigore interlocutoriarũ, &
ſic authoritate iudicis, quæ ſemper intelligiẽ
excepta. & hoc procedit, eſto ꝙ eſſet facta ꝓ-
miſſio de ſoluendo integrè, & realiter. Pariſ.
cõſ. 68. in primo Iaſ. in l. fi. ff. qui ſatiſdare co-
gan. & eſt vidẽdus Campixanus ſuper bulla,
7 & quòd ſolutio facta † creditori habeat effe-
ctum uerè & naturalis ſolutionis, dixit Ruy.
conſ. 209. num. 27. in primo.

IN contrarium aduerſus prædicta adducuntur
oẽs infraſcriptæ concluſiones, vbi concludiẽ ex-
ceptiones aliquas eſſe exceptiones realis ſolutio-
nis, aliquas exceptiones, quæ loco ſolutionis habẽ-
tur, aliquas exceptiones, quæ extinguunt, & peri-
munt actionem, & tñ aduerſus executionẽ contra-
ctus venditionis cenſus iuxta formam bullæ ſtante
regia pragmatica, non admittuntur ad impedien-
dam executionem ante factam ſolutionem.
8 Et primo † ſi allegatur exceptio ſolutionis factæ
locatori, ſeu alteri per tertium detentorem conuen
tum, & non ſubiugatario, vel habẽt ius & cauſam à
ſubiugatario, dum agit contra tertium pro interuſu
riorum ſatisfactione, non admittitur hæc exceptio
ſolutionis ad impediendã executionẽ, prout ponit
Antonius Lancea ſuper bulla in verbo detẽtio, vbi
ait, quod etſi detentores dimitterent rem, non ſunt
liberati pro cenſu præterito, quandiu detẽtio apud
eos fuerit. arg. l. Incola lucij. ff. ad municip. de Imol.
& not. glo. in l. j. C. de leg. & l. qui concubinæ. §. qui
hortos. ff. de leg. 3. & non ſufficit ſoluiſſe, niſi ei cre-
ditori, pro quo eſt facta executio. & latiùs dixi in
alia deciſ. incipiẽte Agitato iudicio. Deciſ. xj. lib. 2.
Dicendum eſt igitur, quòd in terminis noſtris li
9 cèt ſolutio † allegata in præſenti cauſa ſit facta rea-
lis creditori ſui creditoris, non fuit tamẽ liberatus
detentor à moleſtia, & executione deinde cauſata
per ſubiugatarium, & habentẽ ius, & cauſam ab eo,
maximè in prima inſtantia, quia licèt opponat ſe
cõuentus detentor de reali ſolutione, ex quo nõ op
ponit, nec probat de reali ſolutione, facta ſubiuga-
tario, vel hñti ius, & cãm ab eo: ob id ꝓdicta ſolutio
allegata non eũ adiuuat in hac prima iudicij inſtan
tia ante factã ſolutionẽ, ſed reſeruabitur hæc exce-
ptio de ſolutione creditori ſui creditoris, qui hẽbat
hoc nomẽ debiti hypothecatũ in alia iudicij inſtan-
tia. ſ. in cauſa oppoſitoria poſt factam ſolutionem.
10 Item cùm † pragmatica excipiat ſolutionem
cum additamento realis, importat hoc additamen
tum, ut excluſus intelligatur omnis actus li-
beratorius, & ficta ſolutio, & requiritur natu-

ralis

r.lis ſolutio, late Rolan.a ualle,conſi.43.num.42.&
11 ſeq.in primo Alexan.conſi.93.num.5.in 3. † vnde
infert, quòd ceſſio nominis debitoris non inducit
ſolutionem in conſil. ſequen. hanc concluſionem
firmat Franciſcus Prouinzalis ſuper bulla in uerbo
pretij Prædictum Alexandri uerbum Ioannes Pe-
trus Surdus ponit iu conſil. 145. in primo & limi-
tat,niſi ſit datum nomen debiti inſolutum in ſatiſ-
factionem debiti:quia liberatur,& dicitur uera ſo-
lutio.
12 Item etiam licet nouatio,†& delegatio uice ſolu
tionis fungatur leg.quamuis.§.interdum. ff. ad uel-
leia.le.ſi rem.§.ſi duo. ff. de nouat. tamen ſecundũ
Alex.conſi.95.num. 5.6. in 3.non admittitur, vbi
ſtatutum tollit exceptiones, præter ſolutionem,
idem in conſil. 36.numer. tertio. in ſexto conſilio.
13 203 nume.quarto in 7.vbi dicit† quod licet ſtatu-
tum tollens exceptiones non videatur excludere
exceptionem, quæ perimit actionem, cum ſolu
tionis exceptio non ſit proprie exceptio, quia ex
tinguit obligationem, & excipitur a regula, ergo.
pari modo ſub regula excluſionis comprehen-
duntur alię exceptiones, quæ non eſſent proprię
exceptiones, quæ perimunt obligationem, vt
eſt nouatio, delegatio, & iſta ratione tollitur etiam
14 † exceptio acceptilationis, ſimulationis, nullitatis
falſitatis, & aliæ ſimiles exceptiones, & in exce-
ptione nouationis, & delegationis, quod non ad-
mittatur, firmat Boniornus ſuper bulla in tex.ibi
ſpecialiter Bertran. conſi. 303. in prima parte ſe-
cund. volum. late diſentit Ioan: de Imol. in leg.
11.num.3.ff.qui,& a quib.appell. non licet. qui lo-
quuntur in ſimilibus ſtatutis, latius dixi in ſupradi
cta deciſione 13.& poſt eam in quæſtione Io: Aloy
ſi.de Septimo, an excludatur exceptio ſimulatio
nis.

Et licet Franciſcus Prouinzalis ſuper bulla in
15 uerbo exceptionis, dicat†quod exceptio, quæ tol-
lit ipſo iure actionem, nõ tollitur, & allegat Bal.re
tum à Tiraquel.in leg.ſi vnquam.in verbo reuerta-
tur.num.316.C.de reuoca.donat.Iaſ.conſi.7.in pri
mo Cornens conſi.297.in 3. & idem repet. ſuper
verbo præterquam realis ſolutionis circa finem &
16 Ferdinandus Boniornus idem tenere uideatur, †tñ
prædicta eorum opinio, confunditur ex ſupra poſi
tis in nouatione, & delegatione, & per doctrinam
Alex.in dicto conſi. 36.num.3.in 6.& conſi. 203.n.
4.in 7.& Imol.in dicta.leg.11. num.3. vbi Alex. &
Imol.determinãt contra opinionem Prouinzal. &
Boniorn.licet ipſi dicant, quod prima facie videba
tur contrarium, faciunt notata per Bar. l. vbi pactũ
num.10.C.de tranſact.
17 Idem†dicendum de exceptione compenſatio-
nis, quia licet compenſatio vicem ſolutionis obti-
neat, de qua remiſſiue ponit Antonius lãcea ſuper
bulla in verbo cuiuſuis uerſic.ſed quia iſtud ſtatu-
tum reiicit exceptionem ſolutionis, an admittatur
compenſatio. 5.late Alex.in leg.1.C.de iur.& facti
Ignor.in apoſtill.magna Bar.in leg.amplius in fine
ff.rem ratam haber.& Abbas.in c.ad noſtram de iu
re iur.Angel in leg.ſi.quando appell.non ſit.Marſil.
ſing.208.
18 Sed licet†ſtante ſtatuto diſponente, quòd nulla
exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis, quod nihilo
minus admittatur exceptio compenſationis, ponit
Goza.conſil.69.num.2.poſt.Angel. in conſil. 132.
incip.quondam Nicolaus Gratus conſil. 121.num.
18.in primo Bertran.conſil.289.num.1.2.3. in pri-
ma.2.Marſil.ſing.208.Marcius Deciſ.148.in 2.Soc
cin.Iunio.conſil.79.num.9.in 3.
19 Attamen ſupradicta concluſio † limitatur nõ ha
bere locum: quando ſtatutum diſponit admitten-
do tantum veram ſolutionem: quia tunc non admit
tetur compenſatio Iaſ.in.l.eum, qui §. ſi iurauero
num.7.ff.de iure iura.& in conſil.134. in 4.Marcius
deciſ.148.num.4.in 2.Boer.conſi.14. in fine. poſt
Bal.in leg.3.in fine C. de compenſat. quem ſequi-
tur.Felyn.in cap.ſuborta numer.ſecundo. verſicu.
niſi ſtatutum de re iud. Crot.conſil.139. num.7. in
primo; ideo dicendum eſt in terminis noſtris, vbi
ſtatutum regni, ſeu regia pragmatica admittit tan-
tum exceptionem realis ſolutionis, quòd non ad-
mittatur exceptio compenſationis.
20 Ferdinandus Boniornus†ſuper bulla in verbo in
tex.ſolutionis, excludit compenſationis, exceptio
nem: & deinde.in fine in verſic. ſed non loquuntur
per verbum realis, ait quòd non extendatur ad cõ
penſationem Iaſ.in conſi.134.col.3.lib.4.qui loqui
tur de vera, & naturali.

Quidam apoſtillans in verbo cuiuſuis, ibi in ver
ſic.adde quòd exceptio compenſationis infraſcri-
22 pto modo determinat†, quòd non intelligitur ex-
cluſa Iaſ.in leg.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis: in con
trarium videtur hic per dictum Bal. in leg. ſi ea.C.
de compenſat.in fine.Alex.in conſil.12.num.15.vo
lum.2.& Angel.in conſi.132.incid.quondam Nico
laus confeſſus.Fely.in cap. ſuborta nu.2. de re iud.
eandem apoſtillam ſub eiſdem verbis ponit Franci
ſcus Prouinzalis in verbo præterquam realis.
23 Idem†de pacti liberatorij exceptione: quod nõ
admittatur aduerſus executionem ſtãte regia prag
matica, firmat Hieronymus Fimia ſuper bulla in
tex.ibi præterquam realis ſolutionis, vbi refert, &
ſequitur Imol.in leg.quæſitum.colum. 23.ff.qui &
à quibus: Franciſcus Podrus in cauſa contra comi-
tem Caſtuetrani.

Et ſic ex prædictis concluſionibus patet clariſſi-
ma reſponſio ad allegata, ex aduerſo pro parte cõ-
traria: & ideo fuit in præſenti cauſa reſolutum, &
concluſum oppoſitiones reijci debere, prout fuit
decretum oppoſitiones reijciantur &c.

Coadiuuit etiam hanc deciſionem, dum verè nõ
probabatur, quod ſolutiones factæ creditori, qui
prætẽdebatur habere ius ſubiugationis, ſuper co-
mitatu vicari non erant factæ pro debito, ex qua
comitatus eſſet verè obligatus, & quod fuerit ſu-
biugatio facta à venditoribus, vt hoc ius ſubiuga-
tionis, quod pretendebat in præſenti executione,
potuiſſet cadere in hypothecam creditoris, cui prę
tenditur fuiſſe ſolutum per excipientem. idem hic
comes conuentus non oſtendebat habere iura ceſ-
ſa à ſoluentibus, quia ſoluerant inquilini comi-
tatus.

SVMMARIVM.

1 *Actor probare debet rem ſubiugatam fuiſſe in bonis tẽ
pore ſubiugationis.*

Limita,

3 *Limita;quando res eſt nominatim, & expreſſe ſubiugata.*
4 *Sublimita,quando conſtat ex eodem contractu ſubiugatorio non fuiſſe in dominio.nu.5.*
6 *Exceptio,quæ legitur in ipſo inſtrumento, non intelligitur reiecta.num.7.8.*
10 *Executio ſit quando contractus eſt in ſcriptis redactus in altero regnorum Siciliæ, &c. & probet obligationem expreſſam,& præſentem: & quod ceſſerit dies. num.11.*
12 *Et ſi non ceſſerit dies,poteſt condemnari, ut ſoluat die adueniente.num.13.14.15.16.*
17 *Contractus debet eſſe factus infra decennium à die,quo competit petitio,ut poſſit executioni mandari. nume. 18.23.*
19 *Exceptio intentionis,& facti admittur. & quæ ſit.nu. 30.37.*
20 *Exceptio,quod contractus ex ſui forma apparet, quod non eſt publicus,nec in ſcriptis redactus,neque authẽticus,nec habet obligationem expreſſam, & præſentẽ admittitur.nu.21.22.*
24 *Exceptio, quod annuus cenſus non eſt impoſitus ſuper bonis ſubiugantis,admittitur.*
25 *Exceptio,quod cenſus excedit decimam partem pretij, admittitur.*
26 *Exceptio,quod pecunia pretij principalis non eſt demortua,admittitur.*
27 *Exceptio, quod non concurreret aliquid de his, quæ requiruntur ex ſubſtantia contractus venditionis cẽſus admittitur.*
16 *Exceptio,quòd deficit aliquid quod requiritur ad executionem cauſandam.*
28 *Et has exceptiones etiam parte non opponente iudex ex officio admittit.num.29.30.*

DECISIO XV.

IN articulo diſcuſſo in Tribunali magnæ regiæ curiæ ſup oppoſitionibus præſentatis in cauſa executionis cauſatæ in dicto tribunali p quoſdã de Montalto,& alios contra detẽtorẽ,& poſſeſſorẽ feudi uocati de lo boſco detẽtum per quẽdam de Gangemi, qui ſe oppoſuit, ac etiam dominus feudi don Marianus Miglazo, Baro Montis maioris pro ſuo intereſſe,fuit dubitatum,quòd debẽtor,& poſſeſſor non poterat cogi uirtute contractus uenditionis cenſus iuxta formam bullæ eo prætextu, quod feudũ ipſum de lo Boſco legeretur ſubiugatus in ipſo contractu ſubiugato-
1 río,nam† dicebatur pragmaticam dare executionem contractibus ſubiugatarijs cõtra tertios,qui detinet rem ſpecialiter ſubiugatam quæ fuiſſet in bonis ſubiugantis, ſeu in dominio ipſius tẽpore ſubiugationis,quod eſt fundamentum ipſius actoris id probare, & de hoc latius fuit per me dictum in prima deciſione incipiente in cauſis uertentibus.

ET licet aduerſus prædicta dicendum videbatur,quòd actor non tenebatur id probare :
2 †quando eſt nominatim expreſſum nomen rei ſubiugatæ in ipſo contractu ſubiugatorio,quia exprimitur & nominatim,& indiuidualiter res ipſa ſubiugata,non eſt probandum ab actore hoc extremum modo prædicto, ſed ſufficit probare, quòd eam rem aliquo tempore ſubiugãs tenebat,& poſſidebat tanquam ſuam & hoc iure vtimur in regno
3 ratio eſt†,qa ſi inter ſe contrahentes id aſſerunt,vera præſumitur aſſertio, argumento le.merito. ff. ꝓ ſocio,& probat leg.optimam.C.de contrah. & commit.ſtipul.& dicere contrarium eſt exceptio falſitatis,quæ exceptio eſt reiecta à pragmatica,& non admittitur aduerſus executionem contractus uenditionis cenſus iuxta formam bullæ.

Attamen aduerſus prædicta dicendum videtur
4 in præſenti cauſa,quòd hæc † exceptio, quod hoc feudum delo Boſco non erat in bonis,nec in dominio ſubiugantis tempore ſubiugationis,vt poſſit dici verè ſpecialiter hypothecata, & ſubiugata conſtabat ex eodem met contractu ſubiugatorio vigore cuius agebatur,dum in eo contractu ſubiugatario aſſerebatur, quòd feudum prædictum delo Boſco erat penes quendam nominatum in eo contractu,& narrabatur,quòd ſubiugatio fiebat pro redimendo feudo prædicto delo Boſco,quod,prout dicebatur in ipſo contractu erat penes illum tertiũ nominatum, & id etiam in ſcripturis apparebat, quod enunciatiua erat vera, quia feudum erat penes illum tertium,à cuius poſſe fuit deinde redem-
5 ptum,& licèt† redemptum fore potuiſſet prætendi ex pecunia,& pretio eius cenſus venditi,tunc poterat cadere in hypothecam,& anteriorem,tanquã bonum futurum,non quod potuiſſet prætendi ſubiugatum ſpecialiter, pro ut latius de hoc dixi in præallegata deciſione prima,licet poſſit facere aliquod dubium doctrina Bart.in leg.prima.ff. de pigno.& hypothecat.

Et ob id pro intelligentia, & reſolutione preſentis cauſæ diſcutiam, quid importent illa uerba re-
6 giæ pragmaticę,ibi. quæ quidem † executio nullo falſitatis, nullitatis,aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu ualeat,quomodo libet, uel differri præterquam realis ſolutionis, ſi de illa ante captionẽ perſonæ debitoris,uel eius bonorum iudicialem diſtractionem legitimè conſtiterit authenticis documentis,&c.

7 Quæ verba non videntur † excludere exceptionem concretam,quæ legitur in inſtrumento ſecundum doctrinam Antonij lancea dum ſuper bulla in verbo cuiuſuis exceptiones, quæ ſunt verba regiæ pragmaticę, pro vt ſupra, ait modo infraſcripto, nunquid iſtud verbum cuiuſuis iuncto eo,quòd poſtea excipit vnum caſum ſolutionis in verſiculo, præterquam, videtur excludere omnem exceptionem,etiam contractam:quæ legitur in inſtrumẽto? & videtur quòd ſic,quia qui omnia excludit, nihil includit.arg.leg.hoc articulo.ff.de hæred.inſt.facit quod not.glo.in leg.quidam teſtator.§.1.§.quoque ff.de fideicommiſ.liber. & quod in ſimili conſuluit Angel.de Perus. de ſtatuto florentino guarentegiato conſi.234.col.vlt.in contrarium facit,quod not. Bart.in leg.ſed & ſi quis.§.quęſitum in vltimis verbis.ff.ſi quis caut.dum allegat cap. ſedes de reſcript.vbi non excludunt caſus maiores, & quod dicit

Alex.

Alex.in auth.ex teſt.in verbo, aliorum datorum.n.
7.C.de collat. & Bar. in leg. ſi ç onſtante in princi-
pio.num.38.& ſeq.ff.ſolut.matri. & ibi doctores,&
aliæ leges,quas allegaui ſuper conſuet. ciuitatis ca
thaniç cap.quoquo modo ab iniquo debitore debi
tum exigatur,& poteſt dici,quod in nullo iſtorum
contrariorum procedit ſignum vniuerſale diſtribu
tiuum,hæc ſunt dicta Antonij Lancea, quæ ponun
tur etiam ſub nomine Iacobi chirco doctoris re-
gni antiqui vſque ad illud uerbum ſuper conſue-
tudine.

Deinde idem lancea ſubſequitur tradde quod
8 exceptio†cócreta quæ apparet ex inſtrumento ex
quo ſe fundar agens non intelligitur expulſa per
dictum ſtatutum Bal.in leg. ex prædij. C. de euict.
& Alex.in leg.4.§.condemnatum in 2. addit. ff. de
de re iud. addita. lege. filius famil.iuncta gloſ.ff. ſi
cert.pet.

9 Quidam apoſtillans†bullam & regiam pragma-
ticam ibi,cuiuſuis in verſic.niſi ait,niſi de ea cóſtet
per inſpectionem inſtrumenti euidentis Marſil.có
ſil.81.in 2.col.& col.12.

Idem firmat Franciſcus Prouinzalis ſuper ver-
bo nullitatis in verſicu.quid ſi de ea conſtet, & ad-
dit.Imol.in leg.fin.11.col.num.ff. qui, & à quibus
appell.

10 Comprobantur†prædicta ex eis, quæ ponit Pe-
trus de Gregorio ſuper bulla,queſt.8.num.mihi.5.
verſic.tertio requiritur,quod interueniant ea, quæ
requirunt ſubſtantiam ipſius contractus bullæ:que
ipſe enumerat in ſexto. quæſtione, in principio,
& deinde ſubſequitur, ex quibus infero primo,
11 quod requiritur, quod talis contractus †ſit in
ſcriptis redactus in altero regnorum ſiciliæ citra,
& vltra farum, & inter incolas, & habitatores di-
ctorum regnorum,& probet obligationem expreſ-
ſam,& præſentem petitionem inducat.item quòd
ceſſerit dies annui cenſus debendi iuxta tex.in le.
12 cedere diem.ff.de verborum ſignif. †quia præſés
petitio intelligitur illa,quç non eſt in diem, vel ſub
conditione lege. cum ad præſens. ff. ſi cert. pet.
& ſi fortè fuerit facta executio, & non dum ceſ-
ſit dies ſolutionis faciendæ, poterit iudex ex of
ficio,& parte non opponente prouidere, quod pro
cedat executio cedente die ſolutionis, & non ante
vt declarat Bart.in leg.eum qui ita.§. qui ita. ff. de
uerbo.oblig.& in leg.vbi pactum. vbi per Iaſ. poſt
alios.C.de tranſact. & in lege. lecta. ff. ſi cert. pe-
tatur.

Hoc etiam ſentire voluit Hieronymus de ſimia
ſuper bulla, & regia pragmatica in verbo præter-
13 quàm ibi,an † reijciatur exceptio, quòd executio
facta ſit ante diem: dum allegat Alex. in conſi.95.
in primo volumine prædictam opinionem Petri de
Gregorio comprobant not. per Octauian. cachera-
nũ. Pedamont.deciſio.130.& alios per eum allega
tos,qui idem firmant, quod Petrus de Gregorio.&
Afflict.deciſ.279.in fine Dec.in leg.prima.num.29
ff.ſi cert.pet.quem refert, & ſequitur Viuius com-
muni,opinio,in verbo creditor. Ripa.in leg. in illa
num.9.10.ff.de verbo.oblig. communem dicit hãc
Iaſ.in leg.qui ita.§.qui ita num.14.ff.de verbor.ob-
ligat. licèt contrarium teneant aliqui per eum al-
legati.& Guid.Papa conſi.90.vbi diſtinguit.

14 Hic†punctus accidit in cauſa executionis cauſa
ſatæ in tribunal,magnæ regiæ curiæ per Alexãdrũ
dela turri ceſſionarium cuiuſdã de ſtatella contra
don Franciſcum de inguantis baronem Brucæ: vbi
dictus don Franciſcus ſe opponebat, quòd ex eius
contractus tenore erat ſolutio cenſus facienda in
ciuitate cathaniæ,& iſte dela Turri degebat vitam
& habitabat Panormi, quia licèt fuerit ei don Fran
ciſco facta intimatio de ſoluendo dicto dela Turri
tempore executionis cauſatæ, non fuerat in mora
ex diſpoſitione tex.in leg.item illa.ff. de conſt.pe-
cunia, item aduerſus, replicationem iſtius dela Tur
ri,dum dicebatur, quod Thomas de Promontorio
procurator iſtius dela Turri eodem die, quo ipſe
don Franciſcus præſtitit in quindena interpellauit
eum don Franciſcum,vt ei de promontorio tanquã
procuratori debuiſſet fieri ſolutio, & denegauerit
ſe opponendo reſpondebatur, quod veliditas exe-
cutionis conſideratur,ſi tempore executionis cau-
ſatæ ius eam executionem exercendi competebat
15 actori.ego autem,†cui erat commiſſa cauſa ſtante
doctrina prędicta prædictorum noſtrorum docto-
rum regni, & aliorum,decreui, quod ſi aliqua diffi-
cultas potuiſſet oriri, eſſet circa expenſas factas,&
cauſatas vſque ad diem interpellationis, & etiam
dietas commiſſarij, quia executio ſatis ſubſtine-
tur ex iure contractus ex mora, quoad exercitium
ſufficit,quòd fuerit contracta tempore præſtitæ fi-
deiuſſionis,& deinde denegata ſolutione,maxime
16 quia†literæ executionis ſunt potius mandatum de
exequendo, & vera executio facta eſt, quando fit
adimplementum, & ſic quando fuit præſtitum de
ſoluendo iuxta tradita per Bal,in leg. conſentaneũ
circa finem.C.quomodo,& quando iudex & Bar.in
leg.is,qui reipublicæ.ff.ex quib.cauſ.maior.& ideo
decreui prout decidi,quod oppoſitiones reijceren
tur,expẽſis hincinde compenſantis,maxime quòd
oppoſitiones principaliter tendebant ſuper ueritа
te debiti,& ſic non releuantes.

Redeundo ad punctum præſentis deciſionis col
ligitur etiam ex dicto Petri de Gregorio in dicta
quæſtione 8.etiam in verſic. ſecundo infero, quod
17 talis†contractus bullæ debet eſſe factus infra decẽ
nium à tempore,quo debiti competit petitio pro-
ut diſponitur ex forma ritus, nam licèt ex forma
pragmaticæ talis executio fieri poſſit uſque ad tri-
ginta annos,quandiu durat ipſa actio in cuius locũ
fuit ſubrogata executio,tamen,quia ſuper huiuſmo
di decennio nihil eſt diſpoſitum virtute pragmati-
cç,ideo tanquam caſus om iſſus ſuppletur à ritu, vt
executio cauſata ex forma bullæ non habeat execu
tionem paratam,niſi vſque ad decennium iuxta for
mam ritus,per ea,quç habentur,& ponit.Bal.in le.
planè.ff.quod falſo tutor.author. & hic eſt vnus de
caſibus, in quibus pragmatica quoad dicẽniũ ſup
pletur à ritu,prout ſuperius dixi,à decẽnio vero ſu
pra proceditur actione in factum per viam cedulæ
18 cõdemnatoriç,& ita ſeruatur hodie in regno†aliàs
ſi aliquis iſtorum defecerit in iſto contractu, vt ali
quibus ex his deficientibus fieret executio, tunc
pars plena executione poſſet ſe opponere aduerſus
dictum contractum, & ea quæ de ſui ſubſtantia re
quirunt ad talem executionẽ faciẽdã,vt quia dicat
ſine actione,& iure experiri, ut ſi cum agit non in-
terue-

teruenientibus, quæ de neceſſitate requiruntur ad
cauſandam executionem talem, ita de facto oppo-
19 natur,& hæc erit exceptio † intentionis, & facti,
quam etiam iudex parte non opponente admittere
poſſet,& repellere agentem per ea, quæ ponit Bar.
in l.ſi filius.ff.quod cum eo Bar. & Modern.in l.ubi
pactum. C. de tranſact. & Iaſ. poſt alios.in l.qui ſe
debere.ff.de condit.cauſ.data cauſ.non ſeq. & An-
gel.in l.fin.ff.de pet.hæred.

Comprobo iam prædicta omnia etiã ex eis, quę
dicit idem Petrus de Grgor.in alia ſubſeq.qõne 9.
verſic.prædicta tamen intelligo in verſic.ideo qua-
tenus talis contractus ex ſui forma, & eius viſione
20 apparet † quod non eſt publicus, nec in ſcriptis re
dactus, vel non eſſet authenticus, iuxta formam ri-
21 tus,ſed fortè † ſcriptura priuata, prout voluit Bar.
22 in l.diuus Traianus.ff.de teſtam. milit. & † non ha-
beret obligationem expreſſam,& præſentem,vt vo
luit Bar.in l.eum qui ita.ff.de verbor. oblig. vel eſ-
23 ſet lapſum decennium, † vt voluit Bart. in l.planè.
ff.quod falsò tutot.auth.habetur ex forma ritus,vel
24 † annuus cenſus impoſitus fuiſſet non ſuper bonis
ſubiugantis tempore contractus ſubiugationis p̃di
25 ctæ † vel annualis cenſus decimam partem princi-
palis pretij excederet,voluit Bald. in l. rogaſti.§.ſi
tibi.ff.ſi cert.pet.& in cap.cùm P.in vlt. col. de in-
26 reiuran. † vel quod pecunia pretij principalis nõ
eſſet demortua, prout voluit Bal.in l. j.4.col. C. de
27 ſumma Trinit.& fide Cathol. † vel non concurre-
ret aliquid ex his, quæ requiruntur de ſubſtantia
contractus venditionis iurium cenſualiũ prædicto-
rum iuxta formam apoſtolicæ bullæ, & regiæ prag-
28 maticæ ſanctionis, † vel deficeret aliquid ex eis,
quæ requiruntur ad executionem cauſandam virtu
te contractus prædicti, de quibus ſcripſi ſupta in
præcedenti linea,& eo caſu,licèt nõ poſſit pars op-
ponere aduerſus executionem prædictam, potuit,
29 † tamen ſe opponere aduerſus contractum, cuius
vigore cauſata fuit executio quatenus in eo defice
rent aliqua ex præmiſſis, & illæ apparent ex facie
ipſius contractus.vt voluit Roman.conſ.42.vbi be
30 ne loquitur,tunc † non diceretur verus contractus
in ſui forma confectus venditionis annualium iuriũ
cenſualium iuxta formam bullæ apoſtolicæ, & re-
giæ pragmaticæ ſanctionis prædictæ,& talis oppo-
31 ſitio potius † eſſet defectus intentionis agentium
ad demonſtrandum,quod ſine iure requiſito ex for
ma apoſtolicæ bullæ, & regiæ pragmaticæ experi-
tur,& ſicut de facto agit, ita de facto opponatur &
officio iudicis non implorato, iuxta ea, quæ ponit
Bar.in l. vbi pactum ibi not. C.de tranſac. & Bart.
in l.ſi filius.ff.quod cum eo,vbi concordant, & Iaſ.
in l.qui ſe debere.ff.de cond.ob cauſ. de quibus ali
quid ſcripſi ſupra in præcedenti qõne. in fi. vide q̃
cumulat Imol.in l.fin.ff.qui, & à quib. appell. & in
vna q.Bal.in l.ſi non ſortem.§.indebit.ff. de condi.
indebit.& vide Angel.in l.fin.ff.de pet.hæred. hæc
dicta Petri de Gregorio ſequitur Nicolaus Intriglo
lus in qõnibus bullaribus quæſt.59.corrobora prę-
dicta omnia ex eis,quæ ſcripſi in alia mea deciſio-
ne 2. incip.In cauſa executionis cauſatæ, dùm feci
diſtinctionem inter exceptionem, quæ facit defiee
re actionem,& actori nõ competere actionem,quæ
conſtat ex eodem inſtrumento,& actis præſentatis
per actorem,quam admittendã ibi firmauit, & illã
exceptionem, quæ opponitur aliunde aduerſus a-
ctionem fundatam,quę tamẽ eliditur per exceptio
nem probatam ex inſtrumentis, & actis productis
à reo excipiente, quæ non admittitur ante factam
ſolutionem ſtante regia pragmatica, etiam quòd
eam exceptionem perimatur actio,pro ut latius di
xi in ſupradicta deciſione.s.incipiente Executione
cauſata in tribunali.

Ex quibus omnibus fuit concluſum hanc exce
ptionem legitimam.& ideo magna curia decreuit
admitti debere,prout admiſit exceptionem pronũ
ciando,quòd oppoſitiones ſtent,&c.

SVMMARIVM.

1 *Contractus factus tempore bulla Papa Pij Quinti, an ualeat exequi hodie,quo emanauit bulla Papa Gregorii.xiii.num.2.14.15.46.*

2 *Verba bulla Papę Gregorii xiij.ponderantur pro confirmatione contractuum factorum tempore bulla Pii Quinti num.3.5.*

4 *Verbum qua eſt dictio coniunctiua inter diuerſa ponitur.*

6 *Leges ad futura tantum trahuntur.*

8 *Limita in pluribus caſibus, quod trahitur ad prę terita num.9.10.11.*

13 *Diſtingue.*

7 *Verbum quoad hoc,quid operatur in bulla.*

12 *Contractus initus tempore unius legis licet effectus conferatur in tempus futurum,debet iudicari tantum tẽpus legis antiqua tempore contractus.nu.201*

14 *Contrarium.num.15.19.22.*

16 *Quod ab initio non ualet, tractu temporis non poteſt conualeſcere.*

17 *Limita.num.18.38.39.*

19 *Matrimonium prohibitum contrahi, ſi requiritur diſpenſatio valet,ex nunc,& requiritur nouus conſenſus.& quomodo num.21.*

23 *Contractus non retro trahitur ad tempus contractus initi,quando eo tempore non poterat fieri, ſi ſuperuenit lex permittens declara.num.24.25.*

26 *Pactum,quod ſi ſuperueniret aliqua bulla noua, quod contractus ipſe deberet regulari ſecundum eam,an valeat adiectum in contractu contra leges.num.27.28.*

29 *Limita.num.30.31.32.33.*

26 *Annullatio contractu annullatur pactum in eo contractu adiectum.num.27.28.*

29 *Limita pluribus modis.num.30.31.32.33.*

34 *Contractus licèt reſultet ex pacto,quod in caſu noua legis ſecundum eam debet regulari. intellige, & declara.num.35.*

36 *Morte contrahentium non extinguitur contractus conditionalis,ſed tranſit ad eorum heredes.*

37 *Idem facere tempore permiſſo, & facere tempore prohibito,& conferre ad tempus permiſſum.*

40 *Contractus factus tempore bulle Papa pii Quinti, & Papa Gregorii xiii.an poſſit regulari,& priuilegiari ſecundum pragmaticam contra tertium ſuper bulla Nicolai Quinti.41.42.*

43 *Verbum intelligitur,importat improprietatem.*

43 *Fictio,qua inductiua eſt,qua tranſactiua.*

44 *Actus nullus dicitur non eſſe, & in eo non poteſt uerificari diſpoſitio.& quomodo.num.45.*

47 Ce-

47 *Cedens non poteſt agere, quando præuenit agendo habēs utiles.*

48 *Limita ſtante pragmatica, quia exceptio alteri Ceſſiſti, non admittitur.*

DECISIO XVI.

AGitata cauſa fuit ſuper reiectione oppoſitionū uertente in magna regia Curia inter Iuliam Maximiano contra violantē del. Tignuſo detentricem rei ſpecialiter ſubiugatę, & fuit de infraſcriptis dubitatum, & deciſum modo infraſcripto, quia contractus uenditionis cenſus iuxta formā bullæ uigore cuius agebatur, erat factus tempore, quo erat emanata bulla Papæ Pij Quinti ante bullam Papæ Gregorij xiij. & opponebatur, quod ipſe contractus non habebat omnia ſubſtantialia bullæ Papæ Pij Quinti: & ſic nullus, & eius uigore agi non poterat: & quòd pragmatica ipſa regia concedens executionem inſtrumēti non extendebatur ad contractus factos ex diſpoſitione & uirtute bullæ Papæ Pij Quinti, item quòd actrix experiebatur ſine actione, quia erant in alium tranſlatę.

1 DIſcutiendo † igitur omnes difficultates ingredior primò illam difficultatem, an cōtractus iſte, vigore cuius agitur, licèt ſit factus tēpore, quo uigebat bulla Papæ Pij Quinti, & ad huc non erat emanata bulla Papæ Gregorij xiij ex quo habet ſubſtantialia bullæ Papæ Nicolai Quinti confirmatæ per bullam Papæ Gregorij xiij. ex vi, & diſpoſitione bullæ Papæ Gregorij cōfirmantis bullam Nicolai contractus ipſe ſubſtineatur, & eius vigore poſſit agi tanquam validus.

2 Et primo dico, quòd † hæc bulla Papæ Gregorij fuit emanata ad poſtulationem regni, & fundata ſuper illa ratione, quia bulla Pij Quinti licèt fuit cū reuerentia ſuſcepta, & executoriata, tamen non ſine maxima regni perturbatione, & damno obſeruari poterat, & quod regnum miſerat ad dictū Piū Quintum Octauium ſpinolam m. portulanum, & quod obtinuit declarationes, & modulationes, quæ regni neceſſitatibus minimè ſatisfecerūt: & fuit de nouo miſſus Archiepiſcopus Panormitanus, qui repreſentauit difficultates in executionibus literarū Pij Quinti ſupplicando in regniculorum indemnitate de benignitate proſpicere dignaretur, quod nulla alia ratione fieri poſſe videbatur, quàm ſi literæ Nicolai Quinti illęſæ conſeruarentur.

3 Et ſic † vſque ad huc demonſtratur, quod à regno petebatur, quòd literæ Nicolai Quinti illęſæ in regno cōſeruarētur, & ſic reſpicit etiam tempus, quo uigebant literę Pij Quinti, & etiam clarius ex ſubſequentibus demonſtratur, dum ſubſequendo dicitur, quod literarum tenore diligenter conſiderato & rerum natura diſcuſſa, cum literæ Nicolai nihil in ſe contineāt, quòd à ratione ſit alienum cùm in regno prædicto Sicilię cùm incolarum tranquillitate obſeruatę fuerint, literas uero Pij Quinti tam primo, quam ſecundo loco emanatas eidem regno minimè expedire, & ſic ex verbis ipſis demonſtratur intentionem ſupplicantis eſſe circa præterita.

4 Et hoc fortius in ſubſequentibus † verbis elicitur dum ſubſequitur cenſus iuxta Nicolai Quinti conſtitutionem facere, emere, vendere liceat: deinde adeſt punctus, & ibi finit oratio ipſa, deinde ſubſequitur eoſque ſic conſtitutos cenſus ualidos, & licitos, non autem fæneratitios eſſe. perinde, ac ſi literæ Pij Quinti non emanaſſent, & ſic ponderando illud verbum (que) poſt verbum (eos), quæ dictio (que) eſt dictio coniunctiua & tanquam coniunctio ponitur inter diuerſa. le. finali. C. per quas perſonas nobis acquiritur, vbi notatur, & quod dictio (que) ſit coniunctiua, & augmentatiua diſpoſitionis probatur in leg. eam tamen obiectione. ff. de le. 3. & ſic conſtitutio Papæ Gregorij, nedum reſpicit contractus, & emptiones, & venditiones futuras, faciendas, ſed etiam contractus, & emptiones, & uēditiones futuras, faciendas, ſed etiam contractus, & emptiones factas & conſtitutas per verbum illud ſic conſtitutos, quod eſt participium præteriti temporis, adeò ut conſtitutio ipſa Gregorii ſuper præteritis diſponere intendat.

5 Fortius † & 4. in ſubſequētibus verbis bullæ Gregorii, dum dicit tenore præſentium apoſtolica authoritate concedimus, declaramus, ſtatuimus illud addentes: vt in cenſuum emptione, & uenditione prius vnius, quàm plurimum rerum certarum, ſuper qua cenſus ipſe conſtituatur expreſſe, & deinde, ſi uoluerit omnium bonorum in genere mentio fiat, quemadmodum in cenſualibus contractibus huiuſmodi in futurum in regno celebrandis, præteritis in quibus fortè prius generalis, deinde ſpecialis bonorum mentio facta eſt: quoad hoc in ſuo robore permanentibus, retineri. & ſic in hac parte, & magis expreſſe demonſtratur, quod ipſa conſtitutio Gregorii ſuper præteritis diſponit eos contractus factos confirmando.

6 Non obſtat modo † regula legis leges. C. de legibus vbi diſponitur quod leges ad futura tātùm trahuntur, quoniam idem tex. ſe ipſum limitat, niſi nominatim de pręterito tempore diſponat, pro ut ex uerbis eiuſdem tex. in leg. leges. C. de legibus doctores omnes in leg. omnes populi, vbi Bar. Bal. & alii. ff. de iuſt. & iure.

7 Non obſtat † quòd dum bulla ipſa facit mentionem de præteritis, ſe reſtringit (quoad hoc), quoniam ſi illa verba (quoad hoc) ſunt reſtrictiua ad ualiditatem contractuū præteritorum reſpectu hypothecæ tantùm eſſet implicare ipſam conſtitutionē in ſe ipſa contradictionem, dum ipſa conſtitutio Gregorii intendit confirmare, prout confirmat conſtitutionem Nicolai, & contractus ſecundum eam factos, quod deinde voluit reſtringere in fine quoad hypothecam tantùm ſupponendo rem ſpecialē & deinde generalem, vel è contrario.

8 Item etiam †, & ſecūdo principaliter dico, quòd iſte contractus ſubſtinetur ex diſpoſitione, & bulla Gregorii xiii. quia licèt regulariter conſtitutio, ſed noua lex non trahatur ad præterita ubi de præteritis non diſponit, tamen hæc regula in pluribus caſibus non habet locum ſecundum Bal. in leg. omnes populi,

populi.num. 14. in uerſiculo, aut habet relationem ubi dicit, quòd quando ſtatutum, ſeu cõſtitutio habet relationem ſimplicem, & in definitã, id eſt ſimpliciter ad caſus præteritos, & futuros. & tunc cum noua lex refert ueterem, & trahitur ad tempus legis ueteris, & ſic ad præteritos contractus, ſed in terminis quæſtionis noſtræ ſe refert ad literas Nicolai quinti, & ſecundum eam admittit contractus.

9 Item quando † lex noua declarat legem ueterẽ lex noua trahitur ad præterita: tum ſi interpretando uerba, ſi declarat eliciendo declarationem, tam ex uerbis, & mente, quàm ex mente tantùm. & hoc firmat Bal. in dicta leg. omnes populi, dicto nume. 15. uerſic. aut interpretatur: in terminis noſtris conſtitutio Gregorii declarat cõtractus conſtitutos ſecundum conſtitutionem Nicolai Quinti validos, & ligitimos: dũ ibi dicit, declaramus ergo ad præterita, hoc etiam firmat Bart. in dicta leg. omnes populi. num. 44. verſic. primo caſu: facit Ioannes Crotus in dicta leg. omnes populi num. 133. vbi ponit, quãdo conſtitutio eſt declaratoria, ſcilicet quando adeſt uerbum delaratorium.

10 Item etiam conſtitutio Gregorii † quatenus eſt annullatiua conſtitutionis, & literarum Pii Quinti dum dicit ibi (ac ſi literæ Pii Quinti non emanaſſent) & ibi (literis Pii Quinti prædictis, quatenus literis Nicolai Quinti aduerſentur, vel aliud præteritum decernant, & aliis contrariis, quibuſcunque non obſtantibus) & ſic trahitur ad pręterita, poſtquam cauſa annullationis literarum Pii Quinti eſt de pręterito, ſcilicet ibi dum dicitur (cum literę Nicolai nihil in ſe contineant, quod à ratione ſit alienum, dicitque in regno prædicto Siciliæ magna cum incolarum tranquillitate obſeruatæ fuerint, literas vero Pii Quinti tam primo, quàm ſecundo loco emanatas eidem regno minimè expedire nobis attestetur) & ſic ſecundum Bar. in dicta lege omnes populi num. 44. verſic. ſecundo caſu, quando cõſtitutio noua eſt annullatiua ueteris legis, & cauſa annullationis eſt de præterito, trahitur ad præterita.

11 Item etiam, ſi velimus dicere, quòd † conſtitutio Gregorii ſit confirmatoria conſtitutionis Nicolai Quinti: ex quo eſt confirmatoria reſpiciens etiã tempus de præterito, & loquens in caſibus præteritis, pront ſupra feci plures ponderationes hoc demonſtrans, & tunc conſtitutio confirmans trahitur ad pręterita prout Bar. determinat, & alii poſt eum dicta leg. omnes populi. numer. 44. uerſicul. tertio caſu.

12 Nec obſtat, dum dicitur ex aduerſo, † quòd quãdo contractus eſt perfectus omni perfectione, licèt eius effectus conferatur in aliud tempus, vel quia conditionalis, & tempore purificatæ conditionis eſt edita alia lex, quod debet iudicari cõtractus ſecundum tempus legis, quo ſit contractus, & non ſecundum tempus, nouę legis, quo tempore cõditio ipſa purificatur, uel effectus ipſius contractus perficitur, & ad hoc allegari poſſent plura ſimilia ſecũdum diuerſos caſus legis, quos in hoc caſu allegant.

Reſpondeo quod prædicta omnia procedunt ex
13 alio capite diſtinctionis Bart. ſcilicet † quando lex noua ſeu conſtitutio noua eſt cõfirmatoria per verbum futuri temporis, uel inducit, ſeu ſtatuit de nouo. quia tunc procedũt dicta ex aduerſo, quod dicta lex noua confirmatoria per verba futuri temporis, vel inducendo ſeu ſtatuendo de nouo ſubdiſtinguitur: quòd aut pertinet ad litis ordinationem aut ad litis deciſionem, primo caſu trahitur ad pręterita, ſecundo caſu aut lex noua, ſeu ſtatutũ inducit ſollennitatem, ſiue formam, & tunc actus eſt ceptus, ſed non perfectus, & ad illud porrigitur ſi uerè actus eſt perfectus, & ad illud lex non porrigitur, ſi verò inducit excluſionem, ſeu defenſionem, & tunc concluditur, quòd aut excluſio, aut defenſio cauſatur, ſeu creatur tempore contractæ obligationis, & ſtatutum nouum talem excluſionem, vel defenſſionem inducens ad contractus præteritos non extenditur, aut excluſio, vel defenſio cauſatur ex alio facto poſt contractum obligationis, tũc ſi illud tale factum poſt ſtatutum contingit porrigitur etiam ad pręteritas obligationes, ſi verò tale ſtatutum excluſionem, vel defenſionem tollit, & tunc Bar. concludit idem, quia ſi quidem excluſio, uel defenſio cepit competere ante ſtatutum, & non tollitur, hæc capita diſtinctionum ponit. Bar. in dicta leg. omnes populi, in dicto nume. 44. in dicto. 4. caſu. Si quando lex procedit inducendo ſeu ſtatuẽdo de nouo, in quo 4. caſu ponit prędictam longam diſtinctionẽ, ſuper qua ſe poſſet ſundere alia pars inducendo leges in dictis capitibus diſtinctionis, quam Bar. refert Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in dicta leg. omnes populi nume. 151. vbi in numeris ſequentibus num. 152. 153. 154. infert ad diuerſos caſus, & quæſtiones allegatas ex aduerſo.

Et ſic allegata ex aduerſo non procedunt in terminis quæſtionis noſtræ, cùm ſimus in primo. 2. & 3. caſu. Bar. ut ſupra dixi, & non in 4. caſu, vbi ponitur prædicta longa diſtinctio. ſed in ſtatuto de nouo iure diſponente.

Hoc dubium noſtri doctores † regni etiam fece-
14 runt in bulla Papæ Nicolai an traheretur ad contractus pręteritos & initos ante illam bullam Nicolai & maxime Blaſcus lancea ſuper bulla ibi in verbo ſolutionis, dicit an iſta bulla extendatur ad contractus factos ſecundum illam rationem de decem ꝑ centenario ſecundum iſtam bullam: in hoc eſt conſiderandum, an ſit declaratoria iuris antiqui, quia tunc traheretur ad contractus ante bullam inſtitutam. cap. fin. & ibi ſcribentes ex de conſtit. ibi per Doct. & alios, & Fely. in cap. cognoſcentes in 3. col. num. 9. in fin. de conſt. & etiam in hoc eſt conſiderandum, an iſta bulla ſe referat ad futura, quia ſi ita eſt non extenderetur ad contractus preteritos, ut per Dec. in loco præallegato. & ibidem Imol. in 6. col. verſ. not. primum. hæc apoſtilla etiam eſt poſita ſub Ioanne Philippo de Paternione.

Et alibi † idem Blaſcus in verbo huiuſmodi verſ.
15 367. ait, quòd in contractibus ſubiugatorijs ad rationem decem pro centenario ante iſtam bullam an redigatur ad formam bullę? videtur quòd ſic, vt videatur ſummus Pontifex taxare ſummam, ſic uidetur declaratoria iuris antiqui cap. fin. de conſtit. & ibi doct. quo caſu ſuccedit doct. do. in leg. prima C. de leg. vbi dicunt, quod quando lex noua eſt declaratoria, de quo tamen vide per Barba. in clem.

prima

prima nume.22.de electio. non de centenario per
Bar.in leg.ait prætor.§.erit.ff.de ui bon raptorum.
16 Nec obſtat,dnm allegabatur,quòd † & ſi in con-
tractu ipſo ſubiugatorio adeſſet pactum,quòd quã
do fieret noua diſpoſitio,ſeu bulla, ſecundum eam
debeat regulari, quia dum confertur iſte contra-
ctus ex pacto ad tempus nouæ legis, & nouæ prag-
maticæ, quo tempore contractus eſt licitus ex no-
ua lege,quia factus tẽpore legis antiquæ, quo erat
nullus,quòd requiratur nouus conſenſus, allegan-
do regulam,quod ab initio non valet,tractu tempo
ris non poteſt conualeſcere,& etiam alia ſimilia de
alienatione facta tempore prohibito,collata ad tẽ-
pus,quo erit diſpenſatum per ſuperiorem,dum ſo-
let dici in contractibus habita prius licentia, & cõ
firmatione ſuperioris, vel in matrimonijs, habita
prius diſpenſatione.
17 Quoniam reſpondeo †,quòd nos ſumus in diuer
ſo caſu,quàm in allegatis ex aduerſo, quæ non ob-
ſtant,primò regula,quod ab initio,quia dicta regu
la procedit,quando confirmatur contractus non ſu
blato impedimento,per quod contractus erat nul-
lus,uel quando partes confirmant contractum; qui
non poſſunt diſponere de cauſa nullitatis.
18 Sed nos ſumus † in caſu,vbi contractus ualidatur
ex diſpoſitione ſuperioris, qui habet poteſtatem
confirmandi,& diſponendi ſuper cauſa nullitatis,
quia ſuperior,pro ut in Papa, quia tunc ualidatur
contractus tam ſublata cauſa nullitatis per eum,
qui poteſt diſponere ſuper ea, quã non ſublata pro
ut ita limitat dictam regulam Manerius in le. quod
ab initio la prima.ff.de regulis iuris, & in terminis
noſtris ſumus in caſu ubi conſenſus contrahentiũ
fuit contrahere,etiam ſecundnm nouam legem, &
noua lex fuir conſtituta per eum, qui potuit tollere
cauſam nullitatis,& legem, quæ nullitatem inducc
bat,pro ut lex ipſa ſuperuenit, & ſubſtulit legem,
per quam contractus erat nullius.
19 Non etiam obſtat de † alijs duobus ſimilibus de
alia natione prohibita, & matrimonio prohibito,
quoniam non poſſunt adaptari in terminis,quæſtio
nis noſtræ,quia prædicta procedunt, quando con-
tractus à principio erat nullus, quia factus contra
diſpoſitionem legis prohibitione adhuc durante,
& non ſublata per ſuperiorem tempore diſpẽſatio
nis,& ſuperior diſpenſat tantùm in illo actu, quia
tunc contractus per conſenſum adhibitum lege re
ſiſtente actui, contractus perficitur,& licet partes
ipſę voluerint,ex tũc contrahere ſub conditione, ſi
romanus Pontifex diſpenſaret, vel habita priùs li-
centia diſpenſationis ſuperioris,quia tunc conſen-
ſus eſt perfectis ex voluntate contrahentium,& ap
paret,quòd ex tunc noluerint contrahere, ſi papa
diſpenſauerit,vel ſuperior confirmauerit. & ſic tẽ-
pore contractus ex parte contrahentium eſt perfe
ctus non habens conſenſus tractum ſucceſſiuum,
nec reſpiciens actum futurum. licèt ſuperueniret
conditio,& ſic actus,per quem eſt ſublata prohibi
tio,& impedimentum,tamen adhuc conſenſus re-
manet ſub prohibitione legis,quia actus ſubſequẽs
non purificat conſenſum: ſed in terminis noſtris cõ
ſenſus fuit perfectus reſpectu ſubſtantiæ obligatio
nis,& poterat fieri ex legis diſpoſitione, etiam re-
ſpectu materiæ,& rei ſuper qua contrahebatur,nã
quod deficiebat ſola ſolennitas,& ſublata ſolenni-
tate per legem ſuperuenientem retro trahendo ad
tempus contractus,reperitur & conſenſus,& mate
ria præ exiſtens eſſe tales, per quam contractus ip
ſe in ſui ſubſtantia ſubſtineri poteſt, facit lex obſer
uare.§.fin.ff.de officio proconſul.
20 Item conſenſus adhibitus † ex tempore contra-
ctus habet tractum ſucceſſiuum, & reſpicit etiam
futurum tempus: quo caſu licèt ſit adhibitus tem
pore prohibito,confertur ad tempus permiſſum,&
ſic non requiritur nouus conſenſus, ex quo ex illo
tempore pro futuro eſt adhibitus, & ſic valet con-
tractus collatus ad tempus permiſſum leg. in tem-
pus.ff.de hæred.inſtit. ſicut in vend. conditionali,
quæ perficitur adueniente conditione, ſicut etiam
dicimus quòd quando contrahuntur ſponſalitia tẽ
pore prohibito, quia conſenſus reſpicit futurum,ſi
tollitur impedimentum,validãtur abſque nouo cõ-
ſenſu ſponſalitia in matrimonio, vbi requiritur cõ
ſenſus de præſenti non poteſt referri in futurum, vt
ſit matrimonium,quia non recipit diem,neque cõ-
ditionem,quia actus legitimus leg. actus legitimus
ff.de reg.iur.Couar.ex aduerſo allegatus in dicto.
num.3.
21 Item etiam,† ſecus eſt in matrimonio prohibito
uel res ſacra prohibita alienari, quia reſponderi po
teſt ſecundum not.per Couar. in epitome ca.3.par
te.3.per totum capitulum in caſu noſtro, per legẽ
nouam tollitur lex prohibens,& omnis effectus cau
ſatus ex lege veteri & ſic ex ea nullitas cauſata, &
actus remanet validus,etiam factus tempore uete-
ris legis ſublatæ,& irritatæ, ac ſi minime facta fuiſ-
ſet,comprobantur prædicta ex doctrina Prępoſiti
in c.non debet de conſanguin.& affinitat.
22 Nec obſtat,dum dicitur †, quod vt actus retro-
trahatur,oportet,quòd potuerit intercedere à prin
cipio leg. is qui pro emptore. de vſu capionibus
quia reſpondeo, quòd in terminis quęſtionis no-
ſtræ,ſtante noua lege derogante legem prohiben-
tem,& reducentem ad tempus legis antiquioris,p-
mittens actum,non deficit extremum,ad quẽ,quin
à principio actus fieri poterat tempore actus geſti
ſublato impedimento legis prohibentis, cum an-
nullatione ipſius,ac ſi minime facta fuiſſet,prout ad
propoſitum facit doctrina doctr.Prępoſit.in ca. nõ
debet nnm.20.de conſanguin. & affinitat. leg.ob-
ſeruare.ff.de officio proconſul.
23 Nec obſtat † quòd ex facto in iure improbato
non poteſt naſci aliqua obligatio leg. cum lex.ff.de
fideiuſſ.ſed in contractu conditionali ſola ſpes eſt
in obligatione, propter illam ſpẽ contractus retro
trahitur, & non poteſt retrò trahi ad tempus, quo
contractus eſt nullus,& ex eo non naſcitur obliga-
24 tio,quoniam reſpondeo, † quòd prædicta procę-
dunt,quando prohibitio non eſt ſublata per legem
generalem derogantes & tollentem de medio
legem prohibentem, etiam reſpectu præterito
rum ac ſi minime emanata fuiſſet,quia ſicut lex ip-
ſa noua retrotrahitur ad præterita, lex ipſa noua
tollens legem prohibentem facit retrotrahi tem-
pus illud contractus eſſe ſub lege permittente: &
ac ſi fuiſſet factus tempore permiſſo, hoc firmatur
ex ſupradictis notatis per Præpoſitum in dicto ca.
non debet.& leg.obſeruare.§.fin.& doct.ſupra alle
gatos

gatos in leg.omnes populi in illo caſu. 3.de lege no
ua,& conſtitutione noua annullante legem veteré,
per verba præteriti temporis,& reſpicientis ad prę
terita,& ſic ſi validatur contractus per leg. nouam
tanquam factus de præterito in caſibus ſupra per
me firmatis,& in terminis bullæ Papæ Greg. uali-
datur pro ut ex tempore geſti contractus & adhibi
ti conſenſus:& non pro ut ex nunc,ita vt non requi
ratur nouus conſenſus poſtquam conſenſus fuit ad
hibitus tempore actus geſti, & tanquam factus de
pręterito validatur per conſtitutionem nouam,non
requiritur nouus conſenſus,nec noua forma.

25 Et ſi hic† nouus conſenſus requireretur, poſt le
gem nouam,quæ compræhēdit pręterita,eſſet quæ
ſtio de vento, an conſtitutio noua compræhendat
caſus,& actus præteritos, poſtquam ex nouo con-
ſenſu, & noua forma diceretur nouus contractus
factus,tempore nouæ legis, & maxime cum ſimus
in tribus primis caſibus,diſtinctionis Bart. per me
relatis, quia difficultas prædicta poſſet militare in
4.caſu,vbi diſpoſitio eſſet noui iuris inductiua tan
tùm, quo caſu ex quo lex prohibita eſt ſublata ex
nunc,& non pro ex tunc, ex quo conſenſus eſt ad-
hibitus,& contractus perfectus tempore legis pro
hibentis, permiſſio ex noua lege requirit nouum
conſenſum,quia retrotrahendo ad tempus contra-
ctus ex eo conſenſu,& contractu,ex quo contra le-
gem nulla ex eo fuit orta obligatio,& ſic retro tra-
heretur ad tempus,ad quod ex illo fuit orta obliga
tio, & in his terminis poſſent militare allegata in
contrarium.

26 Mouebatur† quòd etiā ſi eſſemus in caſu, in quo
bulla Gregorij xiij.non diſponeret, nec eius diſpo
ſitio traheretur ad contractus præteritos,an ex pa-
cto adiecto in ipſo contractu ſubiugatorio, de quo
ſupra ſubſtineatur iſte contractus ex ſuperuenien-
tia bullæ Gregorij xiij. & legis diſponentis contra
ctum licitum ſub forma,ſub qua eſt initus iſte con-
tractus,poſtquam ſi contractus ſubiugatorius ini-
tus tempore bullæ Pij Quinti eſt nullus,quia in eo
non eſt ſeruata forma data per bullam Pij Quinti,
uidetur quod debeat etiam annullari pactum ip-
ſum in ipſo contractu adiectum,quia cum principa
lis contractus eſt ſimulatus, & nullus,omnia pacta
in eo contractu adiecta ſunt nulla,& inualida,alle-
gatur tex.in l.fi.ff.de conſtituta pecunia,per quem
tex.dixit Bal.in l.ſi abſens.ff.ſi certum petatur, qđ
ſi non valet contractus principalis,non valet confeſ
ſio in eo contenta,& etiam Gloſ. quā ſequitur qui-
ſque doctor in leg.ſi patronus.§.patronum, in ver-
bo flaniana.ff.ſi quis in fraudem patroni,quæ dicit
quod ſi non ualet contractus principalis, non va-
leant & alia acceſſoria,neque alia pacta,& Bal.in l.
27 1.col.4.C.de inofficioſis donationibus,ubi† dicit,
quòd reſciſſo contractu principali,& intelligitur re
ſciſſus pęnalis,& quod libet acceſſorium,vt Bal.in
28 leg.ex teſtamento.C.de fidei commiſſi. ubi† ait ꝙ
ſi non tenet contractus principalis, non tenet nec
precarium,nec conſtitutum,quod ſequitur Crotus
in conſi.12.nu.17.& ſeq.in primo & conſi.149.nu.
37.& 38.& conſi.176.nu.27.& ſeq.& conſi. 266.n.
13.& ſequen.in 2.& conſ.296.num.16.& ſeq.in 3.
allegatur etiam Gabriel,quòd ponit regulam in li-
bro ſexto concluſ.in titulo de clauſulis concluſ.de-
cima ubi infinitos allegat.

28 Huic motiuo† breuiter reſpondeo hoc procede-
re,quando clauſula,& pacta eſſent acceſſoria, & de
pendentia ex appendentibus contractus principa-
lis,& appoſita pacta pro confirmatione & corro-
boratione contractus principalis,& pro eo ſubſtan
tiando,& adiuuando,& ampliando, ſecus in termi-
nis quæſtionis noſtræ,ubi pactum adiectum in ipſo
contractu,de quo modo agitur,non eſt de appendi
cibus ad contractum ipſum, qui fuit factus tempo-
re bullæ Pij Quinti: ſed eſt conuentio de per ſe,&
ęque principalis importans diuerſum,& ſeparatum
contractum:ſcilicet contrahentes ipſi voluerunt ex
ipſo pacto contrahere ſecundum formam bullæ no
uæ edendæ & pragmaticæ faciendæ: quo caſu ex
quo importat dictum pactum contractum diuerſū
& ſeparatum ab ipſo contractu, qui fiebat eo tem-
30 pore æquè principalis eſt,& etiam † quod ſit nul-
lus ipſe contractus factus eo tempore, non tamen
annuliatur conuentio ipſorum contrahentium uolē
tium contrahere ſecundum bullam faciendam, &
pragmaticam edendam,quo caſu non habet locum
regula prædicta, quòd ubi contractus principalis
eſt nullus,pactum, & conuentio in eo adiecta ſunt
nulla,ita limitat dictam regulam, & concluſionem
Gabriel in d.conclu.x.prima limitatione principa-
li.nu.7.imo fortius in terminis noſtris, poſtquā pa
ctum dictat,quod in caſu,quo ederetur noua bulla
ſeu pragmatica quod ipſe contractus factus eo tē-
pore bullę Pij Quinti reguletur, & regulari debeat
ſecundum bullam & pragmaticam edendā potius
dicitur,ꝙ contractus ipſe factus eo tempore deſer
uiat conuentioni contentæ in pacto, & reguletur ſe
cundum nouam bullam, & ſic potius dicitur ipſe
contractus tunc temporis factus de appendicibus,
ut deſeruiat pacto,quàm pactum ſeu conuentio prę
dicta deſeruiat contractui.

31 Item & ſecundo † facit alia limitatio dicti Ga-
brielis in dicta concluſione quinta nu.8.ubi allegat
magis ueram,& communem opinionem cōtra præ
allegatos doctores,quod ex contractu nullo reſul-
tat valida confeſſio ita ut confeſſio ipſa faciat ius in
ter partes,vt non inualidetur confeſſio facta in con
tractu nullo maxime quando ipſa confeſſio emanaſ
ſet æquæ principaliter,& nō acceſſoriè,& ſic in ter
minis noſtris conuentio ipſa, ſeu pactum eſt æque
principaliter ad contractū futurū firmādum,& nō
acceſſorie ad contractum tunc initum.

Tertiò facit alia limitatio tertia de qua per Ga-
brielem in dicta concluſione 10.num. 9. quod quā
32 do non adeſt eadem ratio, vt† deficere debeat clau
ſula acceſſoria,ſeu pacta,prout principalis, tunc ſu
blato principali, non tolluntur pacta, idem firmat
Crauet.in conſi. 620.nu. 13.in 4.& conſi.427.n.12
in 3.in terminis noſtris, non eadem eſt ratio in tol-
lendo dictam conuentionem, ſeu pactum, quæ eſt
in principali,quia defectus, per quem tollitur iſte
contractus factus tempore Pij Quinti,ceſſat in con
tractu,qui elicitur ex pacto, ſeu regulatione contra
ctus dum regulatur ad formam contractus,qui cō
uenit formæ,& diſpoſitioni, præſentis contractus
ex noua ſuperueniente bulla,licet non conueniat
diſpoſitioni bullę Pij Quinti, quæ erat tempore cō
tractus,& ſic non militat eadem ratio in pacto, &
conuen-

conuentione, pro qua debeat annullari contractus ſecundum eum factum, firmatus quæ militat in cõtractu firmato, ſecundum tempus bullę Pij Quinti.

33 Quartò † procedit etiam in terminis noſtris alia quarta limitatio, quam ponit Gabriel in d.concluſ. 14.limitatione.nu.10. quod quando clauſula, & pacta acceſſoria poſſunt ſtare de per ſe ſublato principali, nõ tollitur pactum, ſeu clauſula acceſſoria: ſed in terminis noſtris apparet ex ſupradictis, qualiter pactum, & conuentio prædicta poſſunt ſtare per ſe, & non recipiunt fomẽtum ab ipſo contractu principali, tunc inito. imò contractus eſſe principalis ſtat in ſuſpenſo, vt recipiat nouam formam ꝓpter pactum prædictum in eo adiectum, vt debeat regulari contractus ipſe ex cõuentione in ipſo pacto contenta, ſecundum formam bullæ, & pragmaticæ edendę.

34 Quantum attinet † ad aliud motiuum, ſ.quod licèt nouus cõtractus reſultet ex pacto ipſo in dicto contractu adiecto ſuperueniente noua lege, & conſtitutione: tamen ex quo vna ſemel contractus fuit nullus, quia factus eo tempore, quo lex reſiſtebat, licèt ſuperuenerit lex permittens eum contractum requiritur nouus conſenſus.

35 Reſpondeo prædicta † procedere quando conſenſus eſt adhibitus limitatè, & de præſenti ad contractum, qui tunc fit tempore quo lex prohibet fieri, ſecus autem in conuentione, & cõſenſu, qui adhibetur ad tempus nouæ legis edendæ, quia tunc ſtat in ſuſpenſo talis contractus, donec adueniat conditio, ſeu tempus ad quod confertur cõtractus. argumento tex. in l. fin. §. ſin autem auaritiæ, cum authentica ibi poſita. C.communia delegat. & quando contractus eſt ad diem, vel ſub conditione, vel ſub modo, donec non veniat dies, nec conditio purificatur ſtat in ſuſpenſo: ita vt neutri liceat ex contrahentibus ab eo recedere, & purificata conditione contractus perficitur abſque nouo alio conſenſu ſuperueniente & neceſſario tex. in l. hæc venditio in princip. ff. de contrahen. emptio. per quem tex. & alia iura, ita firmat latè Alexand. conſil.40. volu. 5. quem ſequitur Pariſius conſi.1.num. 129. & 130. qui loquitur in pacto, in primo volum. ſequitur Afflictus in cap.1.num.31. de vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotha. Lucas de Penna in l.nulli.C.de fundis patrimonialibus, lib. xj.

36 Imò fortius, † eſto quod contrahentes moriantur, contractus initus ſub conditione, nõ extinguitur, ſed obligatio actiuè, & paſſiuè tranſit in hæredes. l. neceſſario. §. ſi pendente. ff. de periculo, & commodo rei venditæ. Berous conſil. 41. numero 22. in primo.

37 Item nunquam legitur, † quod quando contractus eſt factus, & firmatus, vt valeat ad diem nouæ legis, & ſub conditione factus, vt reguletur, & firmetur ſecundum diſpoſitionem nouæ legis ſuperueniente noua lege ad id, quod eſt conuentum ſub ea conditione. requiratur nouus conſenſus. nam habemus regulam pro nobis, quod idem eſt contrahere, & facere tempore permiſſo, & licito, & facere tempore prohibito, & conferre ad tempus permiſſum. tex. eſt in l. in tempus, cum ibi notatis. ff. de hæredibus inſtituend.

38 Ad id, † quod dicitur ex doctrina Cagnoli in l. quod ab initio. num.6. de regulis iuris. quod vbi ab initio contractus fit nullus, non poteſt ſolo tractu temporis firmari, ſed nouo ſubſequenti conſenſu, interdum tacito, interdum expreſſo, quia ibi dicit Cagnolus, quod ſublata cauſa impedimenti firmatur, & ſic ex mente ipſius Cagnoli potiùs elicitur concluſio pro nobis, quàm contra nos.

39 Secundò dico † ex doctrina Mainerij in dicta lege quod ab initio. nume. 31. vbi facit plures concluſiones, & ponit duodecimam concluſionem, quod vbi ceſſauit cauſa tota impediens, & superuenit confirmans, tunc actus, qui ante erat nullus, conſtituitur validus, non vt ex tunc, ſed ut ex nunc, allegat text. in l. eos, qui, in fine. ff. de ritu nuptiarum.

40 Ad alia allegata † etiam ex aduerſo, patet ex prædictis reſponſio, & quoad illud, quod executio non eſt legitime contra non obligatum, licèt poſſideat rem. ex Angel. in l. prima. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. & Petrus de Gregorio ſuper bulla quæſtione ſexta, principio ſexto. nec poſſit etiam ſubſiſtere ex forma, & diſpoſitione pragmaticæ regiæ Alphonſi, ſuper bulla edita, quia contractus eſt factus ſecundum formam bullæ Pij Quinti tempore, quo omnes aliæ ſuſpenſæ, & pragmatica priuilegiat contractus factos ſecundum formam bullæ Nicolai Quinti ibi inſertę.

41 Reſpondeo, † quòd ſi attendimus ad naturam contractus venditionis cenſus iuxta formam bullę, & ſecundum aliquos poteſt agi cõtra tertium poſſeſſorem rei ſubiugatę: Nicolaus Euerardus in cõſil. 147. Ioan. Petrus Surdus in conſil. 162. num.9. 10. in ſecundo. & ego latiùs dixi in alia deciſione 13. incipiente in tribunali m.r.c. fuit agitata cauſa. licèt poſſit dubitari, an via executiua in caſu, & ſecundum terminos, & rationes prædictorum: loquendo tamen in terminis noſtris, etiam pragmatica, quæ diſponit ſuper bulla Papæ Nicolai Quinti, procedit in contractibus venditionis cenſus, etiam tempore bullæ Pij Quinti, dum contractus validatur, & regulatur per bullam Gregorij XIII. & per executorias, deinde editas poſt bullam Papæ Gregorij XIII. demonſtratur. item pragmatica dat executiones contractibus venditionis cenſus contra tertium ex illo ſolo, quod res poſſeſſa per tertium eſt ſpecialiter ſubiugata, quod requiſitum interuenit in contractu, de quo agitur, & vigore cuius executio proceſſit, & licèt tempore bullæ Pij Quinti circa contractus de nouo faciendos erat ſuſpenſa bulla Papæ Nicolai Quinti, tantum per bullam Gregorij XIII. reuiuiſcit, & cœpit habere effectum, vt ex tunc non ut ex nunc, ut ſupra latiùs firmaui, & prout dictat bulla Papæ Gregorij XIII. habetur, ac ſi nunquam fuiſſet emanata, & fuit habita in irritum, & ſic ſufficit, quod fuerit contractus factus ſecundum formam bullæ Papæ Nicolai Quinti, res ſubiugata ſpecialiter, vt ſit locus executioni contra tertium, etiam quòd ſit factus contractus tempore bullæ Papæ Pij Quinti.

42 Et fortiùs procedunt † in terminis noſtris prædicta: quoniam in contractu adeſt pactum, quòd ſi fuerit permiſſum fieri ſecũdum bullam noſtram, quòd intelligitur ſic factus, & regulari debeat.

Et ſic ceſſabit illud, quod dicitur, quod verbum
43 intelligitur, † importat improprietatem, & fictionem ſecundum Bar.in l. ſi is, qui pro emp. de vſucap. Pariſius conſ.22.num.17.in ſecundo. & quod pragmatica ſit contra ius cōe, vt exorbitans, vt declarat Petrus de Greg.qō.6.verſ. ſucceſſiuè quæro, & verſ.ſecundū ſpeciale, oō operatur in caſu ficto. l.3.§.hæc verba. vbi gloſ.& Bart.ff. de negot. geſt. Bart.& alij.in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur. Pariſ.conſ.22.nu.20.ſecus in fauorabilibus Pariſ.cōſ. 98.num.10.io primo.

44 Et dum ingreditur † ad diſcuſſionem fictionis inductiuæ,& translatiuæ, quòd non operetur contra tertium, & quod non operatur deficiente vno extremo,ex Bartoli doctrina in d.l.ſi is, qui pro emptore.num.28.43.Berous conſ.54.& conſ.7.in primo.& quod ſtatuti forma debeat ad impleri in forma ſpecifica,& non per æquipollens ſecundū doct. io l.qui Romæ.§.flauius.ff.de verb. obl.Iaſ. in l.3.ff. de liber.& poſth. Pariſius conſil.12.nume.46.cum quatuor ſequent.in ſecundo.

44 Et quando † actus eſt nullus,dicitur non eſſe, & in eo non poteſt verificari aliqua diſpoſitio. Rip.in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebell.Deci.conſ.10.num.30. cum ſeq.& non eotis nullæ ſunt qualitates. Achill. perſonal.De adipiſcen.poſſeſſ.nu.260.

45 Quoniam prædictis † reſpondeo, etiam quod prædicta de fictione procedunt, quando ſumus in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis, quia poſſunt leges fingere non factum verè pro facto,& factum pro non facto: etiam deficiente extremo,ad quem: prout Bar.in l.ſi is,qui pro emptore, & latius dixi in alia mea deciſione.

46 Et actus, licèt poſſet † dubitari tempore actus geſti,de eius validitate, propter formam non ſeruatam, ſatis conualidatur es diſpoſitione bulllæ Gregorij, dum ſe extendit ad præterita, vt ſupra dixi.

Et ſecundum hanc,quòd contractus ſubiugatorius ſubſtineatur, & eius vigore poſſit agi tanquā validus,& etiam pragmatica habeat locum, & ſecundum eam exequi debeat, & poſſit, dum eſſem Iudex Tribunalis conciſtorii ſacræ reg. conſcient, ità cum collegis iudicaui in cauſa quorūdam Meſſanenſium,& in Tribunali mag.reg.cur. In ſede ſequeoti.ita etiā determinauit in cauſa in m.r.c. vertente inter Archangelum de Quintana, & conſortes cōtra Iacobum Sabbia baronem Pertuſi, in qua equidem fui aduocatus, & eam cauſam defendebam prædictis medijs.

Noo obſtat, quòd dicebatur ex carentia actionis, ex quo redditus iſti poſt factam ſubiugationē ante dotationem erant ceſſi, & ſubiugati cum expreſſo mandato, quòd ſubiugatario ſoluerentur,
47 quandoquidem † quando dotauit, nihil tranſtulit, quia vtiles translatæ, & directę non poterant cedi,nec exercitium directarum competit,quia præuentus ab habente vtiles.Bar. & omnes in l.nomē. ff.quæ res pigno.oblig.poſſ. Alex.conſ.15. nu.6.& conſ.17.in primo.Pariſ.conſil. 107. in tertio.

Et cùm agat ſine actione, repellendus eſt.Iaſ.in l.generaliter.ff.de verbor.obl.Bal.conſil.298. Oſaſcus Peda.deciſione 168.nume.1.

Et ꝙ obſtāt ſolutiones factæ hæredib. de Alexā.

48 Quoniam reſpondeo, † quòd quia ſumus in executione contractus venditionis cenſus iuxta formā bullæ.vbi ſtante,quòd regia pragmatica tollit, ſeu reiicit omnes exceptiones &c. non admittitur exceptio illa (tu alteri ceſſiſti) ante factam ſolutionē, ſecundum Beltrand.conſil.303.in ſecundo.

Alia non fuerunt diſcuſſa, quia per magnam curiam per prædicta fuit concluſum, necnon & determinatum, quòd oppoſitiones reiicerentur, & ita fuit interlocutum,

SVMMARIVM.

1 *Exceptio reſolutionis dominii,an admittatur ante ſolutionem,vel poſt in cauſa oppoſitoria.num.3.4.5.6, 7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.18.20.21.22.*

24 *Ratio,quare admittitur poſt ſolutionem.num.24.*

25 *Confutatur doct. Intriglolus.num.26.27.28.*

2 *Emphiteuta poteſt ſubiugare rem emphiteoticam. nume.3.4.*

3 *Vt Cecidit res emphiteotica in cōmiſſum reſoluunt omnes obligationes,& hypothecæ ipſo iure,& ſic ſubiugatio abſque ſententia neque monitione.nu.4.5.6.7. 8.9.10.11.12.13.14.15.16.18.19. niſi dominus impoſitioni conſentiat.nu.10.*

14 *Pactum manus iniectionis,facit, ut poſſit executio ambulare contra tertium.*

24 *Exceptio reſolutionis dominij non admittitur ante ſolutionem.*

29 *Incommiſſum propter deteriorationem cadit emphiteuta tribus concurrentibus. primo deterioratio notabilis. arbitrio iudicis.nu.32.*

30 *Deterioratio etiam minima facit cadere rem emphiteoticam in commiſſum.*

31 *Maximè quando adeſt pactum ad meliorandum.*

33 *Maximè in deterioratione vineæ, quia ſufficit minima.num.37.*

35 *Deterioratio debet procedere dolo lata culpa, uel leui, non leuiſſima.*

36 *Deterioratio in vna parte facit cōmiſſum, licèt ſit meliorata in alia parte.*

38 *Paupertas excuſat à caducitate.nn. 39.40. quomodo procedat.nu.42.43.46.*

41 *Terminus debet emphiteutæ aſſignari ad culturam,ubi propter deteriorationem prætenditur commiſſum.*

44 *Deteriorationis cauſa,ubi eſt commiſſum,ſtatim expellitur,non ſic propter canones non ſolutos.*

45 *Deterioratio in fructibus,ubi debent reddi canones, in fructu facit commiſſum.*

47 *Sententia declaratoria debet pręcedere ante capturam poſſeſſionis,ex commiſſo.*

50 *Declara non procedere ſtante pacto capiendi authoritate propria.nu.51.52.53.contrarium.nu. 55.56.57. 58.59.60.65.maximè ſtante conſuetudine Panormitana,nec ſufficit renunciatio cum iuramento. num. 48.49.66.*

61 *Spolium an committat dominus ingrediens propria authoritate r ēemphiteuticā quę cecidit in commiſſum, nume.62. diſtingue.num.63.64*

67 *Pacta in contractu emphiteuſis omnia ſunt ſeruanda.*

68 *Pactum nō ſeruans emphiteuta incidit in commiſſum.*

69 *Prælationis iure tranſiens in dominium directum tranſit affecta onere ſubiugationis.num.70.75.76.quomodo num.77.*

71 *Dominus acquirit plenum dominium per recuperationem rei emphiteoticæ, & extinguitur directum, & vtile.*

78 *Declara, quando acquiritur reuocabiliter. nu. 79. 80. 81. 82. 83. ſecundo declara, quando acquiſitio fictitia. nu. 85. tertio, quando acquiſiuit, vt ſtatim alienet. nu. 86. 87. 88.*

72 *Per aliam conceſſionem dicitur nouum dominium directum. num. 84.*

Reſtitutioni ſubiecto directo dominio conſolidato, cum utili dicitur tota res ſubiecta reſtitutioni. nu. 72. & efficitur eiuſdem naturæ. nu. 89. vel extinguitur conſolidatio. nu. 92.

74 *Quod potuit, noluit: quod uoluit adimplere nequiuit.*

90 *Poſſeſſionis cauſa poteſt mutari.*

93 *Subiugatio ſuper re reſtitutioni ſubiecta tenet in vita, ſed reſoluitur cedente die fideicommiſſi. nume. 94. 95. 96.*

94 *Alienatio feudi tenet in vita alienantis.*

95 *Subiugatio ut ſubſiſtat, ſufficit probare, quòd tempore ſubiugationis ſubiugans erat dominus. nu. 96.*

97 *Probari quomodo poſſit rem fuiſſe in dominio ſubiugantis tempore ſubiugationis. nu. 98. 99.*

100 *Conſtitutum, & precarium ad quem effectum apponitur in contractu ſubiugatorio.*

DECISIO XVII.

In cauſa appellationis deuolúta à regia cu. Præturæ ad magnam regiam curiã cauſæ oppoſitoriæ vertentis in dicta regia curia inter donnam Mariam la Cannita actricem, & executionem cauſantem ex vna, & Gerardum Agliata conuentum, tanquam detentorem, & poſſeſſorem prædij ſpecialiter ſubiugati ex altera, plura fuerunt diſcuſſa, & determinatũ fuit, prout infrà.

PRimo præſuppoſitum fuit inter partes, ꝙ in
executione cauſata vigore contractus, & de-
biti cenſus bullæ ſtante regia pragmatica, non poſ-
1 ſit in prima parte iudicij inſtantia obijci, nec † op-
poni exceptio reſolutionis dominii propter caduci
tatem, vel vinculũ, etiam ꝙ dies fidei cõmiſſi ceſſe
rit. nam cauſa ipſa, quæ fuit deuoluta erat cauſa op-
poſitoria, & quãuis inter partes in præſenti dubio
non multum fuit diſputatum, tum quia aliqñ alij
contrarium deciderunt, prout refert Lancea in an-
notationibus ſuper bulla, & regia pragmatica, non-
nulla diſcutiam pro veritate iſtius articuli, an poſ-
ſit admitti hæc exceptio in principio inſtãtiæ ante
ſolutionẽ in articulo, in quo diſcutitur de reiectio-
ne oppoſitionũ ante ſolutionẽ, an debeat in alia iu-
dicij inſtantia, & ſic in cauſa oppoſitoria reſeruari,
vbi contingit tractari de meritis cauſæ, poſt ſolu-
2 tionem: qñquidem non dubitatur, quod † emphi-
teota põt imponere cenſum ſuper rebus emphiteo
ticis abſque conſenſu dñij directi ſecundũ Foller.
Praxi. cenſuali verſ. huiuſmodi cenſualia ſuper re-
bus. nu. 21. vbi plures id tenentes allegat.

Et primò videtur dicendum hanc exceptionem
3 admitti poſſe † in prima inſtantiæ parte ante factã
ſolutionem, eo prætextu, & rationẽ, quia poſtquàm
res emphiteotica, quæ fuit ſubiugata redit ad domi
nium propter caducitatem, quia canones non fue-
rũt ſoluti, vel deteriorata res emphiteotica, vel cõ-
ſenſus non petitus, vel non ſeruata pacta, propter
quæ reincidet in commiſſum, dominiũ vtile, quod
erat penes emphiteotam, dicitur conſolidatũ cum
directo. Soc. Inn. conſ. 111. nu. 5. 6. in 2.
4 Imò conſtitutio redditus † & hypothecę euaneſcit.
Boer. deciſ. 181. nu. 2. 3. 8. 9. Guid. Pap. deciſ. 77. Al
ciat. conſ. 258. nu. 1. & ſeq. Beltr. cõſ. 192. nu. 5. & 6.
in ſecunda 3. Tiraq. remiſſiuè de retract. conuent.
§. 3. glo. 1. nu. 13. Alex. conſ. 45. in 5. Fanus de pig.
primo membr. quintæ partis. nu. 43. cum ſeq. Aure
lius Corbol. in tract. de cauſ. de quibus emphit. iure
ſuo priuat. tit. de cauſ. priuat. ob alienationem am-
pliat. 47. & tit. de cauſis priuat. ob non ſolutionem
Cano. ampliat. 34.

Vnde Antonius Lãcea ſuper ipſa bulla, & regia
5 pragmatica in verſic. aduerte, † quòd ait, quòd exi
ſtente dño proprietario in poſſeſſione rei emphi-
teoticæ auocante per cedulam monitoriam, & pu-
rificatoriã, fuit facta executio cõtra eum dñm pro-
prietarium, tanquam poſſeſſorem bonorũ ſubinga
torum, fuit tunc deciſum per quoſdam iuuenes in
prima, & ſecunda ſnía, quòd tranſiret executio, &
malè iudicio ſuo fuit iudicatum contra tex. apertũ
in l. in diem. ff. de aq. plu. arcen. & contra intellectũ
legis lex vectigali. ff. de pign. imò eſt contra cõem
6 opin. p Iaſ. in l. 2. C. de iure emphit. vbi † tenet ex-
preſſe quod non eſt opus monitione, etiam contra
ipſum emphiteotam, quia ipſo iure elapſo triennio
cadit cum toto benefacto abſque monitione. nõ er-
go debebat requiri ille, qui dedit pecuniam ſuper
7 bonis alienis, maximè, † quia ſubiugare, nil aliud
eſt verè, quàm obligare & pignore vendere ius, nõ
prædium, & de iure cõi non tenet obligatio, & pi-
gnoratio rei alienæ, l. rẽ alienã. ff. de contrah. empt.
vbi gl. & l. rem alienã. ff. de pign. act. cum ergo iſta
emphiteoſis cum benefacto ſtat in pẽdenti, vt ſub-
iugatio valeat, quod ſi ſtat per triẽnium, cadit abſ-
que monitione, ſecundum cõmunem opinionem,
à iure ſuo cum benefacto. ergo pro modo potuit
rem alienam tertio ſubiugare, quam ſub conditio-
ne tenebat.

Et ſubdit idem Antonius Lãcea ibidem, an pro-
8 prietario † reuocãte corpus emphiteoticũ ab em-
phiteuta rõne canonis non ſoluti, vel alio modo de
iure ſibi permiſſo obligationes, & hypothecæ con-
tractæ per emphiteotam ſuper re emphiteotica re-
9 ſoluantur, & extinguãtur, qđ ſic. † nam reſoluto iu-
re datoris, reſoluetur & ius acceptoris. allegat Bal.
in l. 2. C. de reſcind. venditio. in 8. col. nu. 17. & ma-
ximè verſic. ſed contra. Bar. in l. in diẽ. ff. de aq. plu.
arcen. & Bal. in c. 1. §. ruſus. quib. mod. feu. amitt.
in vſib. feud. & Aluarot. ibi, & de inueſt. de re alien.
fact. §. quid ergo in fin. col. verſicu. quæro ab extra.
& ibi per Bald. vbi extenditur ad emphiteotam. &
additi. Alexand. ad Bartol. in l. ſi res. ff. quibus mo-
dis pign. vel hypoth. ſoluitur, & ibi Andrea. Bar-
bat. in apoſtill. qui dicit, quòd opinio Bald. in l. ſe-
cunda. C. de reſcinden. vendit. videtur ſibi verior,
quàm opinio Bart. qui in iſtis locis concludit ſecun
10 dum eum, † quòd ſi emphiteota obligauit rem em-

phiteoticam, & deinde res redit ad dominum, do-
minus non tenetur, etiam ſi redit, quia nõ ſoluit do
mino directo, & hoc fecit: & hoc, quando dominus
non conſenſit dictæ obligationi, ratio eſt, ut dicunt
Bal. & alij in dicto c. 1. §. rurſus, quibus mod. feud.
amitt. quia contrahens ſciebat, quòd ille non erat
perpetuus dominus, & ideo non poterat ea obliga-
re. l. lex vectigal. ff. de pignor. & deinde in verbo
ſucceſſoribus, ſubſequitur intelligo in ſucceſſore
non habente cauſam à debitore: aliàs ſecus, puta ſi
dictus dominus recuperaret rem ab emphiteota, &
ſic iure proprio poſſideret non recipit rem emphi-
teoticam ſubiugatam, non credo, quòd iſte tertius
dominus poſſit conueniri ut tertius poſſeſſor, cum
21 nullam habeat cauſam ab emphiteota, † & reſolu-
to iure hypothecæ reſoluitur ius eius creditoris. l.
lex vectigal. ff. de pigno. Bar. in l. in diem. ff. de aqu.
pluu. arcen. hæc dicta ſunt etiam poſita in apoſtillis
dicti Iacobi Chirco ſuper bulla. idem firmat Ludo-
uicus Mont'altus ſuper bulla in verſi. ibi intra iuriſ-
dictionis. idem firmat Nicolaus Saccanus ſuper bul
la in principio, & hæc ſunt dicta Antonij Lanceæ,
& ideo de verbo aduerbmu tràſcribere volui quia
non eſt adhuc impreſſus, & ẽt tranſcripſi propria
verba ſupraſcriptorum aliorum doctorum regnico
larum, quæ habeo non impreſſa, & maxime Blaſci
Lanceæ, & Petri de Gregorio.

Blaſcus Lancea in annotationibus ſuper eadem
bulla, in uerbo ſingularium in verſ. ergo, nec ex hac
22 tenet hanc opinionem † dicit arguendo de pacto
ad legem, & ex Bartolo ĩ rep. l. creditores in 6. col.
verſi. videamus igitur, an iſtud ius. C. de pigno. ar-
23 guit intelligendo † pragmaticam in tertium cau-
ſam, & titulũ à ſubingante, uel eius hærede haben-
tem: ſecus ſi haberet titulum, & cauſam à tertio nõ
habente titulũ, & cauſam à ſubiugante. quia tunc
24 non ligaretur, † prout in pacto reſeruationis ma-
nus iniectionis: quod poſſit executio cauſari contra
quencũque ſingularẽ ſucceſſoret: & ſic ſi fieret pa-
ctum, quòd contra tertiũ ſingularem ſucceſſorẽ ta-
lis rei etiã poſſit fieri executio, quòd ex l. pacti po-
terit contra illũ ſingularem ſucceſſorẽ cauſari exe-
cutio, ſi modo ille tertius haberet cauſam, & titulũ
ab illo obligãte; & deinde Lancea ibidem ſubdit,
& intellige nõ habere cauſam ab illo ſubiugãte, ut
puta ſi baro, uel emphiteota ſubiugaret feudũ, & rẽ
ad emphiteoſim, & deinde expelleret, vel ex nõ ſo
lutione canonum, reuerteretur ad dominũ, & dñs
alteri concederet, exinde nõ ligaretur iſta pragma
tica cum reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acce-
ptoris, & iſta pragmatica dẽt recipere interpreta-
tionẽ à l. cõi, quẽ Lãceã approbat, & ſequit̃ Philip-
pus de Paternione ſup bulla in verbo ſingularium.

Petrus autem de Gregorio in ſua lectura ſuper
bulla, & regia pragmatica in q. 6. poſt verſiculũ prę
25 terea cõfirmatur nu. mihi 43. verſ. in tñ, dicit † ꝙ
ſi proprietarius reuocauerit corpus emphiteoticũ
ab emphiteota, tanquã verus poſſeſſor corporis em
phiteotici: & illud corpus emphiteoticũ fuiſſet an-
te reuocationẽ alteri ſubiugatũ, & emptor ſubiuga
tarius vellet via executiua ꝓcedere cõtra proprie-
tariũ poſſidentẽ corpus per ipsũ emphiteotã ſubiu
gatũ ſpecialiter pro annuo cenſu, ſubiugationis prę
dictæ: licèt directus dñs reperiat̃ tertius poſſeſſor,
qui iure proprietario, tanquã directus reuocauerit
illud corp' emphiteoticũ, & nõ hẽt ius, & cãm ab
16 ipſo emphiteota ſubiugante, ita ut † reſoluto iure
emphiteotæ authoris, ſeu ſubiugantis reſolutum ſit
ius receptoris ſubiugatarij, per ea, quæ habentur in
c. 1. §. quid ergo, & ſeq. de inueſt. de re alien. fact. &
17 in l. lex vectigali fundo gl. ff. de pignor. † tamen fa
uore emptoris petentis iura cenſualia ſibi debita ſu
per illo corpore ſpecialiter ſubiugato procedit exe
cutio, & non põt impediri, quominus adimpleatur,
licèt poſtmodum facta ſolutione iuris cenſus debi-
ti in cã oppoſitoria talis executio retractabitur. qa
in effectu ius ſubiugatarij fuit reſolutum.

Et ſic præallegati doctores huius regni oẽs con-
18 cludunt, † quòd reſolutio dominij admittitur in de
bito bullæ, vt poſt caducitatẽ, & cõmiſsũ, & poſtꝗ
redijt res ad dñm directũ, & cõſolidatũ fuit dñium
vtile cũ directo, dicat̃ reſolutũ ius cẽſus, & hypo-
theca, ſeu ius cõſtitutũ ſup ipſa re emphiteotica ab
ipſo emphiteata ex allegatis ꝑ eos, & ẽt ꝑ me ſup.

Non obſtant verba pragmaticæ, ibi uel huiuſmo
di rerum iurium, uel bonorum deteriorationẽ, aut
eorum alienationem, uel alias minimè incidere in
19 cõmiſſum, † quia intelligitur ſecundũ Antonium
Lãceam in uerbo minimè incidere in commiſſum,
vt euitetur abſonus intellectus: quòd illæ res cõceſ
ſæ, & ſubiugatæ non cadant in commiſſum, intelli-
ge inter ementes & uendentes iura cenſualia, inter
ſe, & ſecundum formam bullæ. ſed quid ſi iſte qui
ſubiugauit, ſubiugauit rem emphiteoticam, non nę
cadit in cõmiſſum, ſi nõ ſoluit ius emphiteoticũ do
mino? nulli dubium eſt iſtud, imò reſoluitur contra
ctus ſubiugatorius. l. lex vectigali. ff. de pigno. uerũ
eſt, quod inter ſe ementes, & uendentes & ſubiugã
tes ſecundum formam bullæ, ut fuit dictum, nõ ca-
dunt in cõmiſſum, & iſte eſt uerus intellectus. hoc
etiam ſentit Follerius in praxi. cenſuali in verſi. hu
iuſmodi cenſualia, ſuper rebus num. 76.

Sed duo ſunt conſideranda ex dictis prædictorũ
20 doctorũ primò an intentio ipſorum fuerit, ꝙ † hæc
exceptio admittatur ante ſolutionem, & in articu-
lo, dũ diſcutitur, an oppoſitiones debeãt admitti,
vel reijci ante factam ſolutionem, & ſic in prima iu
dicij inſtantia, & ſi cõſideramus verba Antonij Lã
ceæ, dum vult, quòd per cedulam monitoriam, &
purificatoriam fuit aduocata poſſeſſio rei emphi-
teoticæ ad dominũ directum, & ſicut non eſt opus
monitione, etiam contra ipſum emphiteotam, qui
cecidit in commiſſum, quæ ipſo iure elapſo triẽnio
cadit cum toto benefacto abſque monitione, ita nõ
debet requiri ille, qui debet pecuniã ſuper alienis
bonis: dicere deberemus ex doctrina dicti de Lan-
cea, ꝙ deberet admitti in articulo reiectionis oppo
ſitionũ ĩ prima iudicij inſtãtia ante factã ſolutionẽ.

Sed Petrus de Gregorio firmat admitti hãc ex-
21 ceptionem † tantùm in ſecunda inſtantia, poſt fa-
ctam ſolutionem, ſed in cauſa oppoſitoria: quæ opi-
nio ab omnibus eſt amplexa in regno, & in praxi
ſeruatur, quia non admittitur hæc reſolutionis exce
ptio dominij ante factam ſolutionem, ſed poſt fa-
ctam ſolutionem in oppoſitoria cauſa.

Hanc etiam firmat Franciſcus Prouinzalis ſuper
22 bulla, in 2. col. in uerbo ſuis, † dum dicit, & verbũ
ſuis importat dominium. Bart. in l. ſi ita ex l. quin-

tus.

tus.§.argento.ff.de aur. argen. que lega.& in rubr.
de nou.oper.nuntia.igitur ſi dominus reuocabiliter
ſubiugat,eo mortuo retractabitur executio facta ſo
lutione,quia non reſoluitur cõtractus ipſo iure, ſed
per ſententiam allegat And.in c.1.an agnat.

Sed ratio, quam allegat Petrus de Gregorio ad
firmandum, quod admittatur hæc exceptio in cau-
ſa oppoſitoria, & non in prima iudicij parte inſtan
23 tiæ,† eſt illa.ſ.fauore emptoris,& ſubiugatarij.Sed
hæc rõ nullum ſaporem habere vř,licèt ſit vera ge-
neraliter,quod fauore emptoris cenſus regia prag-
matica priuilegium conceſſit executioni debiti cẽ
ſualis,tam amplum,vt poſſit agi contra tertiũ poſ-
ſeſſorem cuiuſcunque ſit qualitatis, & aduerſus eã
executioné,nulla poſſit opponi exceptio, niſi rea-
lis ſolutionis, ſed in hac exceptione,ꝙ non admit-
tatur ante factam ſolutionem, ſed poſt in cauſa op-
24 poſitoria alia poteſt aſſignari melior rõ.ſ.quia† ex-
ceptio reſolutionis dominij ſtante ſtatuto reijcien
te oẽs exceptiones, præter exceptionem realis ſo-
lutionis,non admittitur,prout firmat latè, & cõclu
dit Beltran.conſ.303.in 2.ſed quia bulla, ſeu regia
pragmatica priuilegiat executioné,vt non admitta
tur vlla exceptio, niſi realis ſolutionis ante factam
ſolutionem: ſed admittit exceptiones oẽs poſt fa-
ctam ſolutionem,in alia iudicij inſtantia. ideo non
admittatur hæc exceptio in prima inſtantia ante fa
ctam ſolutionem, ſed in ſecunda inſtantia poſt fa-
ctam ſolutionem in cauſa oppoſitoria.

Et ſic ex prædictis colligitur,ꝙ optimè dixit An
25 tonius Lancea,ꝙ † non bene determinauerunt illi
duo Iuuenes Cathinenſes in prima, & ſecũda ſniã
dum dixerunt,quòd tranſiret executio, & ſic in ſe-
cunda iudicij inſtantia in cauſa oppoſitoria nõ ad-
miſerunt exceptionem reſolutionis dñij poſt factã
ſolutionem. Nec etiam bene dicit alter Intriglolus
Cathinenſis in ſuis qõnibus bullaribus. 40. qõne,
dum ait.quòd magis cõiter ſcribentes determinãt
26 † quòd executio poſſit fieri cõtra dominũ directũ
auocantem,ſeu recipientem rem emphiteoticã an-
te commiſſum ſubiugatam, & quod neceſſe habet
dominus directus facto reali adimplemento execu
tionis declarari facere. cõtractum bullaré,non affi-
cere dictam rem emphiteoticam iam reuocatam.
quia poſtquàm pragmatica ipſa priuilegiat execu-
tionem, & quod nulla poſſit opponi exceptio ante
factam ſolutionem, aduerſus eam, reſeruando co-
gnitionem exceptionum quarumcunque, ſeu iuriũ,
vtrique parti in alia iudicij inſtantia,quam nos vo-
camus cauſam oppoſitoriam.non opus eſt aliud iu-
dicium ingredi ordinarium.declarare faciendo ſub
iugationem ipſam non afficere rem emphiteoticã:
27 ſed † ſufficit poſt ſolutionem proſequi per directũ
dominum iudicium executiuum,iam cęptum in re
liqua parte ipſius iudicij, & cum hac modificatio-
ne,& declaratione intelligitur etiam dictum Iaco-
bi Chirco ſuper bulla in verſic.dum dicit.nam for-
tè poſſet intelligi de poſſeſſoribus, & detentoribus
habentibus cauſam à ſubiugante,ſed ſecus in habẽ
tibus cauſam à ſeipſis,vt ex cauſa anteriori, & ma-
gis priuilegiata,prout in caſu, quãdo proprietarius
reuocaſſet domum emphiteoticam.nam tũc ſi pro-
prietarius poſſidet,habet cauſam à ſe ipſo, & non
ab emphiteota,qui ſubiugauit,& ita allegando, di-
cebat Petrus de Gregorio:tamen fuit in cõtrarium
votatum, ex quo fuit exceptum ante factam ſolu-
tionem.

28 Et ſic habere † poteris fundatam non fuiſſe opi-
nionem Cathinenſis Nicolai Intrigloli in ſuis quæ-
ſtionibus bullaribus,quæſtio.40.dum recurrit ad iu
dicium ordinarium principale pro eo,quòd poteſt
in cauſa oppoſitoria obtineri, quam practici vocãt
in regno cauſam oppoſitoriam,in quo iudicio retra
ctabitur executio, vigore cuius fuit facta ſolutio,
quia articulus reiectionis oppoſitionum, qui inci-
dit, & determinatur per interlocutoriam ſeparatã
in hoc iudicio executiuo, non facit ceſſare iudiciũ
ceptum,ſ.cauſam oppoſitoriam,in quo deinde ad-
mittuntur. & hic diſcutiuntur omnes exceptiones
ante factam ſolutionem oppoſitæ.ſ. in cauſa oppo-
ſitoria poſt factam ſolutionem.

Deueniendo igitur ad punctum, ſuper quo par-
tes in hac cauſa altercabantur,dicebatur,primò ex
parte iſtius poſſeſſoris locum,de quo modò agitur,
ſup quo fuit impoſita ſubiugatio deueniſſe ad don
Franciſcũ de lo Boſco comitẽ vicari directũ dñm;
à quo habet ius,& cauſam poſſeſſor propter cõmiſ-
ſum & caducitatem. ſ. propter deteriorationem,
29 † & licèt tria requirantur ad hoc,vt quis cadat pp
deteriorationem,vt emphiteota poſſit expelli: pri-
mum,quòd ſit deterioratio notabilis.nam pro mo
dica deterioratione non fit reſciſio contractus. Au-
frius poſt capell. tholoſ. deciſione 353. verſic. pri-
mo.quod Roland. à Valle conſil.49. num. 20.21.in
2.Burſatus conſ.91.nu.3. in primo. in prima parte
Carbolus in tract.de cauſ.ex quib.emphiteot. in ti
tulo de cauſ.priuat.ob rei deterior.nu.24.

30 Tamen reſpondebatur † primo, quod etiam qđ
ſit minima deterioratio, facit rem incidere in com
miſſum ſecundum Cephal.in conſil.223.nu.32.33.
34.35.36.

31 Secundò † non habere locum prædictum primũ
requiſitum,dicebatur ex parte poſſeſſoris: quando
adeſt pactum ad meliorandum, & non ad deterio-
randum,tunc ſufficit, quod deterioratio ſit in mini
mo. Corbolus in tract.de cauſ.ex quibus emphit.in
13.cauſa in titulo de cauſ. priuat. ob rei deterior.
nume.10.11.12.poſt Nattam conſil. 481. num. 14.
in tertio. Cepoll.conſil.25.nume.4. & 11. Nattam
refert Ioſeph.Ludouicus deciſione Peruſ.22. num.
19.licèt ipſe dicat, quòd dubitet de opinione Nat-
tæ ſtantibus doctoribus contrarium dicẽtibus ſim-
pliciter, abſque diſtinctione, & communiter non
cadere emphiteotam: ſi malè uerſaretur res em-
32 phiteotica in modico, in num.16.17.18.† dicit ar
bitrio iudicis eſſe remittendum, quid & quantum
deteriorationem, ſeu damnum notabile,cõſtituat.
Menoch.de arbitr. Iud.caſu 78.nume.6. verſicu.3.
quod Ioſeph. Ludouicus dicta deciſione 22. num.
19. Burſatus conſil.91. num. 4. Berous conſil. 150.
in primo Iaſ.conſil.17.num. 2. in primo. Corbolus
in tract.de cauſis,ex quibus emphit.cad. in titu.de
cauſ.priuat.ob rei deterior.nu.24.

33 Tertiò etiam † dicebatur prædictum primum
requiſitum non habere locum propter deteriora-
tionem vineæ, quia non fuit recluſa, nec putata
congruis temporibus, & ſic eam non melioraſſe,
ſed deterioraſſe,qa ex his effectibus vinea exiccaſ,

cadit in commiſſum, & maximè qñ in proprietate
dãnificatus eſt dñs directus, ex quo habuit minores
fructus, & per cõſequens minor cenſus fuit ſolutus
per plures annos. Beltran. conſ. 333. nu. 61. in pri-
ma 2. Tobias Nonius conſ. 58. nu. 17.

34 Nec obſtat † id, qđ ſecundo principaliter requi-
ritur, ꝙ ſit ad perpetuam deteriorationẽ fundi, nõ
ad curam fructunm, & ideo ſi non excolat agrũ, &
ager efficitur deterior reſpectu fructuum, non ex-
pelletur, quia fallit in vinea, quæ ſi nõ putatur, exic
catur, & in perpetuũ deterioratur, idem in inciſio-
ne arborũ Ioſeph Ludouicus, deciſ. Peruſ. 22. n. 21.
verſ. 2. 22. 23. poſt capell. tholoſ. vbi Aufrerius de-
ciſ. 353. verſ. 2. quod ſit. & Rolan. à Vall. conſ. 49.
nu. 21. in 2. Burſatus cõſ. 91. nu. 3. in primo Berous
conſ. 120. nu. in primo Corbolus in trac. de cauſ.
priuat. ob rei deteriorationem nu. 24.

35 Et † tertiũ requiſitum verificatur in caſu noſtro,
quia ſufficit, ꝙ deterioratio procedat dolo, lata, vel
leui culpa nõ aũt leuiſſima. Anfr. poſt capill. tholoſ.
deciſ. 253. Rol. à Val. conſ. 49. nu. 21. & ſeq. in 2. Be-
rous conſ. 120. nu. 30. & ſeq. in primo Iaſ. cõſ. 17. in
primo Burſat. cõſ. 91. nu. 3. & ſeq. Iulius Clarus qõ.
26. Peruſ. deciſ. 22. n. 23. Corbolus in tract. de cauſ.
ex quib. emphit. in titulo de cauſ. priuationis ob rei
deteriorar. num. 24.

36 Et prædicta † procedunt, quòd pp deterioratio-
nẽ reincidit in cõmiſſum, qñ res emphiteotica eſt
deteriorata in vna parte, licèt fuerit meliorata in
alia, qa non poſſunt cõpenſari meliorationes in ea-
dem re facta, cũ deterioratione in alia parte einſdẽ
rei, & ſic cadit: ſi in vna parte, meliorauit, & in alia
deteriorauit. Natta conſ. 482. in 3. Rol. à Vall. conſ.
49. nu. 16. in 2. Iaſ. conſ. 17. nu. 3. in primo. Berous
conſ. 120. nu. 32. in primo: prius in rep. l. titia cũ nu
beret. §. tertia. nu. 113. ff. de leg. 1.

37 Et in † terminis noſtris eſt clarum, quòd dicitur
cecidiſſe in commiſſum pp deteriorationem poſtq̃
fuit exiccata vinea, quæ dicitur magna deteriora-
tio ſecundum Peruſ. dicta deciſio. 22. & maximè in
fine, & arbores abſciſi.

38 Sed aduerſus prædicta allegabatur † primò pau-
pertas, & miſeria illius, à quo fuit locus ablatus tan
quã caducus ob deteriorationẽ, quia non hñs pecu
niam omiſit hoc facere, & ob id excuſatur à cadu-
citate, & dicebatur ita in terminis tradere trigon.
ſing. 33. inter ſingul. oĩ. doct. Burſat. conſ. 440. nu.
20. & conſ. 447. nu. 8. in 4. Marſil. conſ. 10. nu. 39. do-
ctor. in §. Cato. vbi herman. detus. ff. de uerb. obl. ra
tio eſt, quia vt incurrat caducitatẽ emphiteota pp
deteriorationem, requiritur, ꝙ fuerit culpa ſua ſe-
cundũ Bal. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. Me
noch. caſu 78. nu. 6. in culpa aũt dici eſſe non põt, q
pecunias non habens, & pauper exiſtens ſinit rem
deteriorari ſua impoſſibilitate. Bonacoſſa. de pau-
pert. & Medices de fortuit. caſib. in locis, vbi tra-
ctat. quam excuſationem prębeat paupertas.

39 Nec † obſtat, ꝙ paupertas huiuſmodi non fuit in
primo iudicio probata. nam tanquam notoria ſuffi-
cit allegari, & dicit dictus Ceph. conſ. 75. nu. 46. in
primo. & conſ. 108. nu. 17. eod. uolum. item nõ fuit
probata, quia de deterioratione ꝓtenſa, nil in pro-
ceſſu fuit probatum, & quando fuiſſet probata, non
ad cautelam probauiſſe pręd ictam paupertatem di
cti de Mamphre, quæ cùm fuerit notoria proba-
tione non indigebat. rurſus ex iſta ratione, quòd
40 † ſi eueniſſet abſque facto emphiteotæ, qui nõ ex-
tirpaſſet arbores, & paupertate coactus non coluiſ
ſet, dicebatur, ꝙ non erat talis caducitas, ꝙ eius
prætextu potuiſſet de facto capere poſſeſſionẽ rei
tanquam caducæ, vt inſerius latiùs dr̃: item etiã in
iſto ſecundo iudicio in magna regia Curia fuit ſatis
abundeq; probatum de iſta paupertate.

41 Et ſtante † iſta paupertate, nullum eſt dubiũ, ꝙ
non erat locus caducitati impurgabili: ſaltem aſſi-
gnandus erat terminus emphiteotæ ad recolendũ
locum prædictum, & reſarciendum intereſſe p ea,
quæ tradit Rolandus conſ. 49. nu. 20. in 2.

42 Quibus ex aduerſo rñdetur, † ꝙ non obſtat dice
re, ꝙ erat pauper. nam doctores loquuntur in cadu
citate, pp canones non ſolutos, & non ob rei dete-
riorationem, & quod ſit maxima. Dixit Decius in
d. auth. qui rem. nu. 12. in 4. notab. C. de ſacroſ. eccl.
Rodoan. in loco præallegato. n. 17. fol. 507. Corbol.
de cau. priuat. ob rei deteriorat. nu. 22. fol. mihi 63.
43 † nam culpa in deterioratione grauior reputatur,
quia in faciendo conſiſtit, quam culpa, quæ conſi-
ſtit in omittendo, ideo non valet argñ de eo, quod
ſit in cõmittendo ad illud, quod ſit in omittendo.
Bart. in l. licèt. §. fin. ff. de pecul. & in l. quod nerua.
44 in 7. q. ff. de poſ. † & ideo meritò pp deterioratio-
nem ſtatim expellitur à dño, quod non eſt pp cadu
citatem ob canones nõ ſolutos, ſimilitudo tñ in eo
eſt, quia pp canones non ſolutos, & pp deteriora-
tionem quanuis pars canonum fuerit ſoluta totum
tñ reuocatur, prout qñ pars fundi deteriorata fuit
doctor. in auth. perpetua, & in auth. qui rem. C. de
ſacroſ. eccl. Decian. conſ. 92. nu. 8. in 3. & cum dete
rioratio ſit perpetua, doloſa dr̃: rurſus non põt op
poni hic de paupertate ſtante pacto expreſſo, & ꝓ-
uiſione hoĩs. nam mitius cum lege, q̃ cum hoĩe agi
tur. præterea cùm nõ modò debeatur ſuper fundo
ius proprietatis, verùm etiam & decima, quę debe
tur ex fructibus, ſi pauper agrum, ſeu vineam non
coleret, dominus decimam perderet, quæ ex fructi
45 bus debetur. hinc dicunt doctor. † quòd ſi emphi-
teota debet reſpondere de fructibus, tunc ob dete-
riorationẽ, etiam circa fructus emphiteota poteſt
expelli. Tobias Nonius conſil. 58. num. 17. Corbo-
lus de cauſ. priuat. ob rei deterio. num. 24. in fi. &
ſic ſequeretur abſurdum, quod dominus ſtãte pau
pertate, priuaretur decima, nec eſſet aliter ſibi ꝓ-
ſpectum, & conſultum. nam ſi deberetur tantũ ius
proprietatis propter canones, non ſolutos, licèt iu-
dicium reuocatorium tentare non poſſet, tentaret
tamen iudicium hypothecarium, & iſta via ius ſuũ
poſſet conſequi, quod fieri non poteſt pro decima
conſequenda, quia ſi vinea fructus facit, debetur,
aliàs non. paupertas ergo excuſaret, quando non
ſolueretur decima, & in futurum de ſolutione ca-
nonum eſſet ſecurus, & non in caſu iſto. ulterius di
citur, ꝙ nec ab emphiteota paupertas poſſet allega
ri: quando eſſemus in caſu, quòd allegari poſſet,
46 † quia huic exceptioni renunciatum videtur, cùm
in omni contractu oĩ legum auxilio renunciatur.
Iaſ. in l. 1. nu. 98. verſ. pro iſta remanet Cipoll. caut.
98. Soc. Iun. conſ. 130. nu. 24. in 3. & demũ, qa hoc
priuilegium, quod ipſi emphiteotæ cõceditur, per-
ſonale

ſonalē dī.c.ſi priuilegiū in 6.vbi Dec.de reg.iur.
Secundò ex parte actricis,quę cauſauit executio
nē principaliter,dicebatur,ꝙ eſto,ꝙ potuiſſet dari
cōmiſſum ex deterioratione, non potuit dñs dire-
47 ctus rem emphiteoticā † ad ſe aduocare authorita
te propria expellēdo emphiteotā à poſſeſſione ſua,
ſed debuit procedi conſtando,parte citata, & audi
ta de deterioratione,& debebat procedere ſnīa cō
dē natoria Berous cōſ.54.in fi.vol.3. Burſatus cōſ.
91.nu.11.in primo.Menoch.conſ. 301.nu.23. in 4.
48. Et de plano † procedere dicebatur, abſque diffi
cultate,ſtante conſuetudine Panormitana, expreſ-
sè diſponente, ꝙ in caſu iſto ſit ordinario iudicio
procedendū: non obſtante renunciatione Panormi
tanæ conſuetudinis,quia qñ priuilegium eſt conceſ
ſum ob bonū publicū,& publicā vtilitatē ei nō pōt
renunciari, etiā cum iuro.Mandel.conſ.70.nu.4.6.
30 Et cùm diſponat † priuilegium expreſsè renun-
ciationes eſſe nullas,quo caſu ſi renūciatio eſt nul-
la, iurm tanquā acceſſoriū eſt nullum,rurſus ſi non
adeſt ſubiectū confirmabile,iurm nil pōt confirma
re,vt in terminis tradit.Cephal.in cōſ. 137. nu.70.
in primo.& conſ.326.nu.6.in 3. vbi dicit cōem opi
nionem, & Roland.conſ.7.nu. 41.in 3.& conſ.60.
nu.76.in 4.Decius conſ.52.nu.107.nu.108.
Sed ex aduerſo per detentorem, & poſſeſſorem
50 loci replicabatur, † ꝙ ſtante pacto capiendi ꝓpria
authoritate poſſeſſionē, poterat capi poſſeſſio abſ-
que iudicis mandato,& abſque ſnīa, & abſque eo,
ꝙ teneretur edicto vnde vi,& tunc pōt facere vir-
tute talis pacti, ēt contra reſiſtentem Iaſ.in l.2.nu.
109.C.de iure emphit.& Salyc. ibid. & in caſu no-
ſtro ceſſat difficultas,vbi adeſt pactum, & emphi-
teota non verbo,nec facto contra dixit, virtute cu-
ius pacti,nec citatio requirebatur: allegabatur Bar.
in l.creditores.2.col.C.de pign. Bal.in l.1.in 4.col.
C.com.deleg.Salyc.in l.in poſſeſ.C.ad l. Iul. de vi,
51 & † cùm pars non comparuit, nec contradixit ex-
preſsè non pōt tertius de hoc ſe opponere.l.2. vbi
Bart.C.de except.rei iud. & quòd citatio nulla re-
quiratur.ex Iaſ.in d.l.nu.113. tenet Berous in ter-
52 minis in conſil.125.per totum in primo.† dum cō-
cludit ex cōi opinione emphiteotam, qui rem de-
teriorauit poſſe authoritate propria expelli, & cita
tio ipſius emphiteotæ, ſtante pacto, nec quorum
intereſt, requirebatur, allegatur Menochus reme-
dio quinto adipiſcendæ poſſeſſionis. nume. 63.
Macabrunus cōſ.11.col.pen. quia ipſo iure cecidit,
53 & fuit priuatus, † quia hoc motiuum de citatione
procederet, qñ ageretur, quòd ſubiugatarius non
deberet audiri, verum,quia in iſta cauſa oppoſito-
ria contenditur circa merita deteriorationis, moti
uum nullatenus procedere pōt,quia pōt ſe defen-
dere in demonſtrando rem non fuiſſe deterioratā,
prout fecit ſuas probationes intēdens id probare,
& non pōt ſe defendere de modo procedēdi circa
capturam poſſeſſionis, ꝓpria authoritate, cùm nec
ipſe emphiteota hoc allegare potuiſſet, & cōtraria
54 procedunt,vbi non adeſt pactum, † quia vbi adeſt
pactum pōt authoritate propria nemine contradi-
cente ingredi poſſeſſionem,& capere,prout magis
communem dicit Clarus in §.emphiteoſim quæſt.
11. Decius conſil. 146.num.7.
Sed corbolus in tractatu de cauſ.ex quib.emph.
à iure ſuo priuat cauſa 13. in titulo de cauſis pri-
uat.ob rei deteriorat.nu. 18. in puncto ſupradicto,
55 firmat modo infraſcripto, † quod emphiteotæ ob
rei deteriorationém cadant ab emphiteoſi ipſo iu-
re dño volente,nec requiritur iudicis ſnīa,ut tradit
Iaſ.in l.2.nu.99.C. de iur. emphit. cuius opinio eſt
verior, & eſt magis cōis prout teſtatur Cagnol.in
d.authen.qui rem.nu.38.in 3.notab.C.de ſacroſan.
eccl.nam cum is,qui rem deteriorauit, incurrat eaſ-
dem pœnas,quas incurrit ille,qui canonem nō ſol-
uit,ſicut canonem non ſoluens ipſo iure dño volen
te emphiteoſi priuatur,ita iſto ipſo iure domino vo
lente priuatur,vt probatur ex d.§.ſi verò quis, aut
locator in auth.de alienat.& emphiteot. vēd. auth.
qui rem.C.de ſacr.ſanct. eccleſ. quod ēt ſentit Be-
56 rous in cōſ.125.per totum volum. 1. dum † conclu
dit ex cōi opinione emphiteotam, qui rem deterio
rauit poſſe propria authoritate expelli, cuius tamē
dictū non puto verum, nec eum cōiter receptum,
57 cùm magis cōis, † & verior doctorum ſnīa ſit, vt
requiratur declaratoria iudicis, ſi emphiteota ne-
gat rem eſſe deuolutam,nō ad effectū, ut res cadat
in cōmiſſum, quia hoc contingit ipſo iure facta dñi
declaratione, ſed ad effectum, vt emphiteota remo
ueatur à poſſeſſione Io.Baptiſta ferrer.in conſ.121.
nu.6.verſ. 2. rñdetur Cagnol. in l.ſi quis maior nu.
107.C.de tranſact.nam etiam vbi quis eſt ipſo iure
58 priuatus, † requiritur iudicis ſnīa non ad ſubſtan-
tiam,ſed ad executionem eſſe, vt docet Bal.in c.1.
de feud.ſin.culp.nō amittit.ad notata per Io. And.
in c.pro humani de homic.in 6.in nouell. & eum re
fert,& ſeq.Ruy.in conſ.57.col.1.verſ.ſi verò quæri
59 tur.vol.4.quia † oīa iura mundi, ex quibus ipſo iu-
re,aliqua pęna imponitur,debēt intelligi,vt præce-
dat iudicis ſnīa declaratoria,ut pęna poſſit cum ef-
fectu imponi,& executio fieri,vt tradit Ruy.in cō-
ſil.2.nu.9.vol.5.ex ſnīa Io.And.in c.1. de homicid.
lib.6. per tex. optimū in c.cum ſecundū de hæred.
eo.lib.6.vbi idem notant prædicti doctores,& Bal.
in authē.qui ſemel.C.qūo,& qñ iudex, & in authē.
hoc amplius.C.de fideiuſ.& Alex.in l.ſi quis maior
vlt.col.C. de tranſact. ꝙ maximè videtur verum in
caſu propoſitæ qōnis, quia cùm non ex oī deterio-
ratione priuetur emphiteota, vt patet infra ex pri-
ma declaratione huius priuationis.n. 21.cōſequēs
eſt,vt requiratur ſnīa iudicis,qua declaret deterio-
rationē fuiſſe talē, ut emphiteota poſſet à dño ex-
pelli per tradita per Afflict.deciſ.97.cū alijs, quos
citat, & ſequitur Cagnol.in d.authen.qui rem. nu.
39.hæc omnia dicta ſunt verba Corboli in loco p̄al
legato,ideo pro iſtius cauſæ determinatione prout
infra,diſcurro dicta aliorum.
Tamen Iulius Clarus in §. emphiteoſis. in qōne
60 11.dicit magis cōem eſſe, † ꝙ poſſit dñs poſt cadu
citatē expellere emphiteotā propria authoritate,
& dicit de plano procedere,qñ emphiteota nō reſi
ſtit expulſioni, & cōtrariā opinionē ſeruari debere
de cōſilio,quia reſiſtēre emphiteota nō pōt ꝓpria
authoritate abſq; miniſterio iudicis capi poſſeſſio,
& iudicarē.ego hoc conſiliū debere ſeq maximè in
regno propter damnū irreparabile,quod ſequi poſ
ſet ex captura poſſeſſionis, & expulſionis emphi-
teotæ,quia in regno ſpoliū habet priuilegiū, qd nō
auditur ſpolians,niſi re reſtituta,& intereſſe,& ex-

penſis,& non poſſet ſe tueri dñs expellens emphi-
teotã feciſſe id,qđ de iure ſibi eſt permiſſum, & ẽt
ex pacto emphiteota negando rem emphiteoticã:
ſed ſi cõfiteretur rem eſſe emphiteoticã,poſſet de-
ducere caducitatẽ, ſi factũ non indigeret alia pro-
batione,pp denegatas defenſiones iuuando ſe ex il
61 lo iuris axiomate; † qđ contra dñm expellentem
propria authoritate emphiteotam,qũ res incidit in
cõmiſſum,non competat ſpoliũ,ſecundũ magis cõ
munẽ opin.quam dicit Corn.cõſ.271.in 3.Cephal.
cõſ.272.nu.68.in 2.Gozad. conſ.39.nu.26.Afflict.
deciſ.392.nu.27.vbi Vrſill.num.22. latè concludit
Ioſeph.Ludouicus deciſ.Peruſ.17.per totam, licèt
contrarium videatur tenere Guid. Papa deciſ.107.
Afflict.deciſ.97.Menoch.de recuper. poſſeſ.primo
remedio,nu.78.& in 5.remedio à nu.44. vſque 48.
62 Quæ duę opiniones † concordari pñt ex not.per
Achillem perſonalẽ in trac.de adipiſcen.poſſeſ.nu.
nu.314.qui dicit,ꝙ illa opinio ꝙ authoritate ꝓpria
emphiteotã dñs expellere non põt:ſi de facto reſi-
ſtit,ẽt ſi cõſtaret illam rem eſſe emphiteoticã, ꝓce
deret,qñ ille emphiteota non negat rem eſſe emphi
teoticã ſecundũ Bald.in l.2.nu.9. de iur.emphit.&
Decian.cõſ.146.nu.7. Rubeũ.cõſ.10.n.6.in 1.Soc.
